6
3- a
18

M

6-3-a.18

VIII D 135 f 2

ANDREÆ

ALCIATI

IVRISCONSVL.

MEDIOLANENSIS,

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE,

Libri IIII.

Eiusdem in titulum XVI. Lib. L. Digestorum commentarii,

Postrema hac editione quanta fieri potuit diligentia, collatione autographi, castigati.

Provinciae ad Conventum

S. Francisci ad Ripas 1723



LVGDVNI,

APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. LXXII.



LECTORI.

*QVI omnia A. Alciati opera recognoscenda susceperat hos 4. libros & Commentarios de verb sig. ita digessit, ut numeri qui perperam videntur truncati in dictis 4. libris, suppleantur ex Commentariis (sese enim mutuò explicant) annexis: & in Commentariis suppleri debent ex libris tali asterico *. Hoc autem † signo, quæ debito loco sita sunt demonstrat, tum in summariis tum in indice quem ex illis confecit. Vale.*

AMPLISSIMO VIRO FRANCISCO A TVRNONE, ARCHIEPISCOPO BITVRIG. ANDREAS ALCIATVS S. P. D.



A ILLVSTRIS est nominis tui vbique gentiũ fama, amplissime pater, is per vniuersam Galliã de te circũfertur rumor, vt præstãtia morũ, eximióque doctrinæ cultu præcellere te omnes prædicẽt: rarissimúmque tempestatis nostræ exemplũ esse quod diuina quadam prouidentia ortũ hisce temporibus videri possit, quibus tot calamitatibus in dies Christianam rempublicã affligi, & tot vndique noxarũ veluti examinibus opprimi cernimus. Sicut enim quoties humanis corporib. maxima morborum vitia inualescunt, tum summorũ medicorum nobis manus necessaria est: sic in tanta Principũ discordia, tantis bellorum tumultibus, reipublicæ interfuit, maximos etiã & (vt poetarum princeps ait) pietate meritísque graues viros nasci, qui postquã deorum ira paulisper conquieuerit, tot vrgentibus malis occurrãt, tempestatúmque huiusmodi omniũ nubila discutiãt, è quibus præcipuum te futurũ sperant, augurãtúrque vniuersi. Nec id absque ratione, qui eas omnes artes in te prælucere videãt, quæ ad hanc rem perficiendam sunt necessaria, humanitatem singula-



rem, morum integritatem eximiam, doctrinam præcellentē, ſiue Latinè, ſiue Græcè diſſerendū ſit, facundiam inæſtimabilem. Adhæc huius rei felicibus Regi ipſi auſpiciis factum à te tyrociniū nuper conſpexerunt, cùm in Hiſpania pro vniuerſa Gallia commodo ea cum Cæſare ipſo pertractaſti, quæ impetrari efficíque poſſe nemo exiſtimabat. Quapropter Chriſtianiſſimo Regi incomparabiliſque virtutis Heroinæ illuſtriſſ. regiæ ſorori tam gratus es, vt nihil præclarū, nihil ſerium, nihil quod ad rerum ſummam pertineat, abſque conſilio tuo tractandū cenſeāt. Quibus animi tui fortunæque dotibus & ipſe allectus, cùm literis meis ſalutem tibi dicere decreuiſſem, non cenſui id abſque munuſculo aliquo faciendum. Extabant inter legales noſtras exercitationes Cōmentarii, octauo ab hinc anno me dictāte ab auditoribus meis excepti: qui ſiue quòd ab auctore ipſo ſupremā adhuc manū non accepiſſent, ſiue quòd per librorum traduces vitiarentur, non poterāt diutius abſque nominis mei nota inemendati agere. Eos (quòd & interpellātium me ſcholaſticorū voces amplius ferre nō poſſem) vt publicū acciperent, editurus in manus rurſus aſſumpſi, correctioréſque factos non mediocri auctario locupletaui. Proximis enim Vulcanalibus, quo tempore publicis à lectionibus propter vindemias feriamur, quatuor illis libros adieci. Hos omnes nomini tuo dicare, his te patronum nominare conſtitui. Cùm enim vtriuſque Iuris ſis peritiſſimus, nemo eſt, qui facilius id patrocinium ſuſcipere, ſuſceptóſque rectius perfungi poſſit. Quod eo audentius à me factum eſt, quoniam nullo hanc rem labori tibi futurā ſum arbitratus: alioqui non tam audax eſſem, vt arduis occu-

patio-

pationibus tuis, noſtros hoſce Cõmentarios ingerere, vel doctiſſimis ſtudiis importunus ipſe obſtrepere vellem. Accipias igitur læta fronte, nuper à nobis cõmunicatos ſtudioſis omnibus hoſce libellos, qui non modicã Iuris ciuilis partẽ Cimmeriis prius obuolutam tenebris, illuſtrãt. Cùm enim in ſignificatione verborũ, mentiſque coniectura ferè omnes lites verſentur, extricandũ hoc argumentũ aſſumpſi, quod veterum nullus condignè tractarat. Non me latet patrũ noſtrorũ memoria Bartholomæũ Veronenſem, cui à cepis cognomentũ, neſcio quid hac in re cõpoſuiſſe: ſed eius dictata ad manus meas minimè peruenerunt, quòd hi penes quos eſſe dicãtur, ceu theſauros ea cuſtodiant: at fortè theſauri, vt in prouerbio eſt, carbones erant. Mihi nõ libet temerè de illecto opere ferre ſententiã: ſed tamẽ res ipſa planè oſtendit, rectè hũc tractatũ ab eo percipi nõ poſſe, qui ab humanioribus ſtudiis abhorreat: ſicut nec vice verſa qui haſce ſolas literas profiteatur, niſi idẽ iuris quoque ciuilis diſciplina præcellat, oleũ & operã hiſce in reſponſis interpretandis perdit. Quod nõ eò à me dicitur, quòd impenſè humaniorũ literarũ profeſsioni non faueã, earúmque cultores pro dignitate ſuſcipiendos colẽdóſque non arbitrer: ſed quòd vnaquaque ars ſuos habet fines, & intra quos conſiſtat cancellos, vt minimè de altera in alteram deſultare facilè quis poſſit. Conuenit Iuriſcõſulto oratoriæ artis ſcientia, faciliorémque ad ius Quiritiũ aditũ præſtat: nõ tamen corpus efficit, ſolã eius ſuperficiem colorat. Fuerũt maximi Iuriſconſulti, Accurſius, Bartolus, & id genus alii, qui etiã apud illos veteres locum ſuũ tenere potuiſſent, quos tamen cõſtat ne ſummis quidẽ labiis alias

artes attigisse. Quo fit, vt eorũ ineptam censurã nõ possim nõ admirari, qui grauissimo supercilio, & fluẽtisona (vt Lucretius ait) scaturigine, hoc solùm nomine in eos inuehuntur, quòd bonarũ literarũ fuerint rudes: quasi quisquã sanus ideo minoris excellentem Astrologum faciat, quòd Musicã ignoret: Galenum præstantissimũ medicum damnet, quòd geometræ Euclidis circinũ nunquã in manus sumpserit. Vix aliũ in vniuersa Legum sylua tractatũ offendes, cui explicãdo adeò sint humanitatis studia necessaria: hic (fateor) absque eorum notione intelligi perfectè nequit. Quapropter suarũ virium conscius Bartolus, quique post eum per manus hanc nostrã doctrinam tradiderũt, quod ad hæc responsa attinet, nihil ferè scriptum posteris reliquere. Hunc ego aggressus, cùm pro viribus meis aliquandiu elaborassem, ad vmbilicúmque peruenissem, cognoui pro rei magnitudine adhuc non satis à me factũ esse: nec enim sola Iurisconsultorũ, quæ hanc sub rubricã congeruntur, respõsa omnem rem declarant. Necessariò itaque manum rursus tabulæ admoui, & quatuor hosce libros summa celeritate, & memet in horas præueniens (quod facere consueuerunt, quũ paululum tantummodo desse conficiendo negotio industrii artifices existimant) composui: qui qualescunque sint, ingens afferũt vniuerso Quiritium iuri lumen, vt non dubitem, etiã si quicquã à me, idque humanitùs, erroris in eis cõmissum sit, à facili iustóque lectore veniã promeriturũ: quam & impetratu digniorem id facere debet, quòd bibliotheca mea ob bellicas calamitates Mediolani derelicta, cùm huc concessissem, commodatitiis libris, hisque paucis tãtùm mihi negotiũ aggrediundũ fuit.

Erunt

Erunt fortè qui maiorem elegantiam requirent,& ob Latinæ maieſtatis condignam à me rationẽ non habitam,diem mihi dicent,quòd nimis plana humiliſque noſtra oratio nõ ſchematis ornetur, nõ dictionibus ex antiquitate repetitis abũdet,nõ Ciceronianorũ verborũ maieſtate refulgeat. Sed hi velim ſciant, hæc ab eo minimè expetẽda eſſe,qui manib. quotidie Bartolos,Baldos, Alexandros,huiúſque farinæ auctores verſet:quíque humanitatis ſtudia nõ ex profeſſo,ſed obiter quãdoque,& aliud agẽs interuiſat. Ad hæc ſcenæ me ſeruire neceſſariũ fuit:quotus enĩ quiſque eas legalibus myſtis noſtra legeret,ſi præter anxiã legũ ſcrutationem,Cornu quoque copiæ in manibus habendũ illi eſſet, vnde & antiqua vocabula addiſcere,& figuratos loquẽdi modos percipere neceſſe haberet? Vix eorũ conuicia ferre poſſum,quotidiéque cum eis mihi iurgandum eſt,qui qualẽcunque hanc meam dictionem tanquam obſcuram calumniãtur, illúdque à vulgo exclamãt,Indoctius loquare,ſed apertius. Quid hi quæſo facerent,ſi paulò elegantiore ſtylo noſtratia hæc cõſtarent? abiicerẽt manibus tanquã ænigmata,& inter Heracliti & Lycophronis tenebras connumerarẽt. Nec immeritò quidem id mihi accideret,qui cũ Vlpiani,aut Pauli planiſſimos, & abſque vllo ſermonis ſcrupulo compoſitos Cõmentarios,declaraturũ profiterer,obſcuriora ipſis auctoribus tradidiſſem,interpretéque ipſe,vel potius natatore aliquo Delio indigerẽ. Satis igitur nobis fuit Latinè vtcũque ſcripſiſſe:elegantiã ſermonis oratoribus permittimus:quanquã & ipſorum non modica laus ſit perſpicuitas. Sed cùm qualibet ars ſua habeat vocabula,nobis neceſſariò noſtris vtendũ:quæ tametſi

aliquibus barbara & incondita videantur, non idcirco tamen noua effingi oportuit, quæ nemo intelligeret. Verùm quid ego diutiùs pro me verba faciam, qui huiuſmodi accuſatoribus nõ magis ſcribo, quàm Perſio & Scipioni Lucilius? Cuius exemplum imitatus, veteranorúmque iudicium reformidans, ſolos tyrones ad diſciplinam voco, quibus hæc in præſentia non aliam præſertim ob cauſam exhibenda duxi, quàm vt fidem meam aliqua ex parte liberarẽ. Pollicitus quandoque fuerã (reſectis tot interpretum ſuperfluis opinionibus) Iuris ciuilis prudentiã per quadringenta, & eo amplius, maxima volumina diſperſam, in vnũ corpus colligere, & contextui veterũ legũ annexis gloſſematis illuſtrare. Ad quod opus componendum, me velis remiſque (quod dicitur) properantem, neceſſitas ipſa, cui ne dii quidem (vt ille ait) reſiſtunt, retinuit properantíque iniecit manum. Bellica enim clade cenſu afflicto, ſubire aduocationes, reſponſáque conſulentibus dare coactus, cùm alioquin ope mea cenſeri non poſſem, ad alias curas animũ traduxi. Verùm, ne omnino conturbaſſe promiſſionis meæ rationes viderer, id contracti alieni æris in præſentia parte aliqua diſſoluere conſtitui. Solent autem duri exactores æquo animo id omne ab his, qui foro ceſſerint, tametſi modicum, accipere, & quicquid datur in lucro reputare. Interim igitur, auguſtiſsime Præſul, has lucubrationes tanquam eius operis ſpecimen quoddam accipies: quas ſi probaueris, alicundéque mihi proueniat commoditas, alacriorem ad cætera proſequenda animum feceris. Vale. Biturigibus, Calendis Maii,

M. D. XXIX.

ANDREÆ

ANDREAE ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, Liber primus.

SVMMÆ.

VM INVENTA sint verba, vt di-
centis * sententiam exprimant, meri- 1
tò eius voluntas * in primis spectan- 2
da est ᵃ: cognoscitur autem ex * eo, 3
quod verba ipsa indicant. Hæc † qua- 4
tuor modis accipiuntur, ex proprieta-
te, ex improprio, ex vsu, & per interpretationem. Sigil-
latim igitur de omnibus videndum. Et tripliciter pro-
prietatem verborum assumi Fab. Quintilianus libro
viij. ostendit. Primus † eius intellectus est sua vniuscu- 5
iusque rei appellatio. Non tamen, inquit Fabius, quic-
quid non erit proprium, protinus improprij vitio la-
borabit: cùm multa sint & Græcè & Latinè nõ denomi-
nata, quæ per translationẽ vel κατάχρησιν necessariò di-
cimus: vt iaculatus est sudem vel pilam. Vnde quæ suo
loco & bene translata sunt, propria dici possunt. Pro-
prietas igitur nõ ad nomen, sed ad vim significandi re-
ferẽda: nec auditu, sed intellectu perpendẽda est. Secun
do modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt eius-
dem nominis, & vnde cætera deducta sunt: vt vortex,
contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter ver-
titur: inde propter flexũ capillorũ pars summa capitis.
itémque summi mõtes, propriè tamẽ ad aquã refertur.
Sed iste casus mihi sub priore cõprændi videtur, & ad
metaphorã ferè pertinere. Tertius, cùm res communis
pluribus, in vno aliquo habet nomẽ eximium: vt cùm
tabernaculũ ducis, Augustale appellamus, & tabernacu
la principũ militiæ lex Principia appellat ᵇ, & veterato-
res, & nouitios pro seruis ᶜ. Hinc proprium etiam illud
dictũ arbitramur, quo nil inueniri possit significãtius,
vt cùm

a l. Labeo. de supel. leg. ff.

b l. officium. §. fin. de re mil. ff.

c l. fin. de ædil. edict.

vt cùm Celsus inumbratam quietem furiosi dixit[a], qui in conspectu sanæ mentis videbatur. Ad hanc speciem pertinet, cùm aliqua res speciali sibi nomine, & cõmuni cum aliis appellari potest: nã quod peculiarius sibi est, id eius est proprium: vt cùm adulterium in lege Iulia cũ vxore aliena dicimus, propriè dicimus cùm stuprum, quia etiam cum virgine, vidua, puero, meretrice cõmittitur, καταχρηστικῶς loquimur[b]. Præter Fabij declarationẽ quartus quoque casus adduci potest, cũ res generali aliquo nomine appellatur: nec enim dubitãdum est, quin species generi suo propriè inesse ex propria natura censeatur[c]. Eodẽ pertinet, cũ voce vtimur, quæ lata significatione multa continet: nã omnia cõprændi arbitrabimur: vt cũ lex intestabilem aliquẽ esse iubet[d], intelligetur, vt non solũ eius testimoniũ non recipiatur, sed nec ipsi quidẽ testimonium dici possit. Sic cùm
6 lex municipalis petitionẽ * cõcederet: etiã repetitionẽ concedi responsum est [e]: quia petere generaliter dicimus, sicut & dare, quod reddimus. Eadẽ ratione appellatione diœcesis, ciuitatis quoq; ipsius, nedũ agri procurationẽ in legibus cõtineri creditur [f]. Sed & si quod verbũ sit cuius specialis, itémque generalis possit esse significatio, vtroque modo accipietur nec altera cẽsebi
7 tur impropria: vt cũ lex iurisdictionẽ alicui * cõcedit, non de speciali tantũ censebitur actũ, sed de mero quoque, & mixto imperio[g]: quod & de adoptionis nomine dicendũ, quod generali adoptione etiam arrogationem continet. sicut in ea re testis est Herennius Modestinus libro secundo Regularum. Idẽ quoque dicendũ est de his nominibus quæ variam significationem alicuius speciei habent: & non magis propriè vno, quàm alio modo accipiuntur, vt soror. significat enim vtrinque coniunctã, significat consanguineã tantùm, itémque vterinã tantũ. Cùm igitur sororis mentio fiet, quę quoquo modo ex suprascriptis casibus coniuncta sit cõtinebitur: ídque propriè. Aliud est cũ in altera specie improprietas est, veluti cùm dicimus dominiũ, propriè de directo accipitur[h]: nã q vtiliter dominus est, abusiuè videt dominus: meritò igit ex vi verbi hoc casu potẽtior significatio accipietur, quę ex proprietate descẽdit. Sed

a l. quod meo. §. j. Ac acquir. poss. ff.
b l. inter. §. j. de adulte. ff.
c Bald. l. ij. C. de iur. aur.
d l. cum lege de testi. ff.
e Bart. rub. sol. mat.
f c. j. de officio ordi.
g Alex. rub. de iur. omn. iud.
h Soci. cons. vlti. vol. ij.

quomodo propriã ſignificationẽ dignoſcemus? Et cre-
a Barto. l. omnes populi. de iuſti. & iure. briore ſentẽtia proditũ † eſt tribus modis fieri[a]: ab au- 8
ctoritate, diffinitione & etymologia. non enim dubiũ
eſt, id prudentiũ auctoritati tributum, vt quo dicendi
modo vſi ſunt, & nos vti poſſimus, propriéque dicere
iudicamus. A qua ſentẽtia nec ego diſcedo, tametſi ob-
ſeruauerim quandoq; M. Tullium non ita arbitratum
videri, qui facere cõtumeliã Philippica iij. impropriè di
ci cenſuit, hócque nomine M. Antoniũ dãnat, cũ tamẽ
& Plautus in Aſin. & M. Cato hoc dicendi modo vſi
ſint. Idem epiſt. lib. vii. Fabium Gallum reprændit, qui
duo nos, ſcripſerat, quod tamẽ exemplo Græci ſermo-
nis defendi potuit: à quo nec Virgilius abſtinuit:

Si duo preterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros

Sic A. Gellius lib. j. cap. 22. Supereſſe, verbũ Latinum nõ
eſſe, pro defendere, arbitratur, cũ tamẽ hoc ſignificatu
apud Tranquillũ in Auguſto reperiatur. Fuere & qui
Poſſibile, vocẽ probã nõ arbitrarentur, & Græca mal
lent vti: vt Cicero epiſt. fam. lib. ix. Meπερὶ δυνατῶν ſcito
b l. ab omnibus. §. j. de legat. j. ſecundum Diodorum iudicare. Et Iulianus[b]: quia con
ditio ἀδυνάτη, id eſt, impoſſibilis, pro non ſcripta habe-
tur. Sed tamen aliorum iuriſconſultorum auctoritas
obtinuit, vt Latinę ciuitati reddita hęc dictio cẽſeatur.
De etymologia verò & alluſione ita demũ proprietatẽ
vocabulorũ cognoſci proditũ eſt, ſi diffinitioni nõ ad-
uerſarentur. qua de re inferiùs loco ſuo à nobis tractatũ
c l. tabernæ. infrà eod. eſt[c]. Diffinitio autem in iure omnis periculoſa eſt: rarũ
eſt enim vt non ſubuerti poſſit. Quapropter cùm diffi-
nitio ſit propria, & breuiter compræhenſa rerum ſubſtã-
tiæ enarratio, quæ genere, ſpecie, propriis, & differẽti-
bus (vt inquit Quint.) cõſtat, non fermè multas huiuſ-
modi in iure reperies. Sed haſce ſubtilitates Iuriſcõſul
ti Dialecticis reliquerũt, ipſique ſatis habuerũt, ſi ſub-
ſtantiã rei ex cõmuni regula deſcriberẽt, vt in dote &
iudicio fecerũt. quod à nobis in Paradoxorũ libro tra-
ctatũ eſt. Quandoque ſatis † duxerunt, ſi genus & dif 9
ferentias ſolũ apponerẽt, quod in doli mali diffinitio-
d l. j. de dol. ne cernere eſt[d]. Quandoque ex modo, per quẽ intro-
ducta eſt, eã deſcripſerũt, vt in ſeruitute, & in ſtipula-
tione

tione apparet.Quãdoq; ab ipso effectu, vt cùm appellationẽ diffinierunt esse primæ sententiæ, quæ in pendenti fit, rescissionem. Quandoq; & tales diffinitiones retulerũt, quæ non nisi impropriè acceptis verbis defendi possint: quod Decius annotauit[a], & ipse in recẽtiorũ diffinitionibus verũ esse fateor, non in his quas veteres tradiderũt. Sũt & alij diffiniẽdæ rei modi, quos Hegẽdorphinus in dialectica legali persequitur, & explicat. Enumerãtur & ab aliis à iuris ciuilis interpretibus. Illud autẽ in diffinitione potissimùm requiritur, vt diffinitio conuertatur cum suo definito. Hoc à iurisconsulto Vlpiano probari scribit Bartolus[b], citarique quotidie hoc responsum adnotat ad hóc Bal. Perusinus. Induco illum textum. Seruius definiebat dolum, machinationem decipiendi causa factam, cùm aliud agitur, & aliud simulatur. Labeo hanc diffinitionem dialectico instrumento impugnat, dicens posse id agi, vt quis sine machinatione circunueniatur. Ergo Seruii diffinitio non cõuertitur cum suo definito. Verius igitur Labeonem diffiniuisse Vlpianus[c], putat: vt pote cùm Labeonis diffinitio cum diffinito conuertatur, vt dolus sit omnis calliditas, machinatio, &c.

a Deci. in rubri. extra de probation.

b l. j. ff. de dolo.

c d. l. j

Explicito articulo, quę verborum sit proprietas, & quomodo cognoscatur, videndũ est queadmodum
10 ea significatio accipienda sit. Et ab † omnibus traditũ est, in quacũq; materia, etiam si pœnã irroget, eatenus verba generaliter capi, quatenus sermonis proprietas ferre potest[d], nisi aliã loquentis mentẽ cõiiciamus, ea mens in dispositione legis facilius dignoscitur, quã in hominũ verbis. Cuius rei illa est causa, quod lex semper de ratione legis certa est, faciléque, quænã illa sit, assequitur: at hominũ incertos animi motus discernere nemo possit. Vnde & plerũq; videmus verba legũ vberiorem interpretationẽ assumere, quã in cõtractibus, vel testametis fieri soleat: quod infra lib. iij. differemus. Ori-
11 tur† tamẽ plerũq; ambiguitas, cũ de ratione legis nõ cõstat: in qua re illud sciẽdũ est, si ratio in lege expressa sit, illa & augeri, & minui decisionẽ: quonia leges nõ tam in verborũ forma, quã in ratione cõsistũt[e]. Si verò nõ sit expressa, sed vnica tantum reddi probabiliter

d d. l. cum lege.

e l. scire. de legi. ff.

a gl.l.quam nis. C.de fi deicommiss. possit[a],idem censendũ.Quapropter si in municipio lege successionis,existẽtibus masculis,fœminæ excludãtur,quoniã ex illa vna ratione,id est,solo agnatorũ fauore,id introductũ esse etiã aduersus Bar.sentẽtiã receptius est[b].Ab huiusmodiratione,&lex restringetur,& b in l.j.C.de adulter. extẽdetur.Quòd si duabus *rationibus quid cõstitutũ 13 appareat,solet dici,altera sublata, sustineri nihilominus generalitatẽ legis[c]quod vtique & nobis videtur, c. §. affinitatis. Instit.de nup. dũ singulæ rationes efficaces sint,& sufficiãt:alioquin quod ex duabus causis introductũ est , altera cessante extinguitur,& alia, cũ duo vincula arctius ligẽt. Ecce familia iniuriã prætori fecit,dãnũ dedit,albũ corrupit, is ius vindictæ publicæ prosequitur, dominúsne pro omnibus tenebitur?Et lex teneri ait[d]:duplex enim hîc d l. si familia.de iurisd. omn.iudicũ. est ratio,nẽpe quia plura hæc cẽsentur facta,itẽ quia de publica vindicta agitur.Pone alterã cessare vt quia vni cũ est factũ,puta furtũ,homicidiũ,vel de priuata vindicta solũ agatur.certè his casibus dominus pro vno solidũ soluẽs,cæteros liberat[e].Necessariò igitur,vt legis dispositio sustineatur,oportet adhuc eã rationẽ vigere,quæ tali decisioni sufficiat.Quo fit,vt licet quandoque nõ tãta ratio superesse videatur,sustineatur tamẽ decisio[f].Cui⁹ rei exẽplũ illud adducitur:Si quis hominẽ ꝓmisit partẽ soluẽdo nõ liberatur.Finge,is promissor decessit duob⁹ heredibus relictis.nũ alter dimidiũ hominẽ ꝓstãdo liberabit?Et videt̃ liberari:nõ enim vltra dimidiũ debet,quoniã lex xij. Tab. obligationẽ diuisit,cuius hęc verba sũt, INTER HEREDES PRO PORTIONIBVS HEREDITARIIS OBLIGATIONES IPSO IVRE DIVISAE SVNT.Nõ igit̃ tãta est ratio in herede,sicut in principali,& tamẽ proditũ est nec heredẽ liberari,ne in diuerso homine cõtingat solutionẽ fieri.Quid si de ratiõe legis dubitetur,quia vnicã tãtũ adferri posse aliquis affirmet,alius variis rationib⁹ motũ legislatorẽ cõtẽdat?Sali.pluribus rationibus motum magis præsumit[g]. Ego id plurimũ in arbitrio iudicis cõsistere arbitror:nã si vna tãtũ probabilis sit , potius credendũ est illi adhæsisse legislatorẽ. Quapropter in statutis filiã dotatã * excludẽtib. etiã de ea actũ intelligetur,cui in testamẽto patris dos assignata sit[h],excludentúrque

e l.illud. ad leg.Aquiliã. ff.

f Socin.l.ij. §.ex his. de verb.obliga.

g Salice.l.si serui.C. de noxa.

h Bartol. l. Titio centũ. §.Titio genero. de conditio. & demõstratio.

detúrq; fauore agnationis: q̃ sola probabilis est huius statuti ratio,& quam videmus etiã Iuriscõsultis ipsis quãdoq; præ oculis fuisse[a]. Sed quid, si ratio legis correcta sit, an legẽ quoq; correctã dicemus? & Accursius corrigi existimauit[b] Quapropter cũ hodie lex noua etiã cognatos in successione cũ agnatis admittat, intelligetur & onus tutelæ deferre, eásq; cõstitutiones corrigere, quibus agnatis solis tutela defertur: quod accipiẽdũ, cũ ratio legis huiusmodi est, vt decisioni sit cõiuncta[c], ita vt altera ab altera ꝓxime depẽdeat, alioquin ratione remota (vt ita dixerim) vel impulsiua correcta, adhuc lex viget[d]. Idẽ dicẽdũ, cũ legis ratio generaliter nõ corrigitur, sed aliquo casu tantũ[e]: nã & in illo quoq; seruãda est lex, donec cõtraria cõstitutiõe abrogetur[f]. Et hæc quidẽ de ratione legis dicta sufficiãt, ex quibus ea potest colligi cõclusio. Quãuis lex generaliter loquatur, restringẽdũ tamẽ, vt cessãte ratione & ipsa cesset[g]. Cũ enim ratio sit anima, vigórq; ipsius legis, nõ videt legislator id sensisse quod ratione careat, etiã si verborũ generalitas prima facie aliter suadeat. Nõ ꝓcedit tamẽ id ꝓnũtiatũ quibusdã casib[9]. Primus †cũ id agitur,

14 ne quis lucro priuetur: nã quia facilius lex ꝑmittit, ne quis lucret, q̃ vt dãnũ faciat. poti[9] ab huiusmodi lucro arceri aliquẽ patiemur, q̃ generalis legis verba arctabimus: idq; Bar. sensit[h]. Exẽpli causa: Mulier cũ qua ob adulteriũ maritus diuortiũ fecit, lege Iulia ꝓhibet seruos intra lx. diẽ manumittere, ne q̃stioni subducã tur: quid ergo, si seruus extra ministeriũ mulieris fuerit, vel in prouincia, nũquid manumitti poterit? Et videbatur posse, q hîc ratio legis cesset, cũ nihil de adulterio ipse sciat, qui absens fuit. Vlpianus tamen negat[i], quãuis enim id perquã durũ sit, tamen lex ita scripta est. Interpretãtur igitur Doctores hoc ita esse, quia seruus de lucro captãdo agit, nẽpe libertate acquirẽda. Vnde cõsequẽter ꝓpositã speciẽ sic finiunt, lex est in municipio, quicũq; in palatio sanguinẽ fuderit, tali lucro priuet: chirurgus cucurbitula, vel secta vena ægrũ in palatio adiuuit, in pœnã legis incidere existimat, cũ de lucri priuatione tractetur, quod secus esset, si de dãno vitando ageretur. Sed hoc ego plane ridiculũ arbitror: quis

a §. cæterũ. Instit. de leg. agna. suc.
b Gloss. l. j. de legi. tut. ff.
c c. miramur de ser. non ord.
d l. j. in prin. de cadu. tol.
e Areti. l. ij. de vulgar.
f c. à multis. de ætate, & qualitate.
g l. adigere. §. quamuis. de iu. patro.
h d. l. omnes populi.
i l. prospexit. qui & à quibus ma.

enim existimet voluisse legislatorẽ medicã manũ, quæ præmio potius inuitãda erat, vlla penitus pœna afficere? & eã legem non coarctet ex subiecta materia, vt de ea sanguinis fusione intelligatur, quæ in speciem vel lenis delicti cadat? Meritò itaque fuerũt ex recẽtioribus, qui hanc decisionẽ reprobarent[a]. Nec me illud exemplum legis Iuliæ mouet, quoniã in eo seruo nõ omnino cessat ratio legis, cũ, tametsi absẽs, potuerit aliquid ex cõseruis intelligere, vel de priore dominæ vita attestari, déque eius moribus, & pristina institutione: quæ argumẽta, quãuis paulò remotius à certæ rei cognitione absint, in hócq; legis durities versetur, tamẽ omnino aliena dici non possunt, & maximè in seruis, quorũ ingenia maiores nostri suspecta habuerunt, præsertim cũ nec damnũ libertatis eis inferatur, sed differatur potius, cũ post sexagesimũ diẽ nulla sit prohibitio. Extat C. Cassii Iuriscõsulti apud Corn. Tacitũ lib. xiiii. oratio qua ille S. cõsultũ Syllanianũ defendit, suadétq; seruos, cęso domino vltimo supplicio afficiẽdos, etiã si durae a lex videatur. Libet, inquit, argumẽta cõquirere in eo, quod à sapiẽtiorib. deliberatu est. Sed & si nũc primum statuẽdũ haberem*, creditísne seruũ interficiẽdi domini animũ insumpsisse, vt nõ vox minax excideret? nihil per temeritatẽ proloqueret? sanè cõsiliũ occuluit, telũ inter ignaros parauit. num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumẽ inferret, cædẽ patraret omnibus nesciis? multa sceleris indicia præueniunt serui, si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremò si pereũdũ sit, nõ multi inter nocẽtes agere, & quę sequuntur. Hoc igitur & in proposito quoque legis Iuliæ exẽplo dicendũ est. Secũdus casus est † cũ lex 15
verbis geminatis præter vniuersalẽ dictionem vtitur: nam tunc de his, qui idonei non sunt, & cõsequẽter in quibus ratio legis aliquo modo cessat, lex adhuc obseruatur. Quapropter si statutũ sit, vt quicũque quoquo modo aliquem occiderit, occidatur, non distinguemus dolo an culpa necauerit, in sui tutelam, vel ne: & ita Salic. sensit[b]. Idẽ; † quãdo sola dictio vniuersalis adest, 16
& super actu iã cõcesso disponitur: tũc enim nõ restringimus ad idoneos, ne aliàs dispositio esset superflua,

vt

a Salice. Alexan. Felin.

b Salicet. l. ij. C. de noxal.

vt cùm Iurisconsultus dixit, nunciationem omnib diebus fieri posse[a], intelligitur etiam feriatis:cùm iam ex prætoris edicto nunciatio permitteretur. Idem etiam si de nouo actu agatur, dum tamen de re ad exemplũ fauore publico pertinente,tractetur.Quapropter si seruus necem domini vltus fuerit, ex Senatusconsulto libertatem acquirit,tametsi aliàs ad libertatem peruenire prohibeatur[b]. Atque hæc communiter recepta sunt,& in his sibi locum vendicant,quæ iure ciuili non satis admitterentur. Quòd si impedimentum iure naturali, vel gentium sit,tunc semper lex quibuscunque verbis concepta sit restringitur,& de eo iure idoneis intelligitur.Promittendo dotem(inquit lex[c]) omnes cuiusque sexus conditionísque sint, obligantur: restringitur dummodo ætate sint idonei,quia aliàs naturale impedimentum obstaret. Quapropter suprà scripta lege homicidã puniente,putauerim in eum non* animaduerti,qui in sui tutelam occiderit,quoniã id iure naturali permissum est,nec in hoc

a l.j.§.nunciatio. de oper.noui nunt.ff.

b l.iii.§.isq; ff.ad Sylla.

c l.promittendo de iur.d.ff.

17 uerim in eum non* animaduerti ...

18 Saliceti sentẽtiam sequor. Tertius† casus est,quoties lex aliquid pro forma obseruari cõstituit certa ex ratione: nam,ea cessante, adhuc obseruanda est forma,aliàs perperam agitur. Quapropter si minor fundum sterilẽ absque prætoris auctoritate vendat,venditio est nulla[d]. Sic ecclesia etiam si vtiliter,& ex re sua distrahat,tamen cõtractus est nullus, nisi forma à lege in huiusmodi alienationibus requisita seruetur[e]. Cuius rei hæc est ratio,quòd

19 ea quæ ad rigorem* iuris conseruandum cõstituta sunt, ad vnguẽ obseruari debent, nec aduersus eorũ omissionem cuiquã succurritur[f]. Habet aliquid ex iniquo(inquit C.Cassius apud Tacitũ)omne magnum exẽplum, quod cõtra singulos vtilitate publica repẽditur: nã & fuso exercitu, cùm decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur. Putauerim tamen si ea forma non publico, sed priuato tantùm fauore, introducta sit, aliud dicẽdũ.

20 Quapropter licet de alimẽtis futuris sine* decreto trãsigi nõ possit,si tamen transactum fuerit, vtilitérque creditor egerit, ratam eam transactionem prætor habet[g]. Idem credendum,cùm ratio formæ correcta est. Quocirca quãuis nepotem ex filio emãcipato pater in testamẽto instituere, vel ex hæredem facere cogeretur[h], idque

d l.si fund°. de reb.eo.ff.

e c.j. de rebus ecclef. in vj.

f Bald.l.iuris.C.qui ad mi.

g l.cum hi. § eam de transact.

h Inter cætera.de lib. & posthum.

pro forma traditum esset, tamen hodie impunè præteribit[a], cùm ratio legis sit correcta: quoniam emãcipationis patriæque potestatis differentia nouissimè sublata est. Exceptis†igitur istis casibus adhærẽdum erit regulæ vt lex generalis, cessante ratione, restringatur, cuius aliquot exempla proponemus. Lex mandat, fratres, filiósque eorum, qui principem occiderint, ad supplicium duci, non continebitur is frater, qui cum homicida capitales inimicitias exercebat, idque Decius respondit[b]: hæc enim lex etiam proximos gladio insequitur, vt hoc terrore dum suorum saluti prospiciunt, tyrannicidæ absterreantur: verisimile autẽ non est quẽquam eius saluti voluisse consultum, cui inimicitias denũciauerit. Lex iubet, qui sanguinẽ in palatio fuderit, centum solidis mulctari, nõ cõtinebitur chirurgus (vt dixi) neque tõsor, qui nouacula summã cutem inciderit, lex cõstituit*quẽcunque, cuiusuis cõditionis testari posse[c], intelligitur de eo, qui naturæ vitio nõ impeditur, meritò nec furiosus, nec pupillus poterunt testari. Lex ait, Contra instrumentum vel sententiam nulla exceptio admittatur, non censetur reiecisse nisi friuolas exceptiones[d], ne alias graue damnum alicui inferatur, & cõtra ius naturale creditori bis idem soluatur. Accedit etiam, quod in mandato videmus: quãuis enim generalibus verbis conceptum proponatur, ad ea tamen non extẽditur, quæ nõ nisi speciali iussione demandari solent[e]. Lex, quæ in successione, agnatos cognatis præfert, intelligitur de agnatis masculis, cum appareat ita fauore agnationis cõstitutũ, quæ licet in fœminis sit, tamen cũ eis extinguitur. Lex, quæ, stãtibus masculis, fœminas excludit, intelligitur si masculi velint, vel possint succedere, alioqui non obstabunt fœminis. Quæ dat præmiũ exulem capienti, intelligitur, & eũ magistratibus exhibẽti, alioqui frustrà diceretur captus, & hæc quidem exẽpla sufficiant. Restringitur autẽ dispositio legis plerunque, non quòd eius ratio penitus cesset, sed quòd alia contraria ratio id suadeat, quæ efficacior sit: cuius rei perfectam doctrinã qui tradere vellet, eum oporteret quoruncumque casuum rationes omnes perspicere, & eis ceu in trutina positis, perscrutari, quæ præualeant, quod ego supra humanas vires esse arbitror

a Bar. l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de lib. & posthum.

b Consil. lx.

c l. j. C. de sacrosan. eccl.

d l. ita nobis C. de adult.

e c. qui ad agẽdum de procur. in vj.

21 22

arbitror. Meritò igitur insigniores tãtummodò, frequẽtioresque aliquos modos referemus, vnde ad alios, si qui occurrent, discernendos via studiosis patere possit.
23 Et in primis frequens is est modus, cùm* interpretatione dispositio restringitur, ea ratione quòd debeant ciuiliter, & secundum ius interpretari. In qua re duplex est tractatus, alter quid in hominum, alter quid in legum dispositionibus. Primò ergo de hominum actione videamus, & in hoc generaliter à maioribus tradita regu-
24 la est, Vniuscuiusque † verba siue in contractibus, siue in testamentis, ad dispositionem iuris referri debere: quoniã quilibet secundum leges siue Quiritium, siue municipales agere voluisse præsumitur[a]. Id pronũciatũ quatuor sectiones recipit. Prima est, cum dispositionis legis
25 † verba ex proprietate conueniunt, licet mens alia præsumatur, tunc stamus verbis: quoniam coniectura mentis verborum proprietati succumbit. Et ideo fideicommisso (si vterque hæredũ sine liberis decesserit,) fœminæ relicto, priore cum masculis mortuo, licet in alterius vltimo loco decedentis partẽ ea admittatur, tamen si ex lege municipali, existẽtibus masculis, fœminæ excluderentur, fideicõmisso locus nõ esset[b]: quoniã fœmina hîc ex præsumpta mente aduersus vim verborũ admittitur, quæ præsumptio propter legẽ cessat: videtur enim ex legis suæ sentẽtia testator voluisse fœminas, stãtibus masculis, admitti atque ita cõmuniter traditũ est. Eadem ratione propter eandẽ municipij legem receptum est, si pater filios suos instituat, de masculis tantũ intelligi[c]: quãuis enim appellatione filiorũ etiã fœminæ cõtinentur, id nõ ex sermonis proprietate, sed per interpretationem ex præsumpta mẽte introductũ est, quæ præsumptio per cõiecturã statuti tollitur, & à proprietate verborũ nõ recedimus. Et ideo quidã, duobus filiis institutis, cùm fideicõmisisset, vter eorum sine filiis decederet, superstiti restitueret eum, qui relicta filia, decesserat, respõdit Dinus, ad restitutionem teneri[d]: quoniã appellatione filij hoc casu propter legem municipij non comprenderetur fœmina. Quæ sententia nobis quoque placet, maximè si apparerer testatorẽ etiam propriã filiã exclusisse, vt mascu-
26 los tantum institueret [e]. Secunda sectio est: Quoties

a l.quidam. de verb.oblig.

b Bar.l. heredes.§.cùm ita.ad Trebell.

c Bald. l. tres fratres de pact.ff.

d Felinus.c. ius generale.1.distinct. e Paul.cõsi. ccccx. casus iste frequẽ.

†sermonis proprietas repugnat,ad eam potius attendimus,quàm vt imitatione legis quicquam factum arbitremur.quapropter qui fratrẽ,& eius filios hæredes instituit,simul eos propter coniunctæ naturã vocasse creditur[a],quãuis ex dispositione legis in successione priùs pater quàm filij admittantur. Qua ratione eadem municipio cùm lex adsit,si pater filios &filias instituerit,receptius est simul mares & fœminas admitti: quod Paul. Castrẽsis,& Socin.probant[b]: tametsi Ancharanus[c] prius masculos,deinde,eis non existentibus,fœminas iuxta legis seriem vocari crediderit. Si tamen vltra legem municipalem†aliæ coniecturæ adducantur,tunc aliter statuendum esset:veluti cùm præter legis, aut naturæ ordinem, etiam institutionis necessitas hoc suaderet, vt in patre filium & nepotes ex eo instituente[d]. Idem dicendum quoties interpretatio fieret circa verba ei nõ præiudicantia cũ quo contrahitur, & quæ sui natura ad terminos iuris referuntur:veluti cùm quis fundum emphyteuticum sibi,& filiis stipulatur:nam existẽte huiusmodi lege,quæ mares in successione fœminis præferat, etiam si pater sibi & filiis masculis & fœminis stipulatus sit, admittentur tamẽ prius masculi[e],quoniã pater filiis stipulando censetur vti heredibus stipulatus: at ex lege heredes soli sunt masculi. Tertia distinctionis species est,cùm†verba generaliter concepta sunt, num fiat restrictio, & intentio à lege reguletur? qui casus maximè ad rem præsentem pertinet, & hîc non modica est dubietas: viderentur enim restringenda, ídque Antonius Butrius sensit[f], dum, vocatis à testatore per fideicommissum proximioribus descendentibus, quæ verba etiã propriè fœminas continent,ipse respondit:solos mares admitti, propter suprascriptam municipum legem:nam etsi lex scripta sit,vxore sine liberis decedente, maritus dimidiam dotis partem lucretur,pater qui à marito simpliciter stipulatus sit dotem reddi, de dimidia solùm intelligetur egisse: ídque Raynutius probauit[g], & plerique alij. Eôdem confert, quod constitutum est,heredem, qui legata soluere generaliter promisit, caußque intelligi deducta Falcidiæ legis parte promisisse, non integra[h].Viden' igitur propter dispositionem legis, genera

26 (right margin, line 1); 27 (right margin, at "nicipalem†aliæ"); 28 (right margin, at "est,cùm†verba")

a l.Raynutius de test.
b l.in his.de condit. & demõstr. ff.
c Anchara. d.l.tres fratres.
d l.Gallus de lib.& posth.
e Bart.l.liberi de oper. lib.
f But. con. ij.de cõsti.
g l.post dotem. in iiij. lect.soluto matrimo.
h l.si.C.ad leg.Falcid.

neralem promiſſionem arctari? Sed tamen non arbitror à verborum proprietate regulariter hoc caſu recedendũ: quod enim de toto dictum eſt, non poteſt ad partem reſtringi, citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam, niſi quãdò verba ad ius expreſſè relata fuiſſent, vt quia eam dotis reſtitutionem tibi facere promiſiſſem, quæ iure facienda eſſet[a]. Idem, quando verba eiuſmodi ſunt, vt ad ius referantur, qualia ſunt in eo, quod Anto. Butri. dixit, cùm quis proximiores deſcendentes vocat: intelligitur enim collectiua illa vox, vt eo ordine ſuccedant, quo ex lege admittuntur. In promiſſione verò legatorum ideo ſubauditur ſalua Falcidiæ portione, quia cùm eiuſmodi ſponſio iuſſu legis fiat, non eſt veriſimile neceſſariò promittentem velle ius ſuum donare: ſi tamen ex natura contractus quicquam actum creditur, non eſt dubium ex ea fieri reſtrictionem. Vnde ſi locator condu

29 ctorem intra* quinquennium non eiicere promiſit, intelligitur conductore penſionem ſoluente[b], natura enim contractus etiam proprietati verborum præpollet[c].

30 Quarta † ſpecies eſt, cùm nec verba nec mens quicquam repugnant, ſed caſus eſt omiſſus, & tunc nõ eſt dubium ad diſpoſitionem legis referri. Vnde qui promittit ſol-

31 uere* centum, intelligitur de moneta à lege permiſſa: qui domum conducit, intelligitur ſecundum morem patriæ conduxiſſe: qui, quod vocant, feudum acquirit, in ea omnia ſe obligaſſe iudicabitur, quæ ex eius contractus lege domino ab huiuſmodi clientibus debentur. Et generaliter verum eſt quod Bal. ſcripſit[d], qui aliquam actionem orditur, is legi de ea verba facienti ſe adſtrinxiſſe videri debet.

SEQVENS tractatus de plebiſcito municipali, quã-

32 do iuxta antiquiores † leges reſtringi debeat & regula eſt, debere: quoniam ſtatuta ſecundum ius communẽ interpretationem accipiunt[e]. Et quoties ſtatutum de aliqua re, perſona, loco, verba facit, de idoneo & habili ex iuris communis diſpoſitione intelligitur[f]. Qua ratione ſi lex, vel ſtatutũ de aliqua re argumentetur & decidat, reſpectu cuiuſcũque alterius impedimenti aptitudinem præſumemus[g]. Ex hac regula quãplurimæ quæſtiones finiri poſſunt. Lex ait: Inſtrumenta, niſi intra mẽſem apud

a gloſ. l. ſi prior. ſol. matr.

b l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.

c l. inſulam de præſc. verb.

d Bal. l. ſi duo. de acquir. hered.

e l. ij. C. de noxal.

f l. vt gradatim. §. j. ff. de mun. & hono.

g Bal. l. qui teſtamento. de teſtam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

censorē insinuētur, fide careant, nō nocebit alienigenis ignorantibus, cùm hisce terminus non, nisi à die scientię, iure communi labatur[a]. Rursus lex: Exules & quicunque solum verterūt, impunè reuertantur: qui ob falsi crimen exulat, reuerti nequibit, quoniam iure communi generali abolitione de his actum non videtur[b]. Item lex: Qui cuiusque possessionem intrare, vel apprændere ausus fuerit, soluat pœnam, nō videbūtur in eam vindemiatores, fœnisecæ, messores, huiusmodíque artifices commisisse[c], qui alieno iussu ingressi sunt, sed auctor solus plectetur. Item lex: Qui sibi debitum æs decennio non exegerit, tempore exclusus est: qui agere suúmque ius petere non potuit, legis* præscriptione non submouebitur[d]. Itē lex: 33
Heres hereditariis creditoribus solidum soluat: intelligetur nisi inuentarium confecerit[e]. Rursus lex: Instrumēta publica etiam misso in neruum carcerémque debitore, executionem habeant: non censebitur prouidisse, quò minus cedere bonis addictus possit[f]. Item lex: Victus. *victori censeatur in expensis condemnatus: intelligit 34
Fulg.[g] nisi iustā causam litigādi habuerit. Lex ait: Vxore præmortua maritus * lucretur dotem, intelligitur saluo 35
iure liberorum prioris matrimonij: non enim per hanc tam generalem verborum formulam censeri debet illis quicquam damni illatum[h]. Sed quid si lucro ex ea lege facto maritus ad secundas nuptias transierit, an huiusmodi lucrum filiis quos ex priore vxore sustulit, reseruare tenebitur? Et licet generalitas legis aliud suadeat, tamen receptius est reseruare debere[i]: nisi cōstet nō cōtēplatione matrimonij aut filiorum ita à lege constitutum[k], sed potiùs vt spe lucri ad vxores ducendas viri allicerentur: quæ coniectura ex aliis quoque statutis deprændi potest: Lex ait: Omnia instrumenta insinuentur, si id factū non fuerit, nullius sit momenti: nō comprændet instrumenta *dotium, cùm speciali dotis fauore iure veteri insinuatio 36
in his sublata sit[l]. Lex mandat stari iuramento eius, qui damnum passus sit: poterit nihilominus iudex taxare, ad quam vsq; summam iurari debeat[m]. Lex inquit: Homicida quod fecit, expectet, & qui occidit, occidatur: restringitur, si dolo tamen occiderit[n]. Lex enim Cornelia, quæ in sicarios est lata, non nisi in eum qui dolo malo cædem

a l. genero. de his qui not.
b l. Lucius. ad S.C. Turp
c gl. l. in rē §. tignum. de rei vend.
d l. fin. in fin. C. de ann. exce.
e l. fin. C. de iur. delib.
f Bald. l. j. C. qui bo. ce.
g Ful. consil. v.
h Bart. l. hac edictali. C. de secund. nup.
i l. fœminæ. C. eod. tit.
k Dec. auth. si qua. eo. tit.
l l. fi. C. de iure dot.
m Angel. l. videamus. §. deferre. de in litem iur.
n l. in lege. ff. de sica.

dem patrauerit, locum habet[a]. Lex ait: Suſpectus perpetrati facinoris in ius veniat, alioquin exulet: veniat intelligitur & perſiſtat: quia lex antiqua non veniſſe eum interpretatur qui non perſiſtit[b]. Lex inquit: Prætor controuerſias arbitratu Iuriſcõſulti communi partium conſenſu electi definiat: intelligitur de controuerſijs, in quibus probabilis ſit ambiguitas: claras enim ipſe, nemine conſulto, decidet[c]. Lex: Prætor agnatos ad compromiſſum cogat, intelligitur, ſi aliqui litigatoriũ petierint: nec enim non petenti ſe prætor exhibet[d]. quod & in ea lege pluries reſponſum eſt, quæ alienigenam ſatiſdare iubet: intelligitur enim ſi cautio petita fuerit[e]. Lex: Terraconenſis Rex immobilia aliqua ne alienato: poterit nihilo minus pro dote ab vxore accepta immobilia alienare, cũ de hoc caſu lex cõmunis actũ non fuiſſe exiſtimet[f]. Lex:
37 Debitor* ſoluere non teneatur, niſi reſtituta ſibi ſyngrapha: non comprændetur qui ſyngrapham amiſiſſe iurauerit, dum acceptilatione, vel an apocha liberare debitorem ſit paratus[g]. Lex: Quiſquis triticum, vel vinum extra territorium aduexerit, plectatur: qui non in territorio, ſed aliunde acceptum aduehat, nõ punietur[h]: qui itévinũ guſtus cauſa abſportauerit, impunè fecerit[i]. quod & in eo, qui vſus ſui cauſa abſportet, reſponſum eſt. Lex: Negotiatorum codicibus integra præſtetur fides, intelligetur in his, quę ad negotiationem pertinent. Lex: Filij mercatorũ ab his, quibus pater debet, conueniri poſſint: intelligitur, ſi patris heredes eſſe voluerint, ídque Bald. probat[k]. Lex: Mulier abſque cõſenſu agnati contrahere vel donare nequeat: poterit eccleſiæ donare, & alio modo in piam cauſam transferre[l]. Lex: In grauib. delictis triumuiri capitales liberè inquirant: nõ poterunt tamen, niſi præcedente fama, vel legitimis indiciis[m]. Lex: Ob cõtumaciam exul poſſit impunè occídi[n]: aliquis eum armis occidit, quæ licitè ferri non poterant: reſponſum eſt, legem prohibentem arma deferre, ſibi locum non vendicare, cùm quis fert, vt talem occídat[o]: quod vtique faceret, ſi exulem lex, ceu hoſtem publicum iuberet occídi: Sed aliud eſt iubere fieri, aliud pœna facientem liberare. Lex: Mortuo ſuccedant proximi conſanguinei paterni. deceſſit aliquis, relicto conſanguineo vtrinque

a Iaſ. l. in actio. de in lit. iur.
b c. j. de iud. in antiq.
c l. ille. §. j. de leg. iij.
d l. j. §. fi. de iur. de lib.
e l. peto. §. fi. de leg. ij.
f Authen. res quæ. C. com. de leg.
g l e. fi. C. de fid. inſtru.
h l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. j.
i l. j. C. quæ res expor.
k Bald. l. de quibus. de ll.
l Bald. l. generali. C. de ſacroſanct. eccleſiæ.
m c. j. de offic. ord.
n l. ſi cui. de ſeruit.
o Nel. intra. bannit. in iiij. temp.

coniunćto,itémque altero ex patre tantùm: Ancharanus vtrinque coniunćtum admitti solùm censuit exemplo Instinianæ constitutionis.[a] Mihi videtur vinculum paternum in statuentium consideratione solùm fuisse, quapropter non temerè à verbis legis recederem. Lex: Mulier dotata * non succedat: intelligetur, ipsi qui dotem 38
dedit,idq; de suo [b].Quid si negat nubere,& mauult casta viuere? Respondeo,non ideo magis succedet [c] cùm per eam stet,quo minus dotata dicatur [d]. Quid,si qui dotem dedit stipulatus fuerat eam sibi reddi ? & cum appareat propter dotē eam excludi,succedet,nisi heredes mulieri ipsi stipulationem remittant [e].Quid,si minimā dotē consequuta sit?Respondeo,nihil refert,cum * agere possit,vt 39
congrua assignetur [f].Lex:Nepos auo paterno,quantùm sit respectu legitimæ,succedat,nisi quādo eius hereditati renunciatum sit:respondi secundum ius commune intelligi[g].& ideo,si,viuo patre, mater decesserit, eius renunciatio filiis nō oberit.Lex:Publico documento † debitor 40
soluat, nulla exceptione obstante: poterit nihilominus obiici illud non esse publicum instrumentum [h], actorem pugnantia inuicem dicere,vel legitimam personam standi in iudicio non habere : quia pupillus,aut sacer, abominatúsque, eūdem dolo malo petere instrumentum falsum esse,vel se non legitimè citatum,vel vi, aut metu contraxisse.vel simulatum fœnebrémve contractum,vel iudicem incompetentem, vel se soluisse , ídque manifestum esse, vel incontinenti probaturum . Admittetur & exceptio ex cōtractu veniēs:vt si vēditor pretium petat, ego rem mihi traditā negē:itémque quælibet alia exceptio ex alio ipsius legis capite descendens [i] sed hæc satis & super.Quod † diximus statuta secūdum leges declara- 41
ri,restringíque quibusdā casibus,nō procedit,velut cùm verba legis municipalis tam ampla sunt,vt commodè & citra manifestā cauillationem restringi non possint: vt cùm lex dicit,Maritus , decedente vxore omni casu lucretur dotem sibi datam : durum esset restringere,vt falsum ius filiorum prioris matrimonij censeretur [k].Idem diceret, Maritus decedente vxore sine liberis communibus lucretur dotē:quorsum enim hîc mētio liberorum communium,nisi vt qui communes non sunt reiiciātur?

Nam

a Aut.itaq;. C. commu. de suc.

b Bal l.j.C. de leg.hær.

c Bal. l. mater.C.de iur.dot.

d Bald.l.pactum. C. de coll.

e Bal.l.fi.C. de dot. pro.

f Dec. authen. præterea C.vnde vir & vxor.

g Alexand. d.l pactum.

h l. non putauit.§. non quæuis. ff. de bo. poss.con.tab.

i Modest. c. ex parte. ij. de offic. deleg.

k Roma.& De. d.auth. præterea.

Nam & receptissimum est, si statutum aliter nihil operaretur secundum leges non restringi. Quo fit, vt si constitutum sit, posse reum personaliter vel ad domū citari, arbitrio actoris permissum, vtrū malit intelligamus, nec distinguatur, persona reperiri possit, vel ne, cùm hac distinctione admissa, nihil iuri communi adderetur, sed superfluū esset[a]. Nam etsi victum victori in expensis * condemnari iubeat, intelligemus etiam si iustam causam litigandi victus habuerit, ne aliàs frustra ita constitutum sit[b], nec vlla iniquitas subest[c], cùm victor de damno vitando & ipse agat, cui æquius est succurri[d]. Eôdem pertinet quod Bartol. censuit statutum * quod disponitur ex præscriptione dominium acquiri, de directo dominio intelligendum, vt aliquid iuri communi addere videatur [e]. Quo argumento, cùm latis tribus sententiis conformibus statutum non pateretur eas tanquā nullas improbari, respondit Andreas Siculus [f], hoc intelligendum, etiam si euidenter id constare diceretur, cùm etiam iure communi exceptio huiusmodi sublata sit. Aretinus quoq; [g] cùm in statuto diceretur à nulla meta interlocutoria appellari posse, etiam de eis intelligendum censuit, quæ aliàs iure ciuili per appellationem retractari potuissent[h], generaliter quoque † proditum est, quoties in statuto rei iuri communi iam concessæ extensio ponitur, nullam fieri restrictionem: quoniam hoc casu proditum sit, generalia verba ad aptitudinem non coarctari: quapropter si statutū dicat, aduersus sentētiā nulla exceptio opponi possit præter talē & talē, à verbis recedendum non erit, quæ clara sunt, & ex quibus apertè ostenditur, noluisse legislatorē ius cōmune sequi: quod à Baldo traditū [i] frequentius receptum est: seruanda enim lex est, tametsi dura & quicquid lex cōmunis dicat, à municipali nō recedēdum est. Eandem sententiā alia quoque ratione idem Bald. in hac specie sequitur. Ex lege municipali inducuntur certæ feriæ, num ex casibus, quibus feriæ iuris communis non seruantur, hę quoque seruari nō debeāt? & refert, inquit ille[k], an lex simpliciter indicat ferias, & intelligetur secūdū ius commune: an vero procedat vlterius, quasdámque exceptiones inducat, & nō respiciemus ius commune, cum in casibus nō exceptis standū sit statuto:

Margin numbers: 42 (beside "perfluū esset"), 43 (beside "net quod Bartol."), 44 (beside "neraliter quoque").

a Bart. l. iiij. §. prætor ait de damno infect.
b l. si quando. de leg. j.
c Ias. l. properandum. C. de iudic.
d l. si seruus. §. sequitur. de verbo. obl. g.
e Bartol. l. iij. de vsuca.
f Barto. consil. xviij. in fin. l. j.
g Aret. consil. cvj. incip. in præsenti dubitatione.
h Bart. d. l. j. §. nuntiatio. vers. ad secūdum. de oper. no. nunt.
i l. ita nobis. C. de adulte.
k Ioh. j. §. fi. de feriis

a l. tribunus. §. fin. de test. milit.

quoniam regulam confirmat exceptio [a]. Hãc sententiam & ipse sequor, dum tamen sciamus hoc casu regulam ipsam latiorem significationem ex iure communi mutuari, vt in hac quæstione. Lex sacerdotij: Absentes nec residentes, fructus non percipiant, præter infirmos & pontifici Romano deseruientes: qui de eo, qui proprio episcopo obsequatur? & is fructus percipiet, quoniã iure cõmuni absens nõ videtur [b]: & ideo in regula statuti non cẽsetur cõprænsus. Iason tamẽ in his alia ratione vtitur: nam inquit ipse, cũ regula statuti generaliter intellecta, multũ operetur, debet exceptio restringi: quandoquidẽ parũ refert, si quæ incidenter dicuntur, superfluant, dum principale otiosum non sit [c]. His amplius adnotandum, sta-
tutorum generalia † verba secundum legem nõ restringi, 45
cùm ea iuris communis dispositio, non tam effectum respicit, quàm formulam verbalem: vt cum statutum auget filiorum legitimam, quàm iuberet relinqui filio, existimabit sufficere quoquo titulo relinquatur, etiã si nõ institutionis iure pater reliquerit [d]: idque verum arbitror, quoniam non tanti est ratio quæ Iustinianum mouit (nẽpe quòd titulus institutionis sit honorabilior) vt tam modica causa generalitas statuti restringi mereatur. Nã etiam illud in confesso est, ex iuris communis extraordinariis dispositionibus statuta non restringi. Exempli causa: Lex iubet matrem ab agnatis excludi, nunquid à sororis filio excludetur, qui iure quodam commentitio agnatus est [e]? & traditum est non excludi, nec de eo verba statuti accipienda [f]. Qua ratione nec ab eo quidem iure restrictio sumetur, quod maximè controuersum sit. Quapropter cùm lex maritũ vnà cum filiis prioris matrimonij generaliter in maternę dotis ipsius partem solùm admitteret, respondi non esse priùs deducendam à filiis ipsis legitimam, cùm id maximè controuersi propter doctorum varias opiniones iuris esset [g], cuius non est verisimile rationem vllam habuisse decuriones. Bald. tamen alia ratione prędicto in statuto legitimam quoquo titulo relinqui posse censuit, quòd videlicet statutum iuris correctorium ab eo interpretationem accipere non debeat. Quã rationem crebriore calculo reprobari cõstat, cùm semper ius commune obseruemus, præter quàm in

eo

b c. ad audientiam. de cle. non resi.

c Ias. l. i. de offi. eius, cui mand.

d Bald. l. maximum. C. de liber. præt.

e l. meminimus. C. de leg. hered.

f Ias. l. omnes populi. in fi. de iusti. & iur. ff.

g Decius cõ si. ccxlvii.

eo quod expresse constat correctum. Ex supra dictis igitur Baldi ratio distinguenda fuit. Generaliter tamē om-
46 nis huius † materiæ cardo in eo versatur, vt legis municipalis rationē spectemus, & ex ea verisimiliter constituamus, ex iure communi restringenda sit, an id minus. & ideo in plerisque locis, vt simpliciter constitutum est, maritum vxore mortua lucrari dotem, excluduntur filij prioris matrimonij, nec sit vlla restrictio, eo colore quòd ratio statuti fuerit, vt promptius mulieres nuberēt[a], cum alioquin viduæ propter legale [b] onus doti inhærens, viros æquales facilè non reperirent. Et ex his satis dilucidè explicuimus, quibus casibus statuta à iure communi restringi non debeant. Hoc tamen non omittendum vbicunq; aliquis ex generalitate statuti damnū indebitè pateretur, semper restrictionem ad ius cōmune faciebam. Ecce, lex scripta est, Instrumento à se facto nullus aduersum eat, nec heres quidem non censebitur prohibitus heres aduersum ire, qui inuētarium fecerit: quoniā iniquum esset de suo eum teneri, indebitéque id damni subire: quamobrem sit hęc interpretatio, vt lex huiusmodi potius sit elusoria, quàm vt iniquitas vlla toleretur[c]. Nam generaliter fatendū est, quamlibet dispositionem
47 * in legibus, rescriptis, testamentis, contractibus, coarctari, ne iniquitas aliqua introducatur. Nec ex hoc solū, sed aliis & fere infinitis causis fiunt huiusmodi restrictiones quarum alia certa regula adscribi non potest, nisi vt iudex semper rationē legis præ oculis habeat & ex ea vel decretum moderetur, vel generaliter obseruari iubeat.
48 Duximus autem ex innumeris † aliquas causas describi operæpretiū fore, vt hac quoq; in re studiosorū laboribus cōsuleremus. Hæ vt plurimū ex huiusmodi prædicamētis cōsistunt, persona, re, qualitate, quātitate, loco, tempore, bono, malóve, iusta excusatione: de singulis igitur
49 videndū. Et in primis † ex persona propter excellentiā à regula generali recedi quandoque videmus, quapropter lex [d] iudicibus mandās vt ipsi sententiā suam ex scripto pronuncient, in his sibi locum non vendicat, qui excellenti dignitate præpolleant, vt præfectus prætorio, vel episcopus. Nam & constitutum est, in generali excōmunicationis suspensionísve sententia, qui pontificiæ sunt

a Curt. cōs. lxxviii.
b d.l. hac edictali.
c l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe.
d l.ii. C. de sent. ex breui. rec.

dignitatis nō cōprehendi[a]:plurima † enim illustribus,di 50
gnioribúsque huiusmodi concessa sunt, quæ inferioris
gradus viris non permittuntur. Qui dignitate illustri
pollet,non nisi ex scripto in ius vocari potest [b]:per pro-
curatorem etiam in causa criminali litigat[c]. Qui cin-
gulo militari decoratur,ex delicto suspendi nequit,cùm
huiusmodi pœna soli plebij afficiantur[d]. Is etiam si ad-
uersus eum aliquid indicij emerserit, quæstioni subiici
non debet[e].Doctor vel medicus ob æs alienum,vel mu
nus aliquod in car cerem detrudi non potest[f]. Sic lex in
mulierem compromitti prohibens, eam non compræn-
det:quæ excellenti dignitate splendeat[g]. Hinc fit,vt in
generali vicarij mandato ea potestas concessa non vi-
deatur,quæ illustrem personam submouere possit[h]. Vn-
de nec archiepiscopi vicarius episcopum iudicabit, nec
municipij potestas ius in senatorem dicet. quòd si quis
ius in illum decernendi habeat, mitigare tamen in pœ-
nam tenebitur,eiúsque honori (quantum in se erit) de-
ferre [i]. Quod tamen in pœna corporali intelligitur:nā
in pecuniaria nobiliores grauius plebeiis mulctantur[k],
Cæterum & ad hæc pertinere videntur,quæ propter con
cedentis amplam dignitatem indulta in iure reperiun-
tur.Ecce in albo potiores partes habent,qui & tempore
priores fuerunt:nisi tamen maiori dignitatis excellen-
tia præpolleat,qui posteriorem elegerit[l]:nam & in sacer
dotiis in ambiguo prior præsumitur, ísque cæteris præ-
fertur,quē Romanus Pontifex designarit[m].Quod etiam
aduersus iam receptum in Canonicorum ordinem exten
ditur:is enim nihilominùs propter Pontificis auctorita-
tatem illi cedet[n]. Propter † excellentem quoque scien- 51
tiam à communibus iuris regulis recepimus:vnde quam
uis doctor extra patriam suam profitens ab onere tute-
læ inpatria nō fit immunis, si tamen valde in disciplina
emineat, ex rescripto diui Pij excusabitur[o]. Sic ex deli-
cto ad bestias damnatus,propter singularem artificij sciē
tiam ad preces populi ex indulgentia principis poterit
veniam consequi[p]. Sic edictum prætoris minori x x v.
annis restitutionem in integrum concedens,in minore
summæ peritiæ &perquam industrio nō obseruabitur[q].
an ipso iure excellens scientia prosit, an verò solùm iu-

a c.quia periculosum. de sent. excōmu.in vj.
b l.quoties. C.de dignit.lib. 12.
c l.fi. C de iniuriis.
d l.deserto-rem.§. pœna de re mi lit.ff.
e l.milites. C.de quæst.
f l. ne quis. C.de aduoc di.iudi.
g c.dilecti. de arbitris.
h c. j. in fi. de offi.ord. in vj.
i c.ij.de of. deleg.in vj.
k l. properandum. §. sin autē vterque. C. de iud.
l l.ij.de albo scrib.
m c. si à sede. de præbēdis,in vj.
n c. hi. qui auctoritate eod. titulo.
o l.sed & reprobati. §. amplius. de excus.tut.
p l. ad bestias. de pœnis.ff.
q l.j.C.qui & aduersquos.

iustam principalis indulgentiæ causam præstat? Et puto principem adeundum: sicut videmus illegitimum absque Pontificis Romani dispensatione in episcopum eligi non posse, tametsi tali excellentia polleat[a]. quod & in eo constitutum est, qui duplex sacerdotium propter doctrinæ summã peritiam postulat[b]: standum enim in hoc quoque regulæ est, nisi summus Pontifex eum exemerit, quantum tamen sit respectu excusationis à tutelæ, aliud obseruabitur: quoniam diui Pij rescriptum in corpore iuris comprænsum est. Propter indolem quoque & spem futuram huius doctrinæ multa contra regulas recepta sunt: quapropter traditum est eos, qui optimi sint ingenij, posse ad doctoratus (vt vocant) apicem promoueri[c], tametsi adhuc non multum profecerint, si spes futuræ diligentiæ subsit. Cui non absimile, legum candidatum studiosum & bonæ spei, imperito Doctori præferendum esse[d]: in quo tamen potest distingui, vt priuilegia Doctoribus concessa eorum personam respiciẽtia indoctis non competant: quapropter sibi obstrepentem vicinum fabrum domo non eiiciet[e]: ab oneribus immunis non erit[f]. quòd si ad ordinem ipsum pertineat, secùs est. Nõ subiicietur ergo Doctor quæstioni, quoniã inde nota & dedecus in eius dignitatis cæteros viros suboriretur[g]. Eadem ratione putauerim in suprascripta quæstione debere scholasticum ei de via decedere[h], cùm cæterorum id propter populi opinionem intersit. Propter
52 vitæ integritatem, & † sanctimoniam auctoritatémque hominis à regulis cõmunibus quandoque recedimus[i], quales sunt, post publicata testimonia neminem vlterius rogandum: consanguinei testimonium suspectum esse, sicut & iudicium: nam propter notam viri probitatem (quanquã hæc rara auis) aliter quãdoque iudicabimus[k]. Sic iudicem absoluit responso suo Angelus, qui causæ capitalis accusatum magnæ existimationis virum, non in compedibus causam dicere iusserat[l], sed vrbem pro carcere etiam absque vadibus, assignauerat, cùm is violato iureiurando, solum vertisset. nam & tutor legitimus satisdare debet: si tamen honestate, probitatéque præcellat, hoc ab huiusmodi viro non expectabitur[m]. Quapropter quanuis quisquis immobilia non possidet iudicio

a c. innotuit de elect.
b c. de multa. in fi. de præb.
c Innoc. c. cum in cunctis. de elect.
d glo. l. j. C. de ann. ciuil.
e Ias. l. ij. in fin. sol. mat.
f l. j. C. de colleg.
g l. j. C. de tyro.
h Felin. c. clerici. de iudic.
i Ias. l. Iubemus. C. de iudic.
k l. ij. in princ. de testib.
l l. si à bonæ. de rei vend.
m l. legitimos. ff. de leg. tu.

ſiſti ſatiſdare teneatur, ſi quis tamen alioquin ſit promiſ-
ſi tenax, & à mendacio abhorrens, propè eſt, vt eius
ſponſioni ſtetur[a]. Qua ratione cùm ſtatutū eſſet, vt quili
bet iuxta qualitatem perſonæ ſatiſdaret, reſpondit Bal-
dus, eum qui probis ſit moribus, & ſpectatæ fidei, libera-
ri[b], ſi iuramēto cauerit: tametſi ſatiſdare ſolùm is dicat,
qui fideiuſſoribus creditori conſuluit. Sed & illud cōſtat
quamuis arbiter extra locū † compromiſsi ſententiā di- 53
cere non poſſit: propter tamen hominis auctoritatem in
dulgendum, vt etiā in ſeceſſibus rem finire poſſit[c]. Ex
hiſtoria quoque proditum eſt, Ambroſiū, Nicolaū, Seue-
rum, cum prius ſacris initiati non eſſent, in epiſcopos ta-
men electos fuiſſe[d]: quod propter ſingularem vitæ inte-
gritatem toleratum fuit, cùm alioquin antiſtes eſſe ne-
queat, niſi qui antea iandiu ſacra tractauerit. Propter ho
minis quoque deſidiam ſocordiámque, multa contra re-
gulas conſtituta ſunt. quamobrem quamuis procurator
poſt litem conteſtatam ſubmoueri non poſſit, ſi tamen
iners † & contumax appareat, iuſtè reuocabitur[e]. Sic & 54
tutor eadem nota inuſtus & ſuſpectus, poterit etiam of
ficio iudicis remoueri[f]. Sic quamuis † ex regula nemo 55
iuri ſuo renuntiare cogi poſſit, ſi tamē aliquis epiſcopus
ita oſcitabundus & curarum negligens ſit, vt aliquid in-
de periculi diuinis domib. immineat, poterit in hoc adi
gi, vt ſacerdotio illi cedat[g]. Quo exemplo etiā videmus
conductorem ab ædibus[h], emphyteutam à fundo[i], detur-
bari, ſi in re malè verſetur: quod & in cliente, quem vaſal
lum vocant, receptum eſt[k]. Et quę de tali deſidia tradun
tur, in nimia quoque ſeueritate locum habent, cùm, vt
Neruæ Imperatori dictum fuit, æquè malus is princeps
ſit, ſub quo omnia licent, atq; is ſub quo nihil licet. Hinc
videmus inuitum dominū, vt ſeruum diſtrahat cogi, quē
nimiâ ſæuitiâ duriùs, quàm æquum fuit, adficiebat[l]. Sic
& paterfamiliàs quamuis emancipare filium non ſit co-
gendus, ſi tamen vltrà, quàm paternæ pietatis officium
ſuadeat, malè eū habuerit, iudicis auctoritate cogetur.[m]
Vnde etiam vir ab vxore ſeparatur, qui nimium moro-
ſus, ſæuúſque ſit[n]. Sed ex hac cauſa ſocietatē dirimere
permiſſum eſt: durum eſt enim cum rixoſo homine diu-
tiùs conuerſari[o]. Præceptoris quoque nimia ſæuitia
(vt

a Paul. l. ſi quis ſtipulatus Stichum. §. fin. de verb. obl.
b l. abſtinendum. C. quorum appel.
c l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. uti. de arbit.
d c. ſtatuimus. §. his omnibus. lxi. diſt. & c. epiſcop⁹. ea diſt.
e l. eum qui res. C. de procurat.
f l. hæ enim. §. fin. de ſuſpect. tut.
g c. niſi. de renunt.
h l. ædem. C. loca.
i auth. qui rem. C. de ſac. ſanct. eccleſ.
k c. i. §. quicunque. de pa. ten. & eius viola.
l l. ii. §. i. de his qui ſunt ſui.
m l. fin. ſi quis à par.
n c. literas. in ſi. de reſti. ſpol.
o l. ſi conuenerit. pro ſoc.

(vt lex præceptoris ff.ad leg. Aquil.ait) culpæ adſcribitur. Cæterum inimicitia quoq; & hoſtilitas plurima innouari iubent : Quocirca in grauiſſimis delictis qualia ſunt impietatis in Deum,læſæ maieſtatis in principem, ſacerdotij per ſordes,& ambitum(ſimoniam vocant) ac quiſitiò,etiam ſi illegitimæ probatiônes admittantur, inimici tamen teſtimonium recipiendum non eſt[a]. Sic & lex aduerſus fœneratores lata, nõ intelligitur eum comprændere, qui iuſto hoſti fœneratitiam pecuniam dederit[b]:nam & lex Pompeia parricidã culeo inſuens, de eo non intelligitur,qui parentes patriæ publicos hoſtes ob truncarit[c]. Quod vt verum ſit, non tamẽ laudandus eſt, qui iura naturalia ſic cõtempſit[d]. Eadẽ ratione traditum eſt,hoſti impunè violandam fidem[e],præterquam cùm ei aliquid ſpecialiter promiſſum eſt[f].Sed ambas haſce quæſtiones ex Philoſophorum ſententia M.Cicero lib.de officiis iij.elegantiſſimè explicat:is igitur adeundus.Pro-
56 pter perſonarum conſanguinitatẽ legis † generalis plerunque fit derogatio,vt hiſce ſpeciebus.Lex eſt:Cum eo cui ſacris interdictum ſit,nemo quicquam cõmune habeat,ad ſe venientem auerſetur , colloquio non dignetur:non intelligentur prohibiti conſanguinei[g].Quo ſenſu & lex in receptatores ſcripta[h],& edictum prætoris de ſeruo corrupto,ad proximos non trahentur. Sed nec lex quidem prohibens aduocato aduerſus rempublicam patrocinari, vetabit quo minus me meóſque tuear[i]. Sic & S.C.Syllanianum,quo heres ſcriptus non priùs hereditatem adire poteſt, quàm defuncti teſtatoris necem vltus fuerit,non cenſebitur patri neceſſitatem imponere,vt ſi liũ accuſet[k]:nec vice verſa filio, vt patrẽ deferat:nã nec tutor pro pupillo ſubire iudiciũ tenebit aduerſus proprios cõiunctos[l]:ꝙ & ad aduocatũ producendũ eſt,vt vſque ad quartũ gradũ aduerſus cõſanguineos cauſam dicere cogi nõ debeat[m],cùm lege Iulia Papia Iudiciorum publicorũ,nec teſti quidẽ denuntiari poſſit, vt teſtimoniũ vel aduerſus ſobrinũ,ſobrinã,ſobrino, ſobrináue natũ dicat[n]:& militi emãſori detur venia,qui affectioni parentum & affinium hoc dedit,vt aliqnandiu à ſignis abeſſet[o] : & quicunque coniunctos in iudicium vocarit, quorũ in edicto prætor mentionẽ fecit, qualemcunque.

a c. per tuas de ſimo.
b xiiii. q. iiii. c.ab illo.
c l.minimè. de relig.
d l.ſi adulterium.§.liber. de adulte.
e xiii.q.ii.dominus.
f l.i.§. non fuit de dolo. gloſ.in verb. hoſtem.
g c.inter.de ſenten.excó.
h l.fin.de receptato.
i l.¦pen. de poſtulan.ff.
lz d.§. liber. Iaſon.l.i. C. de his quib. vt indig.
l l. humanitatis.C.de excuſatio. tut.
m l.petitionẽ.C.de aduo. diuer. iudiciorum.
n l. lege Iulia. de teſtib. ff.
o l. qui cum vno. in fin. de re militari.ff.

fideiussorem iudicio sistendi causa accipere teneatur[a], cùm alioquin non nisi idoneum accipere cogeretur. Huiusmodi enim affectioni non parum à legibus tributum apparet, cùm potissima ex ea in dubiis rebus coniectura assumatur. Quapropter etiam quando appellatione filiorum nepotes non continéntur, tamen de eis actum censebitur, quos auus loco filiorum habere tractaréque solitus est[b]. Sic in legato facto Sẽpronio, ne cùm plures Sempronij sint, ex incertitudine vitietur, de eo intelligemus, cui maximè testator afficiebatur[c]: nam & legatũ sacerdoti quamuis ecclesiæ factum censeatur, si tamen is sacerdos affinitate vel alia affectione testatori iunctus probaretur, promptius est ad eum, quàm ad ecclesiam pertinere[d]. Et quæ † de consanguinitate dicta 57
sunt, in magna quoque amicitia locum habent: quapropter ex testamento imperfecto fideicommissaria libertas alumnæ ob magnam testatoris dilectionem debetur[e]. Iudex ob amicitiæ licitum ardorem amici nocentis pœnam mitigare poterit, nec idcirco sordium, aut gratiæ reus fiet[f]. Et in legatis licet propter ambiguitatem minor summa debeatur, tamen propter magnam amicitiam quandoq; interpretabimur maximã deberi[g]: quod & in stipulatione receptum est[h]. Eadem ratione etiam defensionis causa poterit amicus in iudicio stare, cùm alioquin absque mandato alius pro alio non audiatur: quod intelligendum in eo, qui arctissima familiaritate iungatur, & cuius gesta soleat absẽs rata habere[i]. Quòd si quicquam ex amicitia, vel affinitate in aliquibus personis introductum est, id maxime inter patrem & filium seruabitur, cum nulla possit esse arctior cõiunctio. Hinc fit, vt quamuis lex quemlibet administratorem rationes reddere velit, patrem tamen eximat[k], qui (quantùm ad filium attinet) aneclogistes est, & pares cum eo semper rationes habet. Quapropter si filio restituere hereditatem grauatus sit, interim nullam cautionem præstabit[l]. Sic magistratus aut miles, licet in prouincia emere prohibeatur, paterna tamen bona, quæ à fisco distrahuntur, sibi adiici iure procurabit[m], nec legis laqueis tenebitur. Sic doctoris filius in patris demortui locum exclusis ceteris succeder[n]. Possent ad hanc rem & alia pleraque facientia

a l.ij.§.ij. qui satisd. cog.

b l.alimenta.§. final. de aurn. lega.

c l.si quis seruum.§.si inter duos. de leg.ij.

d c.requisisti. de testa.

e l.in testamẽto. de fi. lib.

f glo.c.nisi. de offic. legat.

g l.si seruus plu.§. fina. de leg.a.j.

h l.capienda.in fi. de reg.iur.

i Bart.l.nõ solũ.§.qui alieno. de proc.

k l.fi.§. hoc procul. C. de bon. quæ lib.

l l.Imperator.ad Trebel.

m l.qui officii. de con trah. emptio.

n l.iij.C.de aduoc. di. iud.

58 cientia adduci, quæ sciens prætereo. Propter † personæ
quoque paupertatem à generali lege quandoque recedimus: Quapropter in multitudine causarum, ante cæteras, pauperum controuersias iudex definiet[a]: eorum alimoniæ, si in carcere detineantur, prouidebit[b]: tabellionem, vt documenta illis etiam gratuitò edat ex officio coget[c]. Si quis ob inopiam non appellauerit, vel post prouocationem fatalia labi permiserit, eum restituet[d]: mulctam etiam, si eius portio collitigatori debeatur, abolebit[e]. Illud enim constat, paupertati à legibus multa indulgeri, quæ omnia recensere præsentis otij nō est. Nam & non solùm ex paupertate, sed etiam propter personæ ignobilitatem pleraque aduersus iuris communis
59 regulas introducta reperire est. Pater* etiam inuito filio illi factam iniuriam remittere potest: si tamen vilis abiectáque persona sit, remissio filiis, qui honestam personam sustineant, non nocebit[f]. Sic quamuis filia de dote, nisi ex consensu patris agat, non tamen de eo intelligemus, qui vilis, fœdioréque vita sit[g]: nam & ex contrario, lex liberis aliquod beneficium propter patris honorem indulgens, ad eum filium non porrigitur, qui turpem vitam maculosámque agat[h]. De huiusmodi quoque intellexisse non videbitur, cùm infamiæ notam inurit[i]: his enim infamia pœnæ loco non esset, quare seueriùs vindicandum. Quapropter meritò Baldus cùm lex gene-
60 raliter mulierem* in carcerem duci vetaret, de ea non agi respondit, quæ meretrix, libidinibúsque infamis, & extra legis Iuliæ pœnas ob vilitatem sit[k]. Et hæc quidē, quod ad personas attinet, sufficiant.
61 Ex re fit † quandoque legis generalis restrictio, idque variis ex causis, veluti propter rei tenuitatem, sterilitatem, meliorationem & si qua huiusmodi, quorum exempla plurima in iure habemus. Decuriones propter senectutem in curiam venire non coguntur, & tamen si leue sit munus, & quod citò explicari soleat, immunes
62 non erunt[l]. Mater filiis tutores* petere debet, si tamen tenuissimæ sunt pupilli facultates, excusabitur[m]. Sic & Senatusconsultum quo legari domibus adfixa prohibētur, de modici pretij re nō intelligetur[n]. Et edictū prætoris de morbo verba faciens, ad febriculam leuem[o],

a l.ij.q.j.c. in primis.
b l.iudices. C. de episc. aud.
c l.iam de mētis. C. de epi. aud.
d §.aliis. in auth. de his qui ing. ad appell.
e l.illicitas. in fin. de offic. præf.
f l.sed si.§.si lios de iniur.
g l.si cum dotem.§.eo autem. sol. matrimo.
h l.senatoris. ff de rit. nup.
i l.ij.C. vt int. cer. tēp.
k Bal. l. cōsentaneum. C. quomodo & quando iu.
l l.decurio fortunā. C. de decurio. lib. 10.
m l.ij.C. ad Tertul.
n l.senatus § Marcellus de legat. j.
o l.quæsitū. de re iud.

Senatuſconſultum Syllan. de vlnere, ad vulnuſculum non producetur[a]. Sic tutor qui pupillo modicam quantitatem crediderit, à tutela tanquam creditor non excuſabitur[b]. Iudex qui munera accipere prohibetur: xeniola tamen non improbè accipiet[c]. Quod & in ſacerdotium aliquod conferente receptum eſt: non enim ſimonicæ, vt vocant, labis reus erit[d]. Sic à tutela quarta, cuius occupationibus quis facilè defungi poſſit, non excuſantur, qui ternas ſubierint[e]. Legimúſque etiã in iudiciariis actionibus dilationes amputari, ſummarieq; & magis de plano procedi, vel cùm de rebus leuibus[f] ciuiliter agitur, vel cùm de modicis criminibus accuſatio inſtituitur[g]: nam & ea quæ leuis *ſolennitatis ſunt, ſi omittantur, actũ 63 non vitiant[h]. In legis perito quoque proditum eſt, non iure eum quicquam honorarij accipere, cùm citra laborem & librorum reuolutionem clienti conſilio ſuo cauit[i]: quod tamen ego non ſatis probo, nec receptum videtur, cum iam exantlati labores, & ærumnæ, quibus ars iſta addicitur, præmio carere non debeant. His accedit quod vulgò dici ſolet, de † rebus minimis nullam eſſe 64 prætoris curam[k]. quod ita accipitur, vt ex re minima aduerſus ius commune nihil inducendum ſit, nec reſtitutio in integrum concedenda: cùm verò ſecundum ius commune agimus, tunc etiam minimæ rei rationem habendam[l]: vnde qui vel oboli reliquator eſt, actione ex empto rem non conſequitur, aduerſus deiectum petitorio iudicio non experietur[m]. Sed an emphyteuticũ fundum tanquam integrum canonem non ſoluerit, amittet? Et cùm hanc legem partes contractui dixerint: propius eſt, vt amittat: quod crediderim verum, cùm inde argui conteptus aliquis poteſt: alioquin humanius eſt, per imprudentiã factũ arbitrari[n]. Quapropter nec inquilinus, qui excepto nummo penſionem ſoluit, ſubmouebitur: in quam ſententiam Bal. & Paulus Caſtrenſis tranſiere. Propter ſterilitatẽ à regula generali variis quoque ſpeciebus recedimus: Quapropter colonus *qui agri cultu- 65 ram non deſerere promiſit, ſalua fide recedere poteſt, ſi ſterilis fundus effectus fuerit[o]. Et conſtitutio, quę rerum eccleſiæ alienationem * fieri poſſe generaliter negat, 66 non tamen de ſterilibus prædiis, tenuibúſque agrorum

a l.1.§. penul. ad Syl.
b glo. 1. aut. minoris. C. qui dare tu.
c l. ſolent. de offi. proconſ.
d c. & ſi quæſtiones. de ſimon.
e l. ſi is qui tres. in fine. de exc. tuto.
f auth. niſi. C. de ſen. ex pericu. reci.
g l. leuia. de accuſ.
h l. 1. §. ſi de vẽtre inſpi.
i gloſſ. xi. q. iiii. nõ licet.
k l. ſcio. de in integ. reſtit.
l l. ſi proprietarius. de damno infecto.
m l. 3. ſ. authen. qui rẽ. C. de ſacroſan. eccleſ.
n l. quamuis de conditio. & demonſt.
o glo. l. ſi. de agri. lib. xi.

plagis

plagis intelligetur: poterunt enim absque alia solennitate alienari [a]. Quod & in consuetudine receptum est, quæ si huiusmodi alienationes infirmet, de modici reditus possessionibus non intelligetur: nam & lex, quæ clićtem in verba domini iureiurando adigi [b], hoc est, præstare occasione feudi (vt vocant) iuramentum fidelitatis iubet, in eo non obseruabitur, qui modicam, tenuémque rem eo titulo acceperit. Sic propter anni sterilitatem fit colono remissio mercedis. Censetur autem is fundus
67 sterilis *cuius culturæ tantùm impenditur, vt, eo deducto, nihil colono supersit [c]. Bartolus etiam remissionem faciendam censet, cùm in dimidia iusti pretij deductis operis, & impendiis colonus læderetur: quæ sententia crebriore calculo adprobata est [d]. Propter rerũ meliorationem fit & quandoque legum restrictio, vt cùm lex locatorem damnat, nequid vltra pensionem conuẽtam petere possit, tenebitur nihilominus colonus augere mercedem, si præter spem magna fertilitas anni superuenerit [e]. Sicut enim ex sterilitate remitti sibi colonari iure postulat, ita ex inopinato prouentu augere domino debet. Eadem ratione lex amota à sacerdotio nihil conferri iubẽs, in eo non obseruabitur, qui propria industria diuinæ domus fundos ex incultis fertiles reddidit [f]: fruetur enim parta suo labore fœcunditate, donec vixerit, quod & Innocentius probat: quod eius legis exemplo constitutum opinor, quæ fundi deserti ad Cæsaris patrimonium pertinentis cultorem (saluo iure canonis) inquietari non sinit [g]. Propter rei euidentissimam perspicuitaté aliqua quoque specialiter indulta sunt. Quo fit, vt quamuis priusquam aliquis ad profitendi munus doctor possit promoueri, præcessisse oporteat [h] diligentem morum doctrinæq; inuestigationem: si tamen fama is sit notissima idoneus, aliud examen non est necessariũ [i], cùm populi testimonium pro examine sufficiat [k]. Nã & licet in maioribus & in minoribus causis concessa sit appellatio, vbi tamen euidẽtissimè de delicto constat, non est vlterius quicquam quod rei pœnam differat conce-
68 dendũ [l]. Sic & quoties causa* appellationis manifesta est alia probatione nõ opus est [m]. Et qui ad locum citatus est sibi intutum, si id apertissimè cõstet, nec excusationem

a xii.q. ii. c. terrulas.
b c.cæterum de dona.
c l.mediterraneæ.c. de ann.lib.x.
d l.licet. C. loca.
e gl.l.si merces.§.vir, maior, locat.
f c.si.de pecle.
g l.quicunque.C.de omni agro deser.lib.xi.
h l. magistros. C. de prof.&med.
i Ioan.And. c. constitutus.ii.de appel.
k c.nullus xxiiii.distin.
l d.c.consuluit.de appel.
m l.ciues. C.de appel.

quidem mittere tenetur,tantum abest vt ipse coràm venire debeat[a].Solétque vulgò dici,in notoriis*ordinem 69
iudiciarium minimè obseruandum[b].Vocant autem nostrates doctores notorium voce minimè proba,id quod palàm constat : cùm veteres notorium pro denuntiatione facinoris acciperent[c], cùm in id publicè constituti Emissarii & Curiosi indicium perpetrati facinoris per elogium præsidi faciebant. quod munus in pagorum syndicos, vt plurimum hodie translatum est:nec eo casu solennia accusationum perpenduntur, sed solùm (vt Gordianus Imper.constituit[d])falsis,necne quis sit notoriis insimulatus.Propterea quæ de nouo emergunt,fit & quandoque huiusmodi interpretatio: Ecce,tibi,postquã in causa conclusum est,licet alia instrumenta proferri nequeant, si tamen quicquam nuper ad litigatorum aures peruenerit, indulgendum[e] : nam & post litis contestationem (quod veteres iudicium acceptum dicebant) licet exceptiones dilatoriæ*amplius opponi ne- 70
queant,nec vlli recusationi sit locus,si tamen eiusmodi sit præscriptio, quæ in notitiam nuper delata fuerit,adhuc qualisqualis sit, admittetur[f]. Sic & restitutionis in integrum postulatio,quamuis iterari nõ possit, ex noua tamen causa permittetur[g].Sic & in iudicio rei vendicationis absolutus*quia non possidebat, poterit post rem 71
iudicatam iterum conueniri[h], si ad eum peruenisse denuò possessio asseratur: quod etiam in aliis iudiciis dicendũ est.Vnde qui soluto matrimonio per diuortium, dotẽ repetit,si,lite pendente,iterum matrimoniũ instauretur,exceptione submouendus est[i],quinimò etiam qui actione caret, litem instituere potest, si accepto iudicio •
certum sit ei actionem tunc competituram[k]:quod ex eo exemplo constat, cùm Titius & Meuius separatim,si alteri fundus datus non esset, sibi stipulati sunt : adiuuantúrque hæc omnia regula generali, quæ interim accidũt nouo auxilio indigere[l]:&qui nouam rem desiderat,nouum ei consilium atque remedium suggerendum[m].

Ex Qualitate quoque † fit plerunque legis 72
restrictio. Vnde regulariter proditũ est, secundum personæ qualitatem verba accipi debere:& ideo qui aurigæ, seu agitatori alicuius factionis equitij vsum legat, videtur

a Cle.pastoralis de re iud.
b c.ad nostram ij. de iureiur.
c l.ab accusatione. §. nuntiatores ad Turpil.
d l.ea quidẽ C. de accus.
e Bart.l.ad monendi de iureiur.
f l.eleganter.§.si quis post de cód. indeb.
g l.j. C.si sæp.in inte.
h l.si à te. de except. rei iud.
i l.si seruus. de cód. fur.
k l.si Titius vbi glos. de verb.oblig.
l de ætate. §.ex causa. de inter. actio.
m l.i. de vent.inspi.

tur conceſſiſſe, vt his quoque in Circẽſibus vti poſſit [a].
dũmodo teſtator ſciat eum eſſe eius inſtituti vitæ: & ſi
ex principis edicto quilibet miles armatus in campum
Martium deſcendere iuſſus ſit, intelligitur, vt quiſquis
iuxta conditionem ſuam armatus ſit [b], eques equeſtri,
pedes peditum more. Si præſuli à Pontifice Romano in-
dultum ſit, vt etiam interdictionis tẽpõre ſacta celebra-
re, & miſſæ operari queat, ſolenniter, & cum honoris ſui
inſignibus operabitur [c]. Sic ſeruus ſibi poſſidere licere
ſtipulãs, de ſola detẽtione ſtipulatus creditur [d]. Teſtator
73 vxori ſtragula, & veſtem* legans, nõ de ſericeis ſtragulis
intelligetur, quoniã ea viduis nõ conueniũt: & veſtis atra
debebitur qui color viduas ſolus decet [e]. [e]Lex quoque
municipalis filiã dote contentã eſſe iubens falcidiæ vi-
ce, ex qualitate perſonæ de legitima iure naturæ debita
declarabitur [f]. Rex Anglorum aliquid ſecundum ius fie-
ri mandans, intellexiſſe de iure ſuo Anglico cenſebi-
74 tur. Mulier feudũ* (vt vocant) ſibi, & filiis ſtipulata, filia-
bus quoque cautũ voluiſſe exiſtimabitur [g]: & ſi qua ſimi-
lia. His cõſequens eſt, vt ſi quicquã cum aliqua qualitate
conſtitutũ ſit, & ea non adſit, diſpoſitio quoque locũ ſibi
nõ vendicet. Vnde edictũ prætoris, quo eius bona poſſi-
deri iubet, qui fraudationis cauſa latitat, in eũ nõ obſer-
75 uabitur, à quo fraus abſit [h]. Et lex in eũ lata, qui vuln** cũ
ſanguinis effuſione fecerit, nõ habebit locũ, niſi & ipſa
effuſio probetur [i]. Sicut nec Pontificis conſtitutio aduer-
ſus ſubornatũ Chriſtiani hominis percuſſorẽ cuſtodiẽ-
da erit: niſi id ipſum probetur, mandatum de Chriſtiano
homine percutiendo factũ [k]. Et qui aſſerit, conſpiratio-
ne aduerſariorum teſtibus corruptis, religionem iudi-
cantis circũuentam, qualitatem illam corruptionis pro-
bare debet [l], cùm aliàs diui Hadriani reſcriptum, quo in
integrum reſtitutio cõceditur, locũ non haberet. Eòdem
pertinet quod vulgò traditum eſt: quoties lex cum ali-
76 qua qualitate* loquitur, vbi ea non conueniat, nec legẽ
quidem conuenire [m]: vt cùm in ea dicitur, qui damnum
dederit, vel poſſidẽtem turbauerit centum ſoluat, & ab-
lata reſtituat. non cenſebitur eum punire, qui inquie-
tauerit, & nihil abſtulerit, cum verbum reſtitutionis
huic caſui non quadret. Sic Põtificis cõſtitutio [n], vſurarij

a l.plenum. §.equitii.de vſu, & habitu.
b Bart.l.ſi non ſortem. §.libertus. de cõd.inde.
c l.ex militari.de teſt. mil.
d l.ſtipu. iſta habere. §.hæc quoque de verb. obl.
e Iaſ.ibid.
f Bart.l.i. ad l.falcid.
g c.vnic.de feud.in vſi. feud.
h l.Fulcin. §.i.ex quib. cau.in poſ.
i c.licet.de probat.
k c.i.de homicid.in vi.
l l.diuus. de re iud.
m l.mancipia.C.de ſer.fug.
n c.quamquam.de vſur.in vi.

manifesti testamẽtum irritum esse iubens, eíque mortuo sacram sedem vetans, in Iudeo nullas vires habere existimatur [a]: quid enim ad illum pœna sepulchri faceret, qui omnino cõmunem canibus tumulum habiturus est? Sed hæc tamen omnia intelligenda sunt, cùm illa qualitas verisimiliter substantiam rei respicit [b]: alioquin † si 77
extrinsecus addita proponatur, etiam absque ea actus valebit: Quapropter si loco exempli apposita sit, non arctabit regulam [c]. Idẽ si primò regula in lege generaliter posita sit, non restringetur ex qualitate, quæ in fine legis addita reperiatᷣ [d]: nã etsi cõditio in lege aliqua reperiatur, non leuis momenti esse solet, & tamẽ quandoque ex legislatoris mente nullius efficaciæ est [e]. idq; & Iason annotauit. Cæterùm illud non differẽdum est, cùm lex propter aliquam qualitatem quæ adsit, quicquam indulget, ea deinde cessante, dispositioni quoque legis locum non esse. Finge curatorem prodigo, vel furioso datum esse, eósque ad sanos mores reuertisse, nónne curator munere suo defungetur [f]? Legibus multa aduersus impudicas mulieres constituta sunt: finge eam, quæ malè libidinis causa audiebat, mutasse viuẽdi institutum, & probi exempli factam, nónne pœnis legum eximetur [g]? Multa tempore belli etiam iniqua constituuntur: solent enim præfecti militares non tam ius & æquum in cognitionibus, quàm magnitudinem pecuniarum spectare, quod hi bellorum (vt Mutianus aiebat) nerui sint: nonne facta pace * 78
quod belli calamitate introductum esset, pacis temporibus abolebitur [h]? Qua ratione & legem Oppiam, cuius suasor M. Cato erat, abrogatam T. Liuius est auctor. Sic & iudices quorum officia perpetua sunt, ex defectu qualitatis expugnentur, vt quia negligentes in iure reddendo dicantur [i]. Sic decuriones, deficientibus facultatibus, albo eximentur [k]. Sic ad monachos scribens Alexan iij, Ponti. Maxi. Nunc (inquit) ita possessionibus ditati estis, vt multi probæ opinionis viri de vobis querelam apud nos sepe proponant [l]. Nam & procurator quamuis re nõ 79
integra reuocari nequeat, si tamen mores mutauerit, & improbus, lusor, helluo factus sit, submouebitur [m]. Sicut vice versa tabellio, si sacerdotio, decurionatu, militia insignitus fuerit, subire pristinũ munus nõ cogetur [n] superueniens

a Aret. cõsi. clvii. incip. copiose.
b Bart. l. Titia, sol. ma.
c l. j. §. quod vulgo. ff. de vi, & vi arma.
d l. regula. §. & licet. de iur. & fact. igno.
e l. à diuo. §. in venditione de re iud.
f l. j. versi. tandiu. de cur. fur.
g l. imperialis. C. de nupt.
h l. vnic. in prin. C. de cad. tollen.
i l. si quos. C. de off. præf. præ.
k l. Cura. §. deficiẽtium. de mun.
l c. suggestum. de dec.
m l. cum quis. de solut. ff.
n l. vniuersos. C. de decur.

ueniens enim dignitas eum liberat. Verùm non promiscuè & indistinctè hæc procedunt: in animaduersione enim huiusmodi qualitas esse debet, vt si causæ, quæ finalis vulgo dicitur, coniuncta sit, & effectus nondum perfectus prædicta obseruentur [a]: alioqui quod ex causa impulsiua constitutum est, ea deficiente, nihilominus durat [b]. Idē si finalis causæ effectus sit consummatus [c]. Hinc
80 est, quod si vxor * in bonis mariti propter paupertatem quartam lege debitam consecuta sit [d], tametsi locuples deinde alienarum hæreditatum accessione facta, non tamē accepta heredibus mariti restituet: cùm vt id lucrum faciat, satis sit, tempore, quo illud lex defert, paupertatis qualitas adsit [e]: nec quicquam refert, id tunc cōsecuta ab herede fuerit, an minus, cùm sufficiat lucrum à lege delatum, quo casu ipsō iure acquiritur, & ita plerisq; visum
81 est [f]. Propter aduersam † qualitatem ex aspectu statim deprænsam recedimus plerunque à regula iuris: vt cum lex tres sententias, tametsi allegentur nullæ, iubet absque mora executionis effectum accipere [g], non cōtinebuntur quæ ex actorum inspectione euidenter nullæ apparent, nisi [h], & id dubium probabili exceptione refricari possit [i]. Si verò aliunde nullæ appareant, quamuis inconnenti probaturum se reus offerat, non tamen differendam executionem verius est, ne alias lex illa nullius sit effectus. Sic agenti interdicto de tabulis exhibendis, licet præscribi nequeat tabulas nullas esse, tamen si id vitium ex earum inspectione pateat, admittetur exceptio [k]. Quod & in noui operis nuntiatione traditum frequentius est, cùm vsufructuarius nouum opus domino nuntiat supersedebit dominus, cùm ex ipsius actus inspectione apparet nuntiationem irritam [l]: nam
82 & † libellus quo actor in iudicio quicquam intentat, si ex sui lectura ineptus sit, poterit non expectata rei recusatione à iudice reiici [m]. Quinimò receptum est, quoties iudici constat de iusta rei exceptione, etiam si deducta in iudicium non sit, tamen actorem reiiciendum [n], si cum aliena iactura locupletaretur. Illud quoque indubitati iuris, est probationibus per legem summotis, nunquam de ea actum videri, quæ ex inspectione fieri proponatur. Finge, probatum est me

a Corn.d.l.j.
b l.j.§.sexum. de postul.
c l.fi. vnde lib.
d Authen. præterea. C. vnde vir & vxor.
e l.quæcunq;.§.fi.de publicis.
f Deci. consil.xxiiij.
g Clem.j.de re iudic.
h Mod.l.iiij. §.condemnatum. de re iud.
i Perus.c.dilecto.q.lij. in fi.de appel.
k gl.l.j.§. siue suprema. de tab.exhib.
l Bart.l.j.in prin.de oper. no.nun.
m l.fi.in fi.C. vt nemo pri.
n Bart. l. si vnus. §. pactus. de pactis.

vulnus Titio intulisse in caput patefactáque testimonia, potero nihilominus à iudice petere, vt inspiciat, depræhensurum nullam Titio in capite cicatricem esse [a]. Sicut & vice versa, si quisquam ex aspectu minor pronuntiatus sit, eius non nocebit [b], qui aliis argumentis veritatem se demonstraturos asserent. Quapropter & Baldus [c] sententiam de ætate ex aspectu latam, nunquam in rem iudicatam transire credidit, quò minus semper tractari certioribus probationibus queat. In feriis quoque, quin ius dicat, exceptionẽ nõ obesse certũ est, cũ illata est tã atrox iniuria vt ex aspectu æstimari possit [d]. Propter † subro- 83
gationis qualitatem fit etiam quandoque strictior interpretatio. Cúm igitur lex ceu sacrilegium damnat, qui dignitate sua maiorem gradum ascendere, & illustrioribus se præponere audet [e], eum distnguere non censebitur, qui eius, cuius personam gerit, sedem tueatur [f]: nam & qui propter aliquorum negligentiam in eorum ius à lege substituitur, nõ arbitratu suo se gerere. sed id potiß simũ emẽdare debet, quod ex negligẽtia illi peccarũt. [g] Accedit regula generalis: Id quod subrogatum est, eius naturam imitari cui substituitur [h]. Videmus quoque propter substituentis ipsius qualitatem aliter atque aliter in iure decerni. Regula est, etiam infamẽ * procura- 84
tionis munus assumere non vetari: & tamen episcopis permissum non est, huius notæ hominibus defensionem suam credere [i]. Et quod de procuratore diximus, in tutore quoque producendum est, vt is, si propudiosus sit nequeat eius pupilli tutor esse, qui dignitatis gradu aliquo illustretur [k]. Plurima enim inferioribus licent, quæ altioris gradus hominibus non conueniunt. Omne animi vitium, inquit ille, tantò conspectius in se crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur. Hinc est, vt quorum industria electa † est, alium substituere non possint [l]: & 85
quibus substituere permissum est, nõ quemuis, sed æquè idoneum substituere debeant. Sic canonicus nõ nisi ex ordine assumet, quem sui loco constituat [m]. Cuius rei argumento, & doctor, cui per substitutum legere concessum sit, non nisi doctorem substituet. Ius autem substituẽdi * regulariter nemini cõpetit, nisi ex causa: vt si quis 86
iustè est absens [n] vel ad maioris dignitatis administrationem

a Bald. l. si quis testibus. C. de testi.
b l. minor ex aspectu. de minorib.
c Bald. l. si minor. C. de in integ. restit.
d L. eadem. in fi. ff. de fer.
e l. i. C. vt dig. or. ser. lib. xii.
f l. comperimus. C. de proximis. sac. scri. libr. xij.
g Cle. quia de sup. ne. præ.
h l. si eum. §. qui iniuriarum si quis caut.
i c. quia episcopus. v. q. iii.
k Bal. l. Cassius. de senat.
l l. inter. de solutionib.
m cap. si quis iusto. in fin. de elect. libr. vi.
n l. suggerente. C. de of. eius.

tionem codicilis principis allectus, vel temporalium ægritudinem patiatur [a]. Filium quoque à patre substitui lex quandoque suadente æquitate præter iuris ci-
87 uilis regulas concedit [b]. Priuilegia † quoque ipsa propter aliquas qualitates firmiora existimantur, vt quia in corpore iuris reposita sint: huiusmodi enim etiam generali omniũ priuilegiorũ derogatiõe quicquã detrahi credẽdũ nõ est[c]. Idẽ cũ ei personæ quicquã indulgetur, quæ iã à lege multis beneficiis affecta sit: nõ enim hac generali derogatione quicquã ei præiudicij fiet: vt cũ viduis & religiosis fœminis princeps cõcessit, ne extraordinaria aliqua in ditione atterãtur[d]. Idẽ cũ priuilegiũ cõcedẽris iuramẽto cõfirmatũ est: nã etsi particularis canonicorũ cõstitutio tali religione munita sit, ei derogatũ per generalem maximi pontificis legem non censebitur [e]. Constitutioni quoque per sacrosanctam synodum editæ, generalia Rom, Pontificis diplomata nihil obsunt[f]: sicut nec aliis priuilegiis, quæ probabilibus adminiculis adiuuãtur[g]. Et sacerdotij à sede apostolica, non obstãte quocunque alterius priuilegio, facta collatio, nihil seculari-
88 bus, (vt vocãt) patronis dãni inferet [h]. Cęterũ & ea † firmissima sunt priuilegia, quæ remunerationis causa indulta reperiũtur: vt si princeps ciues de se benemeritos aliqua immunitate donat, non cẽsebitur de hoc actum generali reuocatione [i]: quod maximè procedit, cùm non subitò, vel in piam causam quicquam collatum est, nec enim ea reuocari facilè possunt. Sed & propter obligationem, quæ ob antidora dicitur, plurima constituta esse constat, quæ ab his collecta cernere est, quos ea cura tetigit[k]: nos breuitate contẽti ad alia festinamus. Propter paritatem quoque qualitatis non nihil lex concedit: vt si promiserim tibi Titium fideiussorem dare, liberabor, dum æquè idoneum aliquem præstem [l]. Si domo tibi locata vti frui non liceat, excusabitur locator qui æquè cõmodam aliam præstare paratus sit [m]. Sic is cuius electa est industria, neminem substituere quamuis nequeat, æquè tamen idoneum ex causa sui loco quandoque desi-
89 gnabit [n]. Ex † QVANTITATE quoque non raro fit generalis legis restrictio, ad quã ea exẽpla hoc in tractatu pertinere arbitror, quæ ad geminationẽ actuũ, ad per-

a Bald.l.fi.de excus.tut.
b l. sciendũ. §. legati. de legationi.
c gl. l. ii. §. legatis. de iudic.
d Cinus l.i. C. quando. Imp.int.pu.
e c.cum non liceat.in fi.de elect.in vi.
f c.nonnulli. de rescrip.
g gl.cle. dudum. §. nos etenim.de sepul.
h Rota dec. iii.in nouis.
i l. si pater.§. fi.de donat.
k Ias. l. ex hoc iure. ff. de iusti.& iure.
l l. qui autẽ. §.sed & si quis de cõstit.pec.
m l. si quis domum loca.
n gl.in l.i.C. de man. & col. lib. xi.

sonarũ seu rerũ numerũ, ad magnã cõtumaciã, ad criminis immanitatẽ attinẽt, de quibus pauca subiiciẽda duxi. Et in primis id sciendum, iterationem quacunque in re plurimum pollere, cùm maiorem animi siue in bonum, siue in malum, deliberationẽ ostẽdat. Hinc est quòd confessionem iteratam prætextu erroris aiunt reuocari non posse [a]: quod accipiendum, nisi erroris causa probabilis afferatur. Hinc ex nudo pacto [b], quod iteratum fuerit, receptum est, actionem nasci: quod & in qualibet obligatione naturali, quę geminata sit, ferè dicẽdum est [c]. Hinc iterata confessio extra iudicium, iudicialis confessionis vim habet [d]: sicut geminata principis indulgentia, ea videtur excludere, quæ non nisi ex certa scientia, vel motu proprio abolentur [e]: cuius exemplum in vacantium bonorum concessione est [f]. Sed & qui ex custodia semel euasit, fideiussoribus amplius non credetur [g], sed in vinculis causam dicet. Qui iterum deliquit, & quod dicitur, ad nauseã rediit, generali principis abolitione nõ fruetur [h]. Mulier quæ obligationem iterauit, S.C. Velleiano non erit tuta [i]. Quæ recepto consensu fundum doti addictum vendente marito dissoluit, lege Iulia non iuuabitur [k]. Sic leuia delicta propter vsum & consuetudinem grauioribus adnumerantur [l]. Sic de geminationis huius effectu plura differere superuacuum est, cùm non pauci recentiorm huius argumenti etiam integros libros edi
derint. Ex personarum, † seu actuum multitudine fit ar- 90
ctior interpretatio, cũ lex hospiti iubet, vt viatores suscipiat, non eum coget, qui nimio aliorum numero occuperur [m]. Cùm iudici prohibet, ne causas pedaneis demandet [n], aut ne noctu pronunciet, non procedet quoties multitudine litium præses prægrauetur [o]. Sed & publico iudicio damnati bona, quæ aliàs fiscus adnotaret, filiis plerunque relinquuntur [p], si eorum magnus sit numerus. Propter multitudinẽ quoque delinquẽtium, quò magis refrænentur, licitum proconsuli est leges transgredi [q], & pœnas augere: quod intelligitur, quando propter exemplum pœnæ sisti malum potest [r], alioquin si de plurimorũ periculis agitur & crimẽ leue est, faciliùs venia indulgetur, & cõniuẽtibus oculis inultum iudex delictũ finit [f]. Propter nimiã cõtumaciã plerũq; stricti iuris ratio intẽditur

a Ias.l.error C. de iur. & fact.ignor.
b l.j.de constit.pec.
c l. fi.C. ad leg.falcid.
d l.cum scimus. de agr. lib.xj.
e §.& hoc.in auth.vt nulli iud.
f l. j. C. de per.bõ.lib.x.
g l.lege Cornel.ad Syl.ff.
h l. iij.C.de epis.aud.
i l.si mulier. ij.C. ad Vel.
k Auth.siue à me.C.eo.ti.
l vnũ orariũ. §.criminis xxv.dist.
m l. vnic.ff. fur.aduers.
n l.placet.la. i.C. de peda. iud.
o Bal.§. itaque in prœe.
p l.fi.d:bõ. dam.ff.
q l. aut facta.de pœn.
r c.latores.de cleri. excom.
f c.vt constitueretur. 50. dist.

ditur. Quapropter quamuis æquum non ſit, ex contumacia quenquam totius cauſæ damno mulctari[a], vel pluribus contumacē pœnis affici[b], nihilominus tamē ex nimia peruicacia aliter quādoque ſtatuitur. Sic & miſſus in poſſeſſionē rei ſeruandæ cauſa, in nimiæ obſtinationis pœnam antiquum poſſeſſorē deiicit[c], & extra ædes deturbat. Rurſúſque ſolet dici, qui ex primo decreto in poſſeſſione ſit, ex nimia rei contumacia fructus acquirere[d]. Propter delicti atrocitatem regulariter quoque proditū eſt, ei licere, qui pro tribunali ſedet, pœnas augere. Quapropter tali caſu etiam in defunctum ſæuiet[e]: quod in famoſis latronibus aliorum terrendorum cauſa fieri ſolet, diebus feriatis ius dicet[f]: mulieris vel aliàs impuri hominis teſtimonium nō auerſabitur[g], cum & L. Catilinæ coniurationem Fuluia mulier detexerit[h]. pro huiuſmodi quoque manifeſtè ſontibus, & nouiſſima meritis, patronos non audiet[i]. Sunt autem grauiſſima facinora, quibus maieſtas offenditur, impietas item in DEVM, & Simonia, viarúmque inceſſio occidendi hominis cauſa à latrone facta.

Ex LOCO quamplurima † quoque cōſtituta ſunt,
9 quibus à generalitate legis receditur: Vnde qui ex conſuetudine in aliquo loco certam formam obſeruare debet, ſi aliò eat, non tenebitur: quia (vt vulgo dicitur) *Cùm Romæ fueris, Romano viuito more*[k]. Sic qui rure teſtamentum faciat, poterit citra ſolitam ſolennitatem teſtari[l]. Idem in eo qui in hoſtico depræhenſus eſt: etenim iure militari quo modo voluerit, potuerítq;, diſponet[m]. Sed & procurator qui quanuis infamis, non tamen à munere ſuo reiicit, ſi corā principe, vel in eius prętorio ſit, ſubmouebitur[n]. Nam & Romanus Pontifex ius crucem ante ſe deferendi Patriarchis non concedit, quoties Romæ, vel in comitatu ſuo reperiatur[o]. Ad partes has attinet etiā, quod origine domiciliόq; variè ſancitū reperitur: qua ratione fit, vt tametſi liberè fieri quęlibet debeat electio, præferendi tamen ſint incolæ alienigenis: & ideo ſi idoneus in propria ciuitate reperiatur, nō eſt quiſquā ex aliena diœceſi aduocandus[p]. Quod & in eccleſiarū rectoribus ſeruādū qui ex propria eccleſia potiùs, quā ex aliena ordinādi ſunt[q], etiam ſi quo ad Deū loci origo

a c. quoniam §. fin aūt. vt li. non con.
b gl. l. ſed & ſi. §. ſed & ſi. ex quib. cau. ma.
c l. iiij. §. ſi fortè. de dā. infec.
d l. Fulcinius. §. fin. ex quibus cauſ. in po.
e glo. l. ij. arb. fur. cæſ.
f l. prouinciarum. C. de fer.
g c. in fidei. de hær. li. 6.
h l. in quæſtionibus. ad leg. Iul. maieſt.
i. Bal. l. per omnes de def. ciuit. C.
k c. illa. xij. diſt.
l l. ſi. C. de teſtam.
m l. reſcripta de teſta. mil.
n l. ſi duas. §. philoſoph. & l. ſi milites. §. ſcribit. de excu. tut.
o c. antiqua. de priuil.
p c. nullus. c. nec emeritis. lxj. diſtinct.
q l. in eccleſiis. C. de epiſ. & cler.

nullius momẽti ſit: quod & plerique Philoſophi vidêre, qui rogati, cuiates eſſent, mundanos ſe reſpondebant: nam illud certiſſimum eſt, *Summos* (vt inquit Satyricus) *poſſe viros, & magna exempla daturos,*

Veruecum in patria, craſsóque ſub aere naſci.

Sed & receptum eſt, obreptum videri Romano Pontifici, cùm quis ſacerdotio ab eo impetrato diſſimulauit aliunde ſe natales domiciliúmque conſequi, quàm in ipſo ſacerdatij loco[a]. Eum quoque, qui mediocris ſit nobilitatis in ampliſſima vrbe præferendum ei tradunt, qui tenuioris ſit loci primarius[b]: In quam ſententiam puto non acceſſiſſet Iulius Cæſar, qui ignobili Alpium vico iter faciens, ibi malle ſe primum eſſe dicebat, quàm ſecundum Romæ. Ex his probabilis eorũ exiſtimatio videtur, qui cum ciuitatis, in qua ſtudium vigebat, originarij ſint, vt Bononiẽſes, Peruſini, Ticinenſes, præferendos ſe accerſitis in ſua gymnaſia doctoribus arbitrantur: quòd & Lodouicus Pontanus ſenſit.[c] Sed ego accepi hac in re minimum patriæ adſcribi, doctrinæ verò facundiæque plurimum: nec dubium eſt quin alienigenæ ſemper præcelluerint. Sic Bartolus Picens, Peruſij: Accurſius Florentinus Alexandérque Forocornelienſis, Bononiæ: Iaſon, Deciúſque Mediolanenſes, Ticini: quo loco & Baldus Peruſio patria derelicta maluit conſeneſcere: apud exteros enim ſola virtus in pretio eſt, in patria verò plerunque alia ſpectantur. Loci † quo- 91
que vicinitas nõ rarò in cauſa eſt, vt ex ea legẽ reſtringamus. quapropter mortuo prouinciæ quæſtore, ſolẽnes largitiones proximæ prouinciæ quæſtori à ciuibus præſtabuntur[d]: non enim eas interim retineri fas eſt. Et qui aliud à iudice etiam iuſtè petit, ſi impetrare nequeat, & in vicino loco alius ſit, eum adire debet: quòd ſi id minus faciat, ſibi imputet, non poterit id, quod ſua intereſt, ab eo, qui cõcedere neglexit, cõſequi[e]. Sed & ſi in territorio pupilli nullus iudex ſit, qui ius dãdi tutoris habeat qui in proximo eſt procõſul adiri ipſe debet[f]. Leges quoque generaliter erogationem alicuius donatiui egenis fieri præcipientes, ita interpretabuntur, vt proximis[g] & vicinis prius detur[h]. Quòd ſi certi loci incolis aliquid faciendũ mandetur, ſi in eo idoneus nemo reperiatur, ex pro-

a glo. c. ſi proponente. de reſcript.
b Bart. l. vnica. C. de Alex. prima. lib. xi.
c l. ſi vero. §. de viro. in xiiii. reg. ff. ſol. mat.
d l. i. C de can. larg. tit.
e l. iiii. §. ſi tã vicinum. de dam. infect.
f l. diuus. de tut. & cur. dat.
g l. ii. C. de an. ciuil. lib. xj.
h l. ſi quis ad declinãdam. C. de epiſ. & cler.

proximis pagis accersiri debebit[a]. Sed & si in vicinia quis quam facinorosus habitet, verisimile est ab eo factũ esse damnũ, de quo vicinus cõqueritur[b]: vetus enim prouerbium est, *Aliquid mali propter vicinum malum*. Quapropter
93 qui venditor* fundi confinem vicinum celauerit, quem si emptor sciuisset, nõ esse empturus, in id, quod interest, condẽnabitur[c]: nam & ex proximitate temporis, scriptu ræ, rei, pleraque introducta sunt, quę ab aliis coacta sciẽs ego prætereo. His accedit & vulgaris regula, Ex vicinitate præsumi scientiam. Ad hæc etiam pertinet, quòd ab
94 ipso loco absentia* iustã plerũque præstat excusationem quo fit, vt absẽte patre, filius famil. in iudicio esse possit[d]: idẽ nõ expectato eius consensu legitimã vxorẽ ducet[e]. Filiã famil. iudex ex patris absentis bonis dotẽ accipere iubebit[f]: de dote eo casu, absque eius consensu filiam agentem audiet[g]. Sed & si consuetudine indictum sit, sacerdotium sine alterius consilio conferri nõ posse, intelligetur, dum ille sit præsens, alioquin eo absente libera erit collatio[h]. Qua ratione, & si mulier absque consanguinei consensu lege municipij obligari nequeat, ísque absit, poterit iudex decreto suo contractum firmare[i]. Sic enim & pupillus absente tutore hereditatẽ adit[k]: & Abbas deficiẽtibus monachis de immobilibus monasterij bonis disponet, sufficiétque eius, qui superior illi gradu sit, assensus[l]: quod & in alio rectore receptum est[m].
95 Ex ipso tempore multa quoque aliter † ataliter interpretamur, & quandoque à generalibus iuris regulis recedimus, idque variis in speciebus contingit. Ecce: Lex generaliter quanquam cogi inuitum non debere iubet, vt rem suam vendat, & tamen charitatis, & penuriæ tẽpore ad ædiles spectat, vt annonam vrbi sufficiant[n], possessorésque cæteris æquo pretio copiam eius facere iubeant. Multa etiam belli, pacis, pestilitatis tẽpore inducta sunt, quæ hîc recẽsere longũ es
96 set. Ex diuturnitate quoque tẽporis omnis vsucapionũ* atq; præscriptionum materia vires trahit, latius digesta quàm vt hîc referri debeat. Is quoq; qui patrato facinore toleratus, diúq; impunè egit, si ad pœnam trahatur, mitiùs plectetur, aliquatenúsq; subleuabitur: quod eius legis argumento admissum est, quæ pœnã eius temperari

a l. cum nauarchorum. C. de nauic.
b l. dominus hor. locati.
c l. quod sæpe. in fi. de cõtra. empt.
d l. si lõgius. §. si filius. de iud.
e l. si nepos. in fi. de iur. nup.
f l. profecti. de iur. dot.
g l. ij. §. volũtate. sol. mat.
h c. j. ne sede vacan. in vj.
i Bal. l. turp. §. j. de leg. j.
k l. bonorũ. C. qui adm.
l Cle. j. de reb. eccles.
m gl. c. peruit. de loc.
n l. annonam de extraor. cri. ff.

mandat, qui diutino tempore in reatu fuit [a]. Est autem † reatus, habitus ipse reorũ, cum squallidi, promissa barba, de salute litigant, & rerum suarum anxij satagũt. Sed & decretum actui necessariũ ex diuturnitate tẽporis interuenisse præsumitur [b], & iussu patris filiumfam. hereditatem adiisse eadẽ causa creditur [c]. Sed & si longo tempore fratres separatim hereditatem paternam possederint, verisimile fit, familię inter eos diuisionem factã [d]. Vice versa propter nimiam temporis celeritatem oritur mala præsũptio: Quapropter lex priuilegia Doctoribus concedens, de his non intelligetur, qui nec debito tempore studiis operã dederint, nec seruato ordine, sed per saltum promoti fuerint [e]. Brutediũ Nigrum (inquit Cornelius Tacitus) artibus honestis copiosum, etsi rectum iter perageret, ad clarissima quæque iturum festinatio stimulabat, dum æquales, dein superiores, postremò suasmet ipse spes antereparat: quod multos etiam bonos pessumdedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, ad præmatura vel cum exitio properant. His igitur iure illud carmen obiici poterit:

Tu nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.

Ad supradicta & illud pertinet, quòd qui diutiùs persistere noluerit, & à munere sibi concesso desciuerit, priuilegio regis indignus plerunque existimatur [f]. Quapropter qui aduocati, vel protectores, vel id genus palatini, quinquennio destiterint, ab albo abraduntur, munerẽque priuantur [g]. Nam & indulgentia principis milites hi non fruuntur, qui militiam non continuant [h]. quòd & de immunitate artificibus concessa traditum est: ea enim indigni censentur, qui huiusmodi artem amplius non exercent [i]. Quo exemplo & in scholastico receptũ est, si vagus & deses relictis studiis vitam degat, ceu exauctoratum cæterorum priuilegiis vti non posse. Nam & collegij immunitatibus is non vtetur, qui quamuis in collegium receptus sit, artem tamen non exercet [k], etiam si loco sui alium substituit: nõ enim ideo meliorem suam conditionem efficit. Plurima quoque aduersus eos, qui destiterũt, innouata sunt: quoniã lex perseuerãtes adiuuat, sopitos verò & desides negligit. Sic filiꝰ inofficiosi testamenti accusationem institutã ad heredẽ transmittit,

a l. si diutino. de pœn.
b l. qui in aliena. §. j. ff. de acquir. hered.
c l. si filius. C. de petit. her.
d Glo. j. l. pen. comm. diuid. c.
e l. pe. de adua. di. iud.
f l. iij. C. de dome. & protecto. lib. xij. c.
g l. fi. C. de ad. di. iudic.
h l. ne quidam. C. de test. mil.
i l. semper. de iure immu.
k l. qui in collegio. de excusat. tut.

97

tit,dum tamen ante obitum omnino nõ deſtiterit. [a]Sic quãuis per litis cõteſtationẽ actio perpetua fiat,ſi tamẽ, iudicio accepto,quis circa iuſtã cauſam ſuperſedeat, tanquã deſtiterit,fruſtra rem in cõtrouerſiam deduxiſſe exiſtimabitur[b].Nam & è cõtrario,lex generaliter pœnã imponẽs in eo,qui nõ perſeuerauerit,plerunq; limitabitur. Ecce qui accuſat teſtamẽtũ ceu falſum,vel inofficioſum, eius omni cõmodo priuatur,niſi incœpta lite deſtiterit[c]. Patronus qui liberũ capitalis facinoris reũ detulerit,iure patronatus mulctatur,ſi nõ litẽ deſeruerit[d]. Filius vel libertus qui ſi ne venia patrẽ,vel patronũ in iudiciũ traxerint,ex edicto mulctã pendere iuſſi ſunt, niſi tamẽ omiſſa lite maline maiorũ ſuorum humanitatẽ experiri[e]. Qui ſe liti obtulit,cũ non poſſideret,perinde condemnatur,atque ſi poſſideret: quòd ſi ante iudicium acceptum pœniteat,& ſe poſſeſſorem neget,contra eſt[f]. Quiſquis reũ ad vetitum examen traxerit , & alieno foro litigare coegerit,actione cadit:niſi tamẽ & ipſe celeri pœnitentia,nimirum ante iudiciũ acceptum,ſibi conſuluerit[g]:nã & generaliter, quoties quis ob mendacium mulctatur,ſi re integra pœniteat vanitatis , abſolutionẽ cõſequitur[h].

98 Propter†periculũ quoq;, ꝙ etiã in modici tẽporis mora verſatur,legis generalitati ſæpiſſimè derogatur. Quapropter etiamſi cõſtitutũ ſit nuntiationẽ noui operis ſiue iuſtã,ſiue iniuſtã,cõtemni nõ debere,cùm tamẽ periculum in mora eſt,rectè negliget[i]: præpoſterè enim hac ex cauſa nobis agere permittitur : ꝙ in ea ſpecie apparet,cùm teſtamẽti ſubſcriptores abſunt,poterunt tabulæ(ſi mora periculũ allatura ſit)aperiri deinde ſigilla recognoſci[k]. Sic quoties mora damnũ inferret, nõ obſtante appellatione,fit executio[l].In meſſiũ , vindemiarũmque feriis ius dicitur[m]. Is quoque,qui aliàs rem alienare prohibetur,ex hac cauſa tutò alienabit : vt in herede, qui adhuc hereditatẽ adire nondũ decreuit[n],vel qui iam adiit , ſed fideicõmiſſo reſtituere iuſſus eſt[o]. Sic qui in poſſeſſionẽ ex primo decreto miſſus eſt, vel qui tanquam ſequeſter depoſitum fidei ſuæ accepit, fructus diſtrahet tempore perituros[p]. Sic propria auctoritate ei , qui cum pecunia mea fugiat,manum iniiciam[q],quemlibetque fugitiuum etiam nõ citatũ, in neruum traham.Sic iudex famoſum latronem neci dedet,quamuis ad iuriſdictionem ſuam

a l. nam & ſi §. nered. de inoffic.teſta.
b glo.c. placuit.ij.§.poteſt.xvj.q. j.
c l. alia. C. de his quib. vt indig.
d l. in ſeruitutem.§. petiſſe de bo. lib.
e l. quanuis. de in iusvoc.
f l.is, qui ſe. de rei vẽ. ff.
g l.in criminali. C.de iuriſ.omn.iud.
h c. j. §.porro.quæ fue. prima cauſa benefi. amittan.
i l.de pupillo. §. ſi quis riuos. de op. no.nunt.
k l. ſed ſi quis ex.verſ, & ſi. ff. quẽad. teſt. apę.
l l.ſi. de ap. recip.ff.
m l.eadem, de fer.
n l.Ariſto.de iure delib.
o l.mulier. §.ſi heres.ad Trebell.
p l.ſi magiſtratus. de priuil. cred.
q l.ait.§.ſi debitorum. de his qui in fraud. cred.

non pertineat[a], si interim dum præsidem moratur, peri-
culum sit, ne euadat. Cor. quoque Tacitus, Seditionem,
inquit, cœptantes præsenti duorum militum supplicio re
pressi sunt. Iusserat id Memmius castrorum præfectus,
bono magis exemplo, quàm concesso iure. Ex eo † quo- 99
que restringitur legis regula, quòd in tempore res gesta
non sit, solétque dici, *Sero sapiunt Phryges*: nã & deiectus
possessione cùm petitorio iudicio expertus fuerit, si post
altercationes, probationésq; conclusum in causa sit in-
terdicto, amplius nõ erit audiendus[b], quamuis aliàs spo
liato soleat concedi, vt suspenso petitorio momenti cau-
sam prosequatur: hoc enim casu serò sapiens factus est:
Sic & licet receptus inter reos interim aliũ accusare pos
sit, non tamen postquàm in causa sua conclusum sit: hoc
iure vtetur[c]. Sic & sententia aduersus procuratorẽ mu-
tatum lata, efficax erit, si mutationis non, nisi postquam
in causa conclusum fuit, certior sit factus[d]. Quo exem
& illud in confesso est, quolibet tempore venditori de-
nuntiari posse, vt liti adsit, ne res euincatur, dum tamen
prope ipsam condemnationem id non fiat[e]. Sic & actori
ius superueniens solet, pendente lite, opitulari, dum ta-
men, postquàm in causa conclusum sit, adeptum non
proponatur[f]. Cæterùm † ad hæc quoque pertinent, quæ 100
propter senium, vel vetustatem inducta aduersus com-
munes regulas in iure nostro frequenter leguntur: qua-
lia sunt, in re dubia confusisque testimoniis antiquiori-
bus potiùs credendum esse: è contrario, patrato facinore
cùm quæstione exquirendũ est, à iunioribus incipi de-
bere[g]. Cùm inter plures heredes dubitatur, penes quos
tabulæ testamenti deponendæ sint, verius esse, vt anti-
quiorem præferamus[h]. Sic inter agentes in rebus,
gradu, inquit lex, cæteros antecedat, quem meliora sti-
pendia, vel labor prolixior fecerit anteire[i]. Sic præfe-
cto collegij absente, eius vicem, qui in ordine vetustior
est, supplebit[k]: solet enim antiquioribus pluribus ex
causis deferri: nam & plurimùm illi mente valent, li-
cet iuniores ocyus addiscant, quod in problematis se-
ctione xxx. Aristoteles attestatur. Propter rerum quo-
que vsum callidiores habentur: vnde maior in eis est
prudentia, non ita rerum affectibus mouentur, & ideo
certiore

a Iaf. l. 1. de offi. eius.
b c. pastoralis. de cau. poss. & propriet.
c Bart. l. is qui reus, ad fin. de pub. iud.
d c. auditis, de procur.
e l. si rem quam. la 1. §. fi. de euict.
f Bart. l. si mater. §. eandem. de exerci iud.
g l. 1. §. 1. de quæstio.
h l. fi. de fi. inst.
i l. 2. C. de offi. mag. offi.
k l. 2. C. de præfe. præ. li.

certiore sunt iudicio. Ad hæc & erga deorũ cultum sunt reuerentiores, tanquam ad eos quamprimum transituri: vnde & Græcum carmen etiam adagio celebre,

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Vota senum, iuuenum facta, & consulta virorum.

His igitur pleraque meritò indulta sunt, quibus generalitate legum eximũtur: præstat enim plerisque in rebus senectus maiorem auctoritatem, præstat excusationem, præstat maiorem obseruantiam, quæ omnia sigillatim referre præsentis non est instituti.

101 Ex bono quoque fit generalis † restrictio variis ex causis, quarum potissima quæ ad Reipub. vtilitatem pertinet. Lex enim quantumuis amplis verbis concepta, interpretatione restringitur, ne publicæ vtilitati obsit: & ideo tali casu nullum crimen incurrit qui rescripto principis non obsequitur [a], licet aliàs pro sacrilego esset. Sic & iuniores impunè senectutem non venerabuntur, cùm ex hoc publica vtilitas læderetur [b]: quod ex oratione Scipionis apparet aduersus Q.Fabium, lib. Titi Liuij xxxviij. Sic priuilegia immunitatis amplissimis verbis concepta ad tempus belli non protrahentur, cum ex hoc publica læderetur vti-
102 litas [c]. Sic propter generales * priuilegiorum derogationes, ea sublata non intelliguntur, quæ pro publica vtilitate vigilantibus concessa sunt [d]. Sic quanuis solus princeps exuli veniam reuertendi indulgeat, ex causa tamen publicæ vtilitatis etiam legatus Cæsaris id iuris præsumet: vt cùm veniam se exuli daturum edicit, qui alium exulem occiderit, vel tradiderit, quod non nisi magna ex causa faciendum est [e]. Sic lex generaliter seruum manumitti prohibens, de eo non intelligetur, cui ex causa publicæ vtilitatis id præmium constitutum est [f]. Sic aduersus leges, rationémque naturalem receptum fuit, vt filius, tametsi nõ heres, pro primipili debito teneretur, vxórque in pignore posteriorẽ causam habere cẽseatur [g]: cùm enim annona militaris apud primipilum resideat, publicè interfuit, nullã eius ad diem dimensioni moram fieri, & qualemcunque pro necessitate tam euidenti cogi. Sunt & id genus alia pleraque, quæ quod nominatim Baldus [h] cõmemorat, à nobis recenseri

a l.nec dam nosa. C.de preci. Imp. offer.

b l. potioris.C. d.off. rect. proui.

c l.iubem*. C.de sa.san. eccles.

d l.decurionibus. C.de silen.li. xii.

e l.non omnes.in fin. de test.mili.

f l.iii.§. is quoque.ad Syl.

g l.iiii.C. de primipil. lib.xii.

h Bal. l.i. C.de hered. vel act. vẽd.

D

operæpretium non est. Ex hoc consequens est, vt etiam propter pacem multa* specialiter permissa ostendamus, 103
quibus generalibus legibus derogatum est: & ideo potest Respublica ciuis sui bona alienare, vt pacem cũ hoste redimat: responsúmque est, valere fœdus, quo hinc & inde direpta inter hostes remittuntur in eorum dãnum, quibus ablata sunt, si aliter pax fieri nõ potuit[a]. Sic & impuberes matrimonio coniungi prohibentur, nisi suadẽte pacis vtilitate hoc fiat. Hinc etiã traditum est, filium qui patri* exuli alimenta præstare potest, si cui ob violatum 104
pacis fœdus pœnas pater luit, hac obligatione non teneri[b]. Et quæ de pace probantur, etiam tunc locum habent cùm de euitãdo periculo, seu offensione (σκάνδαλον Græci dicũt) agitur: quo casu præses* nec appellationem 105
recipiet, nec nocẽtis pœnam remorabitur: vt quia latronem manifestum, vel seditiosum, & factione cruenta famosum militem deprænderit[c]: nam & iussionibus principum impunè nõ parebitur, cùm inde publica quædam infamia scandalúmque exurgeret[d]: cùm generaliter receptum sit, dispensationem principis nullam esse, cùm sine manifesto scandalo, administrationísque decoloratione, admitti non potest[e]. Quinimò ipse * Romanus 106
Pontifex, quem aliàs viuentium nemo iudicat, si manifestè tanti sceleris reus sit, vt apud ecclesiam malè audiat, scandalúmque inde oriatur, poterit apud vniuersale concilium accusari[f], itémque gradu deiici, quod & frequentius receptum est[g]. Nec his diuersum est, quòd propter futuri mali periculum, pleraque à summo iure remitti constat: vnde nepti nubenti solus aui consensus sufficit, nec pater expectandus est[h], ne interim, dilatis nuptiis, dedecus aliquod muliebri facilitate subeatur. Qua ratione & qui in prouincia officium administrat, in ea filias suas matrimonio collocare potest[i], licet in filio non idem responsum sit: propter honestatem enim conseruandam angustior aliquando fit interpretatio[k]. Nam & alicui honori designatus ante confirmationem administrare non debet, nisi is ad quem ius confirmandi pertinet, tam longè absit, vt interim periculum sit, ne ad honorẽ facientia iura dissipentur, & pereant[l]. Propter actus † infirmitatem iniquitatémque, legis generalitas 107
etiam

a Bal. Ang. l. bene à Zenone. C. de quad. præs.

b c. j. §. si quis hominẽ de pace ten. in feud.

c l. si quis fil. §. quid tamen de iniu. rup.

d c. si quãdo de rescri.

e j. q. vij. de le, et si illa.

f gl. c. si Papa. xl. dist.

g Dec. consil. clj.

h l. oratione. §. penult. de ri. nup.

i l. si quis officium. in fi. de ri. nup.

k l. ij. §. j. vbi Iason. de in ius voc.

l c. nihil. de electio in anti.

etiam quandoque minuitur. Quapropter confirmatio generalis statutorum ad iniusta nõ producitur. Idem in iussione, qua quis pro eorum obseruatione iureiurando in verba Reipublicæ adigitur[a]. Et constitutio pro contractibus solui centesimam iubens, ad illicitos cõtractus non trahetur[b]. Et qui lege municipij prohibentur decurionibus aliquas actiones cedere, non tenebuntur lege,
108 si actu nullo, vel irrito cesserint[c]. Ad hæc generalis † est regula, quoties lex de sententia, testamento, contractu, instrumento verba facit, de validis vtique semper intelligi[d]. Sic quod dicitur, vltimis pactionibus priores extingui, intelligitur, si iure valeant[e]. Sic prioris gratiæ mentione non facta, sequens subreptitia censetur, nisi tamen prior inualida fuerit[f]. Sic familiæ ercifcundæ iudicio, omnium rerum inter heredes communium diuisio fit: si qua tamen illicitè in his reperiãtur, vt mala medicamenta, in ea actione non diuidentur[g], nã & de re illicita societas cõtrahi nõ potest. Mandatũ quoque semper restringitur, ne quid aduersus leges cõmissum existimetur[h]. Vnde & filius, qui peculio accepto, iussu patris negotietur, fœnore vel malis artibus quæsita nõ præstabit: non enim id factum patris voluntate credibile est[i]. Cæterum & leges, quę generaliter aliquibus dignitates, vel officia conferunt, propter delictum, vel mali futuri quandam præsumptionem restringuntur. Quo fit, vt qui semel ab officio deiectus est, iterum recipi non debeat[k]. Quapropter Quæstor propter sordes à munere exclusus, nõ nisi ex certa principis scientia amplius audietur[l]: quod & in tabellione, itémque tutore responsum est[m]. Vnde & comes Palatinus, cui ex sacro rescripto tabelliones creandi ius sit, ex crimine summotum non resti-
109 tuet[n]. Propter affectationem quoque † fit huiusmodi restrictio, quod in eo exẽplo apparet, quo proditum est, priuilegia alicui propter officiũ indulta, ei nõ cõpetere, qui summa affectatione per precum importunitatem obtinuerit[o]: odio enim lex ambitiosos hosce insectatur, anxietudinémque omnem damnat. Vnde tametsi error iustam excusationem præstet, si tamen sit affectatus, non præstabit[p]. quod & ignorantia admissum est[q]. Idemque in eo, qui vltro absens fuit, vt excusari posset,

a c.j.de iureiur.in vj.
b l. 2. C. de eunuch.
c Bar.l.finã. §. si quis de leg.præst.
e l.iiii.§.cõdemnatum. de re iud.
e l. si quis ante. de acquiren. poss.
f glo. c. ex tenore. de rescrip.
g l. cæteræ. §.mali.fam. ercis.ff.
h l.si procuratoris.de cond.indeb.
i Bart.l.cũ oportet. C. de [illegible] quæ lib.
k l.nullus. C.de pala. sacra largit.
l l. si quis. C.de cohor.
m l.si cui.§. iisdem de accu.
n l.ij. & l. qui cum. C. de diuersis offic.lib. xii.
o l. vniuersi. C. de legat.lib.x.
p l.qui contra.C.de ince.nup.
q l.si seruus plurium.§. si quis de leg.ã

responsum est[a]. Sic & tutor * qui tres tutelas affectauit, 111
vt ab alia excusaretur, audiendus non est[b]: quod & generaliter statutum est in quibuscunque causis, quibus tutores excusari solent, vt affectare non possint[c]. Sic Bartolus, cùm propter pacem generalis abolitio concessa esset, ea vti non posse respondit, qui hoc futurum præuidentes cōfidentius deliquerint[d]. Huc etiam adferenda sunt, quæ propter probabilem metus vel violentiæ suspitionem, ex regulis iuris detorquentur: vt cùm formam, quæ in Romani Pontificis comitiis constituta est, non seruari posse aiunt, cùm probabilis metus Cardinalibus persuaserit, vt aliò eant, quàm quo loco Pontifex fato functus sit[e]. Sic prætor in proximo oppido ius dicit, cùm pro tribunali tutus in sua vrbe esse non potest[f]. Nam & propter iustum timorem omissa* appellatio non nocet: eiúsque denunciatio, etiam si legitimè facta non sit, damno non est[g]. Generalitérque lex ait, in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quò minus fiat[h].

EX IVSTA quoque excusatione† legum iussa plerunque temperantur: qui tractatus latissimus est, sed nos 112
paucis exemplis contenti, cætera diffusius pertractanda otiosioribus relinquemus. Et in primis iustus error, vel ignorantia meretur, vt ei succurri debeat, si tamen probabilis sit: ídque in delictis, in contractibus, in vltimis voluntatibus receptum est. Quapropter sacris ei nō interdicetur, qui imprudens initiatū percussit[i]. Lege Cornelia iniuriarum non tenebitur, qui matronam suspicatus ex habitu meretricem esse, compellauerit[k]. Non
*censebitur receptator, qui ignorabat patratam cædem[l]. 113
Non erit incesti reus, qui sibi cum stuprata intercedere necessitudinem nesciebat[m]. Qua ratione & tyroni delinquenti propter præsumptā militaris disciplinæ ignorantiam, faciliùs indulgetur[n]. Ei quoque qui exulem occiderit ignarus, restitutū esse, causa cognita, noxæ reus non erit[o]. sicut nec ei qui abominato interdictóque opem feret, dum eiusmodi hominem illum ignoret[p]. Vice versa, qui exulem nesciens occiderit, præmium non consequitur à lege municipali his promissum, qui hoc hominum genus de medio sustulerint[q]. Et genera-

a l. & qui data ex quibus causis maior. ff.
b l. spadonē. §. fin. de excu. tut.
c l. vxori. §. i. de fal.
d Bartol. l. i. §. hæc auth. si quis test.
e c. vbi. §. porrò. de elect. in sexto.
f Cle. i. de foro cōpet.
g c. fin. de appel.
h l. in omnib. in tit. i.
i c. si vero aliquis lo. ii. de sen. excō mu. in anti.
k l. item. §. siquis virg. de iniur.
l l. i. de recept.
m d. l. qui contra.
n l. qui commeatus. de re mil.
o quæst. Bart. i.
p c. inter. de senten. excom.
q Bart. l. iij. §. vtrum ad Syll.

114 neraliter fatendum, ignorantiam facti * probabilem excusare, quò minus pœnæ sit locus[a]. In contractibus quoque idem dicendum est: quapropter qui canonem, stata die non soluit ignorans rem emphyteuticam esse,
115 *à iure suo, effectu non cadet[b]. Sed & cliens aut emphyteuta, qui dominum non agnouit, & clientem se vel emphyteutã negat, eadem ratione excusari potest[c], dum probabilis sit is error. Heres quoque cum verisimiliter, quid testator fecerit, ignoret, à pœna quam ille promiserit, restitutione in integrum liberabitur.[d] Senatusconsulto quoque Macedoniano non excludetur, qui filiofamilias mutuã pecuniam dedit, cùm se sui iuris esse ille asseveret[e], & ita se publicè gereret. Creditoribus quoque emphyteutæ succurretur aduersus dominum, qui fundo emphyteutico manum iniecit: quoniã canon sibi non solueretur[f] nam quanuis, resoluto iure emphyteutæ propter legem contractus creditores excludantur, æquitas tamen suadet, vt recepto ab his canone, eos dominus in emphyteutæ locum reponat, cum verisimiliter ipsi, si negligentiæ debitoris admoniti fuissent, vt pignoris ius conseruarent de suo satisfecissent, quod ex facto Alexander respondit[g], & iniquum nobis visum non est. Sed & eadem ratione aduersus præscriptionem domino succurretur, cùm iustè ignora-
116 uit rei se † præscriptæ dominum esse: quod etiam in xl. annorũ præscriptione receptius est[h]. Filius quoque quẽ ignoranter habere se nesciens testator præterierit, nec legata quidem soluet[i]: hereditatis quoque transmissio ab eo, qui probabiliter sibi delatam ignorauit, in heredem fiet, decretóque prætoris illi prouidebitur[k]. Sed & miles, qui nescius filium præteriit, nequaquam exheredasse eum cẽsebitur[l]. Lex quoque alienationem rerum, quæ fideicommisso subiiciuntur, prohibens, non obseruabitur, cùm heres iusta ignorantia fidei nihil com-
117 missum fuisse credidit[m]. Defectus † quoque iudicis iustam præstat à lege generali recedendi occasionẽ: quapropter poterunt decuriones propria auctoritate manus ei iniicere, quẽ curiali fortunæ adstrictũ contendant[n], si præsidis adeundi facultas non adsit: nam quanuis lex generaliter cõstituat sibiipsi ius dicere posse neminẽ,

a l.semper. §.sed & si is in fi.quod vi aut clam.
b glo.l.ii. C.de iu.em.
c c.vnico.§. si vasallus. si de feu. fue. contro.
d l.cùm filius.§.in hac de ver.obli. ff.
e l.ii.C.ad Maced.
f l.lex vectigali.de pig.
g Alex. cõsil.xlv.in v.
h Bart.l.i.§. si quis autẽ. de itin. act. prius.
i Bart.l.filio præterito.de iniu. rup.
k l.Paroni de acquir. here.
l l.militis co.§. miles. ii.de test. mil.
m l fin.§.fi. de leg.ii.
n l.generali. C.de decur.

si tamen iudicis copia desit, propria auctoritate illatam iniuriam vlcisci fas est [a]. Vnde qui de possessione deiectus est, etiam post aliquod tempus propria auctoritate prædonem deturbabit, si præses absens proponatur.[b] Sic vacante Rom. Impe. solio pōtificis ipsius auctoritas exquirenda est [c]. Sic magistratibus municipalibus copiam sui non facientibus, alij iudices tutorem dare possunt [d], & si qua similia. Ceterū & iusta ille excusatione vtitur, qui suam vtilitatem alienę præfert: Nā (vt ait Accursius)

Alsibus ille perit qui se plus diligit vllum.

Et Eupirides,

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

id est, Odi sapientem, qui sibi nihil sapit. Quamuis igitur ad usque certum tempus domum tibi locauerim, si interim in vsum meū ea mihi sit opus, potero te eiicere [e]. Quamuis procurationem * rerum tuarum ad aliquod 118
tempus susceperim, si propriis negotiis occuper, iure rerum tuarum curam deprecabor [f]. Quamuis ex lege lapides vel materiam, quæ in agro meo sit, vendere cogar, *si tamen ea mihi vsui sit, nulla me ratio [g] coget, vt alie- 119
num commodum proprio præponam. Sic & cùm ex flumine publico ius aquæ ducendæ princeps cōcedit, intelligitur eatenus concessisse, quatenus in publicum vsum necessaria non sit [h]: non enim thermis, nō nymphæis aut balneis ex eo diplomate illatū damnū existimari debet. Sic & consuetudo, qua quis in nemore alieno ius arborem cædendi vel pecora pascendi habet, restringitur, quatenus in vsum suum dominus non indigeat [i]. Sic & arbiter negotiorum suorum mole oppressus, aliena tutò omittet [k]: nam & qui non nisi quatenus facere potest, conuenitur, eo priuilegio non vtitur, cùm auctor pari calamitate affectus est [l]: & qui aduersus quemcunque hominem patrocinari promittit, vt aduersus seipsum dicat cogi non poterit [m]. Excusandus † & ille est, qui officij sui 120
necessitate adactus aliquid facit: vt cùm filius vel libertus tutorio vel procuratorio nomine patrem familiâs in ius vocāt [n]: nec enim tum veniam eos impetrare oportet. quod in eisdē personis receptū est, cū procurationis vel tutelæ muneri deseruiētes inofficiosum testamētū dixerunt,

a l. nullus. C. de Iudæis.
b l. si alius. §. bellissime quod vi aut clam.
c c. licet. de for. compet.
d l. vbi. de cur. dan. ab his.
e l. æde m. C. loc.
f l. filius fa. §. fin. de procu.
g l. venditor. §. si cō. præd.
h l. si quis. ij. C. de aquæ duct.
i Io. And. c. dilect. de ar.
k l. licet. de arbi. ff.
l Roma. l. maritum. fol. ma.
m c. petitio. de iureiur.
n l. quæsitū. de inius voc.

runt, tametsi non obtineant, legato eis in tabulis sibi relicto non priuabuntur [a]. vnde etsi in accusatione huiusmodi ex causa instituta succumbant, non tamen calumniæ notã subibunt [b]: nam & qui iussu testatoris aliquem manumittit [c], qui legis imperio obsequens facinorosum cepit præmio nullo dignus est [d], cùm muneri imposito vterque potius rectè defunctus dicatur, quàm spontè adactum, rem præmio dignam voluisse exequi. Sic & iudex qui ex officij necessitate inter partes de fundo ius dixit, non propriæ sententiæ exceptione reiici, si alio iudicio fundum ad se pertinere intendat [e]: si verò alij iurisdictionem mandare potuit, sibi imputet. Nam & generaliter propter necessitatem à iure communi discedimus: cùm enim humanis in actionibus plurimum consensui tribuatur, qui ex necessitate agit, non ideo consentire [f] existimatur: quare nec pœna spontè deliquentium plectetur. Sic qui adigente fame propter *necessitatem furtum
121 facit, laqueo non præfocabitur, tametsi municipij lex generalibus verbis concepta sit [g]. Sed & multa propter necessitatem conceduntur, quæ aliàs prohibentur: quapropter metu belli poterunt ciues diuinam domum vel sacram turrim munire, & eis pro propugnaculo vti [h]. Eadem ratione & in ecclesia fas erit hospitem recipere [i], & baptismi sacramentum etiam à seculari conferri [k]: ex necessitate enim lex permittit constitutos à iudicibus
122 ordines negligi [l]. Vnde & res *prohibita alienari, quandoque propter necessitatem distrahitur [m]: & iudex qui merum imperium, seu gladij ius alteri demandare non potest, propter necessitatem tamen iure substituit [n]. Sic & spurij, & ignominia notati homines quandoque propter necessitatem ab honoribus non reiiciuntur [o]. Sed & quoties lex consensum aliquorum requirit, etiam eis inconsultis (si necessitas subsit) rectè agetur, [p] quod pluribus exemplis à recentioribus productum est [q]. Illud tamen sciendum, quæ necessitate suadente constituta sunt; ea cessante, aboleri: quoniam quod cõtra regulas iuris pro necessitate statuitur, solum sibi locum vendicat, quatenus subsit necessitas [r]. Sed & non solet hæc excusatio his prodesse, qui se spõtè ei negotio intruserũt, vnde necessitatẽ futuram prospicere potuerũt [s]: quapropter Agareni

a l. aducasus. §. j. de inoffi. test.
b l. mater. C. de calum.
c l. proximè. de ritu nupt.
d d. l. iij. §. vtrũ. ad Syl.
e c. inter dile. de fid. inst.
f l. cùm fidei. de fi. lib.
g c. si quis. de furt.
h Innoc. c. cum ecclesi. de immunit. ecclesiæ.
i xlij. dist. nulli Episco.
k c. sanctũ. de consecra. distin. iiij.
l Bart. l. cum nauarchorũ. C. de nauic. lib. xi.
m l. ii. C. de pat. qui fil.
n l. placet. C. de ped. iu.
o l. eos. ł spurii. de decur.
p l. tutor qui reper. de adimit. tut.
q Feli. c. cum accessissent. de constit.
r l. senatusconsulto. de offi. præf.
s l. si fideiussor. ff qui sa tis. da cog.

milites ex prætextu, quod à principibus suis præter furandi impunitatem alia stipendia non percipiant, excusandi non sunt: quis enim eos compulit, vt talem militiam sequerentur? quod & Angelus scripsit[a].

a Ang.l.iij. §.cũ in eadẽ. ff. ad l. Rhod.

ANDREÆ ALCIATI IVRISCON. MEDIOLANEN. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBER SECUNDUS.

SVMMÆ.

1 *Improprium variè dignosci dicitur.3.7.11.*
4 *Verba ex causis in quouis actu improprianda.5.6.9.*
10 *Mentem variè deprehendi.*
15 *Fictionem impropriè iure censeri.*
18 *Vera ad ficta, nisi ex causis extendi.22.23.24.25.*
26 *Mortem ciuilem naturali æquiparari.*
27 *Vsus accipienda verba: huius effectus.*
29 *Statutorum verba ex vsu accipienda.*
30 *Verborum vsus pro personis accipiendus.*
31 *Interpretationis natura.*
32 *Extensionum causa.*
33 *Extensionem ex causis cessare.*
34 *Correctoria inextẽdibilia. ex causis contrà.36.38.39.40.41. 42.43.44.*
45 *Pœnalia nõ extẽdi: ex causis diuersum.47.48. 49.50.51.52.*
54 *Limitatum variè accipi.*
55 *Limitata, nisi in casibus, extendi.56.57.58.59.60*
66 *Loquutionum genera.*
67 *Præcidere variè accipi.*
68 *Excludentium argumentorum genera.*
69 *Contrarium sensum ex causis cessare.*
70 *Argumento à contrario sensu locus.*

SVPE-



VPERIORE libro quo à nobis de eo intellectu tractatum fuit, qui ex proprietate sermonis assumitur, potuit & quidnam improprium sit, quod Græci ἄκυρον dicunt, M.Fabio auctore lib.8.capit.2. cognosci: nimirum † vt improprium dicatur, cùm quanque rem non suo nomine appellamus: quo vitio tyronem suum Marc.Cicero epistolarum libr. xvj.arguit, qui valetudini fideliter inseruiēdo scripserat, quod aduerbium alieno loco positum, vt impropriè dictum ipse non probat. Illud etiam improprium censeri vulgò traditur, quòd cum aliqua adiectione, non autem simpliciter profertur [a], vt cùm fratrem patruelem dicimus, cùm patruum magnum. Quapropter in lege municipali, quæ fratrem vel patruum matri præferat, huiusmodi vocati non intelligentur [b]. Sed quid in sorore, * quam vterinam appellant? & propriè sororem esse cùm in secundo gradu sit, receptius est, quæ vterina non propter improprietatem, sed ratione differentiæ dicitur [c]. Sicut & pronepos & proauus propriè nepos atque auus est: quoniam præpositio illa ordinem non abusionem ostendit. Ad improprietatem † quoque dictiones illæ trahuntur, quæ ex larga quadam significatione quippiam denotant: cùm enim proprium sit, quod vni soli conuenit, non caret abusu, qui latiore verbo id designat, quod peculiari voce dicendum erat: vt cùm lex Iulia quod adulterium est, stuprum dicit [d]: vel cùm lex, manumittuntur, inquit, apud Proconsulem tā liberi quā serui: quod enim ad liberos attinet, manumissio impropriè dicitur [e]. Sed & cùm emphyteuta, vel qui vectigalē fundum à municipibus habet, se dominum appellat, impropriè loquitur: quoniam verè dominium est, quod directum vocamus [f]. Illud tamen dubium non est, sub genere suo quamlibet speciem propriè comprændi: quòd à nobis [g] alibi diffusiùs explicatum est. Igitur in hac † specie illud proditum pro regula est, verba secundū improprietatem intelligenda non esse [h], quod tamen perpetuū non est, sed pluribus casibus coarctandū: Quorū ille amplissimus, quādo subiecta materia aliud suaderet, vt cum dominus remissionē colono ob sterilitatē dās, verbo do-

1 (margin, beside "catur, cùm quanque rem")
2 (margin, beside "di vocati non intelligentur")
3 (margin, beside "nem ostendit")
4 (margin, beside "nobis alibi diffusiùs")

a Bartol. §. quæsitum. l. Lucius de leg. iij.
b Doct. l.j. C. de succes. edict.
c Socin.consi.xxv.in iij.
d l.inter liberas. de adult.
e l. ii. de offic. Procons. & lega.ff.
f l. i. si ag. vectig.ff.
g lib. j. sup.
h gl. non aliter. de leg. iij.

nationis vtitur.[a] intelligetur enim potius trãſactum,& ideo,ſubſequuta vbertate,repetetur. Sic emptor fundum dari à venditore ſtipulatus, ſecundum contractus naturam intelligetur, vt ſi vẽditor dominus non ſit, ſufficiat tranſlata vſucapionis facultas[b]. Nam & qui vendere ſe tibi inſulam aſſeruit, vt aliam reficias, nõ ideo vẽdidiſſe cẽſebitur, & idcirco præſcriptis verbis agẽdum erit:[c] ſemper enim ſubiectæ materiæ ratio quid ferat, perſpiciendum eſt. Conſtituo Titium ſyndicum eum, cùm procuratorem debuiſſem dicere, nihilominus erit procurator. Idem ſi, ſubſtituo, dixiſſem[d]. Sic monachus cum in profeſſione ſibi reſeruari proprietatẽ fundi dixiſſet, reſponſum eſt de vſu accipiendũ. Sic, ſi iuſto pretio fundum in emphyteuſim me tradere dicã, non emphyteuſis, quæ modico pretio conceditur, ſed locatio erit. Eodem modo, cùm princeps, accepta pecunia, feudum ſe mihi donare dixiſſet, placuit venditionem eſſe. Sic cùm fœnerator oblatas vſuras donare ſe debitori dixiſſet, reſpondit Baldus non donationem, ſed reſtitutionem cenſeri[e].
Alius † eſt caſus, quo verba impropriè accipiuntur, quo- 5
ties mens contrahentium, vel teſtatoris hoc ſuadet: non enim ſemper propriis vocabulis vti poſſumus[f], & intentioni verba ſubſeruire debẽt. Et ideo, ex contrahentium mente, vendidit, interpretabimur id eſſe, quod permutauit: & locationem pro conductione: & emit reditus annuos, pro eo quod eſt, conduxit. Sic & in teſtamento, cum dominus ſeruo ſuo legaſſet aureos quinque, quos tabulis rationum ei debebat, ſufficiet quod naturaliter tantùm debebatur[g]: nam nec teſtatores omnes ſciunt iura. Et ideo non refert filio dicant ſe relinquere iure inſtitutionis, an ſolùm dicant ſe aſſignare. Et qui filio dixit, ſe Titium tutorem dare vſque ad vigeſimum quintum annum, poſt annos pupillares non tutorem, ſed curatorẽ conſtituiſſe videbitur.[h] Alius eſt, †cũ ex proprie- 6
tate intellecta verba contractũ redderent nullũ: vt enim actus ſuſtineat, accipietur etiã impropria interpretatio. Quapropter filiusfamilias, defuncto patre, qui hereditatẽ ſibi delatã adire ſe dixerit, immiſcuiſſe ei ſe cẽſebit[i]: quoniã, vt actus valeat, fiet impropria interpretatio, nec ex illis verbis ſumetur cõiectura, neſciuiſſe eũ an neceſ-

a l. ſi vno. loca. ff.
b l. ſi ſtipulatus. de vſu.
c l. inſulam. de præſ. ver.
d Felin. c. in tantum. de ſimon. in antiq.
e Bald. l. fi. C. de vſur.
f l. ſi tibi ſi ſer. peta.
g l. quibus. §. dominus. de con. & demonſt.
h An. l. ſi C. de cõfir. tut.
i l. is. qui putat. de acquir. her.

satius esset. Sic & cum aliquis Titiam & suos instituisset de filiis intellexisse responsum est, tametsi extra potestatem suam essent: licet enim filij sui heredes propriè sint, qui in patris manu ex lege xij.tabul.erant, tamē ne substitutio corruat, etiam suos heredes in fœmina intelligemus, quos ipsa in potestate nō habet, nec habere potest[a]. Sic pater filium, & nepotes instituens ordine successiuo, contra naturam coniunctæ instituisse videbitur, tanquam id fecerit, ne, se viuente, mortuo filio, præteritione testamentum rumperetur[b]. In sententiis quoque iudiciū sit eadem interpretatio: vnde si alij fundus, alij vsusfructus adiudicatus sit, non erit vsusfructus communicandus, ne videatur id iudicatū, quod in iudicis mandato non continetur[c], qui enim familiæ erciscundæ disceptator assumitur, non communicare, sed diuidere debet. Sic cùm proximum agnatum iudex tutorem se dedisse in decreto asseruisset, respondit Bartolus dedisse, id est, datum confirmasse & declarasse intelligendum[d]. In libellis verò iudiciariis huiusmodi expositio faciliùs admittitur, cùm ex partium intentione soleant declari[e]. quod & in testimoniis receptum est[f]: fit enim semper interpretatio, ne discordes, & periuri testes sint; Idem ne pugnantia inuicem dicta videantur: semper enim etiam in quacunque materia repugnantia huiusmodi excludenda sunt, & scripturæ scripturis concordandæ: & si qua diuersa vel discrepantia videntur, conciliari inuicem debent[g].

7 Sed & ne ✝elusoria dispositio reddatur, verba impropriè accipientur: quod ea specie cōstitutum est, cùm Roman. Pōtifex alicui ciuitati sacris interdixit: licet enim ciuitas propriè solùm intelligatur, quatenus mœnia ambiunt, tamen hoc casu etiam de suburbiis actum credetur[h], alioquin nullius effectus huiusmodi esset abominatio: nam & eadē ratione vsu syluæ legato, Hadrianus cōstituit vsumfructū deberi[i]: quia nisi liceret legatario cædere syluā, nihil ex huiusmodi legato cōsequeretur. Idē cum qualitas personæ à proprietate verborū nos recedere suadet, vt cū pater filio pro falcidia sua legat: intelligetur enim de triēte iure naturæ debito[k]: nā etsi vir imperitus quicquā dixerit, nō propriè, sed crassa minerua accipiēdū erit: quod maximè in his obseruandū

a Guid. Pap. dec.dxlvuj.

b Gallus.§.j. de lib.& post.

c gl.l. & puncto.in prin. fa. mil.ercis.

d Bar.l. j. C. de neg. gest.

e l.si quis intentione. de iud.

f c.cum tu.de testib.

g l.fi.C.de eodem.

h c.lib. vj. si ciuitas de sét. excom.

i l. diuus. de vsu.& habit.

k Bar.l.j. ad leg.Falc.

qui vulgari & ſimplici modo quicquid in buccam venit effutiunt[a]. Sic ſeruus, qui ſibi licere poſſidere ſtipulatus eſt, de ſimplici detentatione, non autem ciuili poſſeſſione intelligitur[b]. quod etiam ad teſtes productum eſt, qui de his teſtimonium perhibent, quę viderunt, nec poſſeſſionem, quatenus iuris eſt, diffinire ſciunt. Ex abſurdo
quoque vt euitetur impropria* ſignificatio, accipi poterit 8
quoniam regulariter traditur, ſemper ita legẽ interpretandam, vt abſurda non tolerentur[c]. Quapropter lex eum qui furti pactus ſit, ne damnaretur infamia notans, de pacto gratuito non intelligetur[d], id quippe inhumanum eſſet. Sic vbicunque verba legis ad abſurdum trahi poſſunt, partes iudicis erunt decreto rem tẽperare: quoniam tali caſu non videtur hæc fuiſſe legis mens[e]. Sed & in edicto prætoris, quo parentes ſine venia in ius vocari nequeunt, parentes nõ propriè tantùm vſque ad tritauũ, ſed omnes in infinitum accipiemus[f]: quoniam hoc
honeſtius eſſe lex ait. Et ex † his ſequitur, cùm lex dicit, 9
in ambigua voce legis, eam potiùs accipiendam ſignificationem, quæ vitio caret[g], cenſeri ambiguam vocem quæ propriè vnum, impropriè aliud ſignificat. Propter vitium enim ad proprietatem illam non attendemus, cùm & generaliter receptum ſit, nunquam legem ita interpretandam, vt iniuſtum aliquid aut rationi contrarium inducat[h]. Sepe, ait Iulianus, animaduerti hanc partem edicti habere nonnullas repræhenſiones[i]: decreto itaque iſta temperari debebunt. & quæ ſequuntur. Cæterùm illud generaliter fatendum eſt, ſemper fieri interpretationem verbis inpropriè acceptis, quoties de mente veriſi-
mili conſtat, † quæ ex conſuetudine patrisfam. vel loci, 10
in quo verſatur, poteſt depræhendi, itémque dignitate, charitate, neceſſitudine, ex his quæ præcedunt, vel deinde ſubſequuntur[k]. Idémq; quoties aliqua ratio hoc ſuadeat: nam ſicut verba generalia ex quamplurimis à me ſuperiori libro expoſitis cauſis reſtringuntur (quod citra abuſiuum intellectum fieri non poteſt) ita etiam impro-
priè accipiuntur. Sed † nunquis vt veriſimili menti obſe- 11
quamur, poterunt verba non ſolùm impropriè, ſed improprijſſimè quoque accipi? Et Aret[l]. Iaſónque[m] negant, maximè improprietatis rationẽ vllam eſſe: quapropter ſi teſta-

a glo. l. quoties. fam. erc.
b l. ſtip. iſta. §. hi qui. de verbo. oblig.
c l. nam ab ſurdum. de bon. lib.
d l. furti. §. pactus. de infa.
e l. ſcire. §. aliud. de excuſ tut.
f l. iiii. §. i. de in ius voc.
g l. in ambigua de legib. ff.
h l. fi. §. in cõputatione de iure deli. C.
i l. Salui*. de leg. præſt.
k l. ſi ſeruus pluriũ. §. fin. de leg. i. ff.
l Aret. l. à Titio. de ver. obliga.
m Iaſ. l. quoties. eo tit.

testator dixerit se filiis suis pupillis talẽ curatorẽ dare, non existimabitur datus tutor[a].nã & si quis fundũ leget cuius solus vsus fructus ad se pertinebat, eo mortuo nihil debebitur[b]. Sed tamen in contrariã sententiam frequentiùs itum est,ea in specie,quando pater filiæ relinquit pro sua falcidia: impropriissimè enim de legitima iure naturæ debita intelligitur[c]. Idem cùm quis dicit se legare monumentum,intelligitur ius mortuum in illud inferendi[d].Cùm pater se filiæ relinquere iure restitutionis dixit,de institutione intelligitur[e]: nam non omnes sciunt verbo instituẽdi vti, Vnde satis est, si id quoquomodo enuntient,quod æquè polleat. In instrumẽto mãdati dictum erat dominum constituere Titium asinum ad defendendum causam:respondit Hostiẽ.procuratorẽ rectè constitutũ videri.Quo argumẽto cùm executor in testamẽto adiectus esset his verbis. *Titium dilapidatorem bonorum meorum esse iubeo*[f],respondit Baldus sufficere:nã & testator,qui legatũ reliquerat,donec filius in tutelã*suam
12 peruenisset,non de decimoquarto anno,sed quinto & vigesimo etiã per summã improprietatẽ intellexisse creditur[g].Accedit his quòd etiam nutu legata vel fideicommissa relinqui possunt[h],quantò magis quomodocunque cõceptis verbis poterunt?Quo fit,vt qui sibiipsi legare se clientulũ dicat, absoluisse à clientulæ iure (vasalitium vocant)hominẽ cẽseatur[i]:& qui filium suũ viuũ & mortuum Sempronio legare se dicit, in vita tutorẽ Sempronium facere,post mortẽ illi substituere credatur[k]:Vir lo
13 cuples*qui paupertatem suam Titio relinquere professus sit,de vniuersis facultatibus intelligat[l]. Nec me mouent quæ in aduersam partem adducuntur.quoniã in eis coniectura voluntatis non suberat, vel error proferentis in aperto erat[m], vt meritò aliud constituendũ necessariò fuerit.Nam etsi verbis vtamur, quæ salua ratione Latini sermonis alium casum non cõprændunt, non est dubium eis standũ esse[n]:nec enim aliter quàm congruo sermone voluisse quenquam loqui creditur[o]si tamẽ alia mens appareat,ea præualere debet, præsertim cùm de rustici hominis,& bonarum artium imperiti, interpretanda voluntate agitur. Nam & sacerdos qui in sacri la uacri mysterio,*baptiζo te* dixerat,*in nomine patria,filia,spiri*

a l.tutores.§.i.de administra.tuto.
b l. quod in rerũ.§.i.de legat.i.
c d.l.i.ad leg. Falcid.
d l.monumẽta. C. de leg. e Bald.l.si.cũ ante.C.de do nat.antenup.
f Ias.d.l.in fulam. de præscript.verb.
g l. cum filio de leg.iii.
h l.nuptu.de lega.iii.
i l. cætera. §. qui ab hosti. de legat.i.
k Soc. l. qui. duos. de reb. dub.
l l. Lucius.§. heredum. ad Treb.
m l., iiii. de leg.i.
n l.Plautius. de auro & argent.
o l. fin. ad Treb.

ta sancta, Christianum rectè baptizasse existimatus est[a]: Quid, si sermone aliquo vsus quis proponatur, qui ex obsoleta tantùm antiquorũ obseruatione sustineri pro idoneo possit? Et eius rationẽ non haberi duobus exemplis patet. Alterũ est, cùm Iauolenus[b] veste, mũdo, ornamentísque muliebribus legatis, omnẽ vestẽ, & mundũ deberi respõdit: quia illa demõstratio muliebria, neq; vesti, neq; mũdo applicari salua ratione recti sermonis potest tamẽ ex Non. Marc. cõstat veteres mundũ etiam neutro genere dixisse. Lucilius: Legauit quidã vxori mundum omne. Alterum est, cùm filiis centum testator reliquisset, etiam de filiabus* actum Vlpia. scripsit[c]: quia filiorũ appellatione, etiam fœminæ cõtinentur: & tamẽ veteres datiuũ casum non filiabus, sed filiis dixerunt, quod exemplis Næuij, & Plauti Priscianus ostendit: vt appareat non ex eo quòd masculinũ concipiat fœmininũ, sed ex proprietate sermonis sententiam Vlpiani potuisse defendi, nisi ille obsoletam veterũ declinationẽ neglexisset: affectatus enim hic loquendi modus iurisconsultis nostris[d], sicut & ceteris prudentioribus, semper molestus fuit. Memoria teneo magni quendã nominis grammaticum, cuius etiam cõmentarij pleriq; extant, his verborũ fœtoribus penitus immersum. cùm Mediolano Bononiã esset iturus, equũ à veterinario certa in dies mercede cõduxisse, deinde remisso equo, per literas veterinariũ certiorẽ fecisse, vt in tale diuersoriũ iret, equũ suum acceptarus. Veterinarius non iuerat, quòd chirographũ non intellexisse assereret: integrámque lapsi temporis mercedem petebat. Eius epistolæ verba hæc erant: *Pegasus qui metollutũ s. accussit, apud campana pelius copam erit, inde petito, phoretiũmque ex eo tempore pracidito.* Quæsitum est: vter æquiorẽ causam haberet: & eorũ cõsensu, qui de re pecuaria ius dicebant, placuit literatorem cõdemnari, qui ignorabili huiusmodi sermone vti non debuit: cùm traditũ sit, qui ad aliquẽ scribit, tali idiomate vti eum oportere, quod intelligi ab eo, ad quẽ literæ dantur, possit[e], alioquin huiusmodi testationes damnum ei nullũ inferre. Quapropter Romanus homo, qui ad Græcũ scribat, nõ Latinè, sed Græcè conceptis verbis vti debet[f]. Sed an † quod de improprio sermone diximus, etiã in ficto obseruan

(margin, at "filiis centum testator reliquisset"/"appellatione": 14; at "Sed an † quod de improprio": 15)

a c. retulerunt. de consecr. distin. iiij.

b d. l. Plautius.

c l. si quis ita. de test. tut.

d l. ij. §. post. hos quoque. de orig. iur.

e §. alteratio nis. in auth. de non alie.

f l. i. de exc. tut.

seruandum erit? & si fictus casus non solùm ratione effe ctus, sed etiã nominis æquiparatus est, satis putauerim, quod de vero constitutum est, etiã in ficto obseruandũ. Vnde lex, quæ ingenuo priuilegium aliquod concedit, etiã in liberto obseruabitur, cui ius ingenuitatis per nataliũ restitutionem, seu anuli aurei, indultum à principe sit[a]. Et relictum Titio si legitimos filios ex se reliquerit ei præstabitur, qui naturalẽ reliquerit, beneficio principis natalibus restitutũ[b]. Sed & ciuibus à Republica concessum, eis quoq; dabitur, qui & priuilegio ciues sint, quantum sit tamẽ eorum respectu, quæ ab ipsa Republica proueniunt[c]. Sic si lex municipij ad duumviratum ne

16 minẽ admittat, nisi sit originarius, alienigena* quoque recipietur, qui ius ciuitatis hac forma impetrauit vt pro originario ciue habeat[d]. Sic lex, quæ in herede loquit, vt hereditatẽ adire cogi possit, & restituere, in bonorũ quoq; possessore locũ habet, qui & effectu & nomine ꝓ heredę habetur[e]. Sed si respectu nominis solũ sit ęquatio tũc aliud dicẽdũ est: vt in filiosa. quẽ lex dominũ interpretatur, etiã viuẽte patre, non intelligetur generali dominorũ appellatione de eo actũ[f]. Sed & si Censoria lege cau

17 tũ sit, ne vniones aut gẽmæ* in muliebri mũdo habeantur, de adulterinis & suppositiis nõ existimabitur vetitũ[g]. Theodosij tamẽ cõstitutio, quæ vellera sacro murice intīgi nõ ꝑmittit, etiã adulterino colore fucari prohibet[h]: sed id propter existimationẽ hominũ receptũ est, & ne facilè rebellib⁹ esset tyrannũ Imperatoriæ maiestatis pur pura aut vera, aut fucata amicire: ꝙ ex Ammiano Marcellino cõstat. qua ratione Andr. Siculus[i] cùm lege artificiũ caueretur, ne peregrinos pãnos pręterquã coccineos habere liceret, excusari eũ respõdit, qui fucato cocco intinctos habebat. Hinc est, quòd si alicui relictũ sit, cũ legitimę erit ętatis, ante xxv. annũ nihil debebitur, tametsi veniã ætatis impetrarit[k]: is enim licet in his, quę à principe proueniunt, omnino ꝓ maiore habeatur, quantũ tamẽ sit ex testatoris voluntate, aliud est, qui cõsilij maturitatẽ in eo spectauit quæ à natura, non à principe indulgetur. Potes (dicebat Phauorin⁹, ni fallor, Imperatori) hominib⁹ barbaris ciuitatẽ Romanã dare, vocabulis nominibúsve barbaris nõ potes, ꝙ ea à naturali ciuiũ vsu vim.

a l. cum exoratione. de excus. tut.

b Bar. l. si is qui pro emptor. ff. de vsu capionib.

c Bar. l. si maritus. ii. §. legis de adul. ff.

d Bar. d. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.

e l. i. §. bonorum. ad Trebel. in suis. de libe. & posth.

f Barto. l. sciẽdũ. qui satisda. cog.

g l. i. §. hoc. autẽ de fõte.

h l. ũi. C. de vest. olob. lib. xi.

i Barb. cõsil. xxix. ii.

k l. fi. C. de his qui ven.

atque proprietatem accipiant. Quid rursus, si non ratione nominis,sed solùm effectu æquatio fiat?Et hic tractatus ad interpretationem pertinet: & regula † est,quæ 18
de casu vero disposita sunt, ad fictum quoque extendi [a]: quoniam fictio veritatem imitatur, & æquè ac ipsa veritas pollet.Hinc est quod lex Aquilia,quæ datum hero, id est,domino damnum resarciri iubet,etiam quod hereditati iacenti illatum est,vlciscitur [b].Hinc edictũ prætoris condemnatos iudicio publico notans, in eis quoque qui fictè cõdemnati sunt, locum habet [c]:vt quia quis sit confessus,quem lex pro cõdemnato habet.S.C.Macedonianum * in Republica quoque obseruabitur,quæ fi- 19
liofam.mutuam pecuniam dederit [d],& tamen Respublica *fictam personam sustinet [e].Sic leges pleræque pœna- 20
les,quæ ferientem gladio insequuntur * etiam de eo in- 21
telliguntur qui per alium facit [f].Qui pecuniã à reo petere arbitri sentẽtia sub pœna vetitus est,nec à fideiussore quidem eius petet [g].Non tamen regula†huiusmodi per- 22
petua est,sed plerasque habet exceptiones,vt cum diuersa ratio aliud in casu vero, aliud in ficto suadet [h]. Quapropter procurator ad exigendum accepto ferre non poterit, tametsi acceptilatio ficta sit solutio [i]: id enim donationem contineret, de qua huiusmodi mandato non censetur actum.Sic S.C.Trebel.de herede verba faciens, in fideicommissario locũ non habet: [k] nec enim per fideicommissarium tabulæ testamenti, sicut per aditionem heredis,sustinentur:nec tamen negari potest, quin fideicommissarius effectu censeatur heres [l]. Eadem ratione edictum prætoris,ei qui negotia alterius gesserit, actionem eo nomine promittens, locum non habuisset in eo,qui hereditaria negotia gessisset, nisi & id prætor expressim cauisset: [m] qui enim viuentis negotium curat, affectione quadam motus videtur,quæ ei obesse non debet.At qui hereditatem vacantem extricare nititur,non videtur tam ex obsequio laude dignus,quàm ex curiositate quadã nimia repræhendendus [n]. Non procedit † præ- 23
dicta regula etiam,quando verisimile est id actum, vt in casu vero tantum dispositio perficeretur :veluti cùm qui iurat se soluturum,non poterit id compensare, quod eo tẽpore sibi debebatur [o]:ꝙ si ex noua causa incipiat deberi,

a l.si.demag. conuen.
b l.liber.i.§. si seruus.ad l.Aquil.
c Bar.l.ictus. de infam.
d l.Nihil.ad Maced.
e l. mortuo. defideius.
f l.diuus. de fal.
g l.aduersus. de arbitr.
h l.illud de petit.hered.
i l. non abstulit. C. de nouat.
k l.i.§.deniq;. ad Treb.
l l.postulante.ad Treb.
m l. iii. §. hæc verba. de negotiis gest.
n gl.c.culpa. 1.tit.1.
o c. ad nostram. i. de iureiu.

ri,aliud fortè esset,quod Bart.sensit[a].Sic cùm verba personæ inhærentem qualitatem respiciūt, apparet id actū, ne per alium fiat[b]: vnde & initiatus,qui publicè macellum,vel tabernam exercere prohibetur, pœnis legis nō coercebitur, si per alium exerceat[c]. Sic & lex collegij eum,qui exercuerit artem vilem,ab honore excludens, non intelligetur illi notā inferre,qui ipse mercimoniis non præfuit[d], quanuis seruorum , institorúmque opera ea in re vsus proponatur; nam & M. Crassus, hauddubiè Romanorum nobilissimus, huiusmodi artificum seruorum opera diues factus est,vt Plutarchus tradit.Cēsetur autem personæ qualitatem respexisse, cùm natura rei hoc suadet[e],vel cùm verba hoc exprimunt, vt si dicatur *Personaliter,per se,propriis manibus,ipsemet*,& si qua similia[f]: quāuis huiusmodi verba nō adeò efficacia sint,vt tamen rei natura , ratióque legis non præualeat[g]. Sic & testator apposita conditione , si heres sine filiis legitimis, & ex legitimo matrimonio conceptis decesserit , non intelligitur de his sensisse, qui per subsequens matrimonium,vel per rescriptum principis,iusti filij effecti sunt, quia illa verba naturam respiciunt, non legis fictionē[h].
24 In materia quoque stricta † & quæ ad literam debeat intelligi , non fiet huiusmodi interpretatio. Quapropter Rom. Pont. si beneficium, quod morte vacauerit , conferri tibi mandauit, ísque sacerdos non mortuus sit,sed aliàs priuatus exauctoratúsve, mandatum extinguitur, in quo de morte naturali actum, non de ciuili præsumitur[i]: huiusmodi enim gratiæ ad beneficia angustè accipiuntur , nec in eis licita est extensio. Sic Iustiniani constitutionem[k],aduersus eos latam,qui rei alienæ vacuam possessionem occupant, receptius est in eo non obseruari,qui rem hereditariam occupauerit: hereditas enim impropriè vice personæ fungitur.Quapropter cùm lex municipalis rem venditam iuberet publico præconio præscriptionéque certis locis diuulgari,& nisi intra sex menses contradictum fuisset, quamlibet personam, etiam si vniuersitas esset. excludi: Respondit Raph. & Ias.[l] hereditatis iacentis illabefacta esse iura : quod & mihi placet,tum propter decreti duritiem,quo sex mensium præscriptio aduersus iuris communis regulas in-

a Bart.l.am plius. rem ratam hab.
b l. iii.§. si procurator quod quisq; iur.
c Cle. j. de vita & ho. cler.
d l.humilē. C.de incest. nup.
e d.l.iii.
f l.iubemus. C. de eroga. mil.anno.
g l.diuus.de fal.
h Alex. consi.v.in vii. c. innotuit. de elect.
i c.susceptū. de ref.in vj.
k l.fin. C.vn de vi.
l Ias.d.l. si is qui.procing. vii.not.

ducitur, tum quòd hereditati ipsi negligentiam imputare non possumus. quòd si eo casu lex iuberet, vt quicũque in re, vel ad rem ius haberet, illud ostenderet, putarem excludi haredẽ: is enim ius ad rem habebat, nempe ius adeundi, quo rem cõsequi potuisset[a]. Et ex his cõsequens est, vt leges municipales, si correctoriæ sint, vel limitatoriæ, ad casum fictum non trahuntur, ídque vulgò receptum est: cùm enim hæc interpretatio ex extensione fiat, in his nullum esse extensioni locum constat[b], nisi in casibus, quos infrà loco suo attingemus. Qua † ratione nec in pœnalibus, odiosisve, casus fictus compræn- 25
detur[c]. Idem si dispositio taxatiuè concepta proponatur, vt cũ quis se pro facto suo tantùm obligauit[d]. Idem in dispositionè hominis dicendum, cum casus fictus sub verbis compræendi non potest[e]: qua de re diffusius sequēti libro tractabitur. Et ex his quoque ardua illa quæstio finiti potest, an appellatione mortis, de morte quoque ciuili accipiamus: in quo regula est, nõ accipi[f], quia vis verborũ talem sensum non patitur. Si tamen mors † 26
ciuilis omnino eiusdem effectus, quo ad id, de quo agitur, sit, tunc ex interpretatione de ea quoque actum censebitur. Vnde si sit dictum, societatem morte finiri, etiã publicatione finietur[g]: & sicut mortuus nõ impedit, quo minus sequens agnatus proximus sit, ita & deportatus[h]. Et pactũ de dote in casum vxoriæ mortis lucrifacienda, etiã in eum casum intelligetur, cùm in religiosum monasterium secessit[i]: nec enim verisimile est, voluisse maritum hoc casu expectare, exigendæque dotis morã pati, donec naturaliter vxor fato fungeretur, quæ indiuiduam vitæ consuetudinem contempsit: sicut nec tunc di lationis ratio habetur, cùm quis in eorum religiosorum albo se professus est, qui omnino ex instituto suo sint incapaces[k]. Idem in his, qui in metallum damnati sunt, & serui pœnæ fiũt[l]: nec enim speratur fore, vt hi vnquam liberẽtur, vt meritò eorũ intersit mortẽ expectare: vnde seruitutẽ illam morti cõparamus[m]: & si fortè accidat, vt indulgentia principis restituantur, iam non illi, sed alij nouíque homines existimãtur[n]. In deportatis verò spes hæc restitutionis nõ omnino extinguitur, eorúmque interesse existimatur, vt mors vera expectetur: quod in eo respon-

a l. inde. §. idem Iul. ad l. Aquil. ff.

b Imol. l. ii. Gallus. §. & quid sit tantum. de lib. & posth.

c Rom. consi. ccccxxxvi.

d Barto. l. si sic. de verb. oblig.

e l. si cũ dotẽ. solu. mat.

f l. ex ea. §. insulam. de ver. oblig.

g l. actione. §. publicatione. pro socio.

c l. j. in fi. de contra tab.

i l. deo nobis. C. de epi. & cler.

lz Bar. l. cũ pater. §. heredit. de leg. ii.

l l. intercidit. in fin. de cõdi. & dem.

m l. ex facto. §. si quis rogatus. ii. ad Trebel.

n l. i. §. filius. ad Tertul.

responsum est, qui post mortẽ grauatus erat fideicõmissum restituere [a]: possidebit enim post publicationem fiscus donec morte extincto reo, dies fideicõmissi venerit. Cæterùm in casibus quoque, quibus permissa non est extensio, sed verbis statur, nũquam appellatione mortis de ciuili intelligimus, vt in Põtificis Romani gratia, qua in casum mortis mãdatur alicui prouideri, sacerdotiũq; conferri [b]: in his enim, præterquam si motu proprio indultæ sint [c], fit stricta interpretatiõ. Et hæc, quod ad improprietatem, fictionémque pertinet, hactenus.

27 Ex vsv accipiuntur † verba generaliter in quacunque materia, etiam pœnali: quoniam is communis loquendi vsus proprietati quoque verbõrum præualet: dũ tamẽ ex auctoritate prudentium originem traxerit: nec enim dubium est, ex auctoritate doctorum, propriã quoque significationem duci [d] quantáque eius vis sit, ostẽdit Cicero, qui quandoque vsum optimum magistrum appellat, quandoque omnium magistrorum præcepta superare asserit. Horatius [e] quoque,

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadéntque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
*Quem penes arbitrium est ius, * & norma loquendi.*

Quintilianus lib. j. cap. v. Auctoritatem, inquit, sermonis consuetudo superat. eodem lib. cap. 6. in fine. Et inferius: Consuetudinem sermonis, vocabo consensum eruditorũ. Sulpitius Apollinaris apud Aulum Gelliũ: Nõ solùm verborum cõmunium veræ & propriæ significationes vsu mutãtur, sed legum quoque ipsarum iussa tacito consensu oblitérantur. Bartolus [f] tamen, quod ex communi vsu dicitur, non esse ex propria significatione asserit, sed potius ἐχηματισμένον, seu ex figurato sermone dici: quoniam naturalis rei significatio, auctoritate Senatus, aut populi immutari nequit [g]. Et ideo existimauit Salicet. cùm lege municipali caueretur, verba ex propria significatione accipi debere, in ea intestatum non censeri pupillum, qui etiam si voluisset testamẽtum facere, iure prohibetur: quoniam id ex communi loquendi vsu, non ex propria significatione est [h]. Addũt alij, idem esse si lex mãdet verba nullo extrinsecus addito intelligi [i]. Sed in hãc ego sententiam minimè iuerim, qui supra ex

a l. Statius. §. fin. de iur. fisc.

b d. c. suscepti de rescr.

c Cle. ne Romani. §. sané. versi. moriẽte. de elect.

d Bart. d. l. omnes pop. iu. q. ff. de iust. & iur.

e in arte poet.

* aliàs vis,

f in. l. Labeo vers. dicitur. hic de supel. leg.

g l. ii. de vsu. fru. ea. re.

h l. j. de suis & legit.

i Fel. in proœmi. Decre.

opinatissimis scriptoribus ostenderim, proprietatis verborum vim, & ius penes vsum esse: vnde enim vocabula inuenta, nisi ex hominum vsu? Siquidem vetustissimam linguam Chaldæorum, seu Hebræorum fuisse cõstat, quod & veteres sensisse verisimile est, cùm apud Assyrios inuentas literas, & in AEgyptum per Mercurium, in Græciam per Cadmum Phœnicem, in Italiam per Pelasgos adlatas, auctorum consensu traditum sit. Id & eo argumento Eusebius Cæsariensis confirmat, quòd literarum nomina apud Hebræos suam significationem habeant, vt Aleph, doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Daleth, tabularum, &c. cùm apud alias gentes nihil significent, solúmque quædam in his peregrinæ linguæ imitatio appareat: ab eo sermone alij orti, ex vsu & consuetudine vim, argumentum, naturam suam acceperunt: Quapropter nequaquam credendum est naturalem rei significationẽ nõ posse populi auctoritate imminui. Nec verum est figuratũ huiusmodi sermonẽ dici, cùm contrà potius is figuratus * sit, qui præter vsum accipitur: vnde 28
& κατάχρησις, figura, quam abusum Latinè dicimus: arbitror igitur etiã † in statutis municipalibus, & quacunque 29
alia materia cõmunem hunc vsum obseruari debere: ex quo cõsequens est, vt licet appellatione bestiarũ solummodo feræ contineantur [a], vt leones, vrsi, pantheræ, tamen propter communem vsum omnia etiam domestica comprændũtur [b]. Sic in testimonio, quod quis possederit, intelligitur, id est, detinuerit. Sic in statuto Titiũ & omnes de eius domo eiiciente, etiam naturales filij eiicientur. Sic arma ex communi vsu hodie dicimus etiã Iurisconsulti diffinitione explosa [c]. Sic testator vxorem suam vsufructuariam, dominam, moderatricem relinquẽs, de solis alimẽtis, & solita prærogatiua intellexisse censebitur: Sic licet maledicere & blasphemare idem significent, tamẽ ex vsu alia fit interpretatio. Sic conductor pactus ne ad pensionem nisi quatenus gaudere potuerit, teneatur, ablatis præter eius aliquam culpam ab exercitu fructibus, non tenebitur: quia vulgò non dicimur gauisi, nisi ea re, quæ in nostram vtilitatem peruenerit. sic lex pœnã constituens ei, qui rem alterius acceperit, nõ solùm de re aliena iure dominii, sed etiam propter

a l.i. §. bestia. de postul.
b Felinus in d. procem.
c l. armorũ. infra eo.

pter ſimplicem poſſeſſionē intelligetur[a]:ídque propter communem vſum.Declaranda tamen hæc eſt concluſiõ quibuſdam modis. Et in primis viderentur ſuptadicta in cõmuni vſu procedere,quem periti introduxiſſent:ídque Fab.Quintiliani ſententia aliqui affirmant,alioquin imperitæ multitudinis vſus nequaquam in animaduerſione eſſe deberet:nam & vulgi opinionē Iuriſconſultus reprobat,eum,qui promittere obligatus ſit,ſatiſdare debere exiſtimãtis[b]:& Bald.plerunque ſcripſit, idiotarum vſum pro abuſu eſſe.Felinus nec excellētiſſimos,nec itē imperitiſſimos obſeruari iubet,ſed mediocres,& ex eo-
30 rum ſentētia vſum cõmunem conſtituendū.Sed cùm†ex mente proferētis verba accipiēda ſint,ego aliter finiendum cēſeo,vt ſicut in teſtamentis patrisfamilias cõſuetudo ſpectatur,in cõtractibus ipſorū contrahentiū:ita & in ſtatutis eam ſententiā ſequamur,de qua veriſimile eſt ipſos legũlatores intellexiſſe.Si igitur ab excellētiſſimis facta ſint, eo modo locutos illos veriſimile credemus, quo peritiſſimi ſolent. Si ab imperitis, craſſa minerua verba accipientur:nam & Celſus peculium pro repoſititia pecunia interpretatur,ex ruſticorum ſenum auctoritate,qui pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculiúmque,quod præſidij cauſa ſeponatur,ſolent dicere[c].Sed & quoties aliqua dictio ex communi vſu latius accipitur, quàm ex proprietate ſoleret,in dubio ex proprietate accipiēda eſt,ſi ratio legis nõ æquè ex cõmuni vſu militet. exēpli cauſa: Nepotes auo propriè dicũtur, qui eo viuēte cõcepti ſunt:ex vſu tamen etiā qui poſt eius mortem cõcepti ſunt, eo nomine dici poſſunt: nũquid igitur edictum prætoris nepotibus bonorū poſſeſſionem aui decernēs,etiam in his ſibi locum vendicabit qui concepti non fuerant?& cùm qui conceptus non eſt, non poſſit fingi natus, ſequitur,inter eos nullam fuiſſe proximitatem:& ideo huiuſmodi nepos reiicietur[d]. Quapropter in prædicta municipali lege, qui rem alterius acceperit puniente,ſi apparet legē in fauorem eius latā,qui rei dominiū haberet,nõ cõpræhenderetur poſſeſſor,tametſi probaretur ex cõmuni vſu rem alterius dici, etiā cuius ſola poſſeſſio ad aliū pertineret:tū enim verbi proprietas potius,quàm vſus communis ſpectaretur.Si verò par ratio

a Bar.in rub. de oper.no. nunt. verſ. ſed circa viuum.

b l.ſi dictū, in princip. de euict.

c l.ſi chorus. §.i.de leg. iii.

d l.itē Præt. de ſuis & legit.

ſecundum vtranque ſignificationem ſit, tunc etiam communis attenditur: Vnde lex Iulia de adulteriis, non ſolùm in iuſta vxore, & quæ in manũ viri conuenerit, locum habet, ſed etiam in iniuſta [a]. id eſt cum qua matrimonium eſt, licet non ſolenniter celebratum, ídque propter cõmunẽ vſum ex Homeri carmine libr. ix. Iliados,

a l. ſi vxor. de adult. ff.

* In Pand. Flo. 8.

Ἦ* μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων, Ἀτρεῖδαι.

* lib. 2. Prætermiſ.

Quod alibi expoſuimus. * Cæterum & illud ſciendum, ex communi peritorum in Latino ſermone vſu, nihil ad vernaculũ idioma inferri. quapropter ſi Latinè teſtator liberis ſuis tutores dederit, etiam nepotibus dediſſe intelligetur: ſi verò filiis dixerit, aliud eſt [b], licet hæc differentia in vulgari ſermone conſtitui nequeat. Quapropter eum ex communi conſuetudine in lingua vulgari probatum eſſet, aliter filios legitimos, aliter legitimatos appellari, reſpondit Alexander [c]. nõ idcirco ad ſermonem Latinum quicquam inferri, cum Latinè etiam legitimus propriè dicatur, quem princeps natalibus reſtituit: quod frequenter in facto diſputatum vidi, in his quæ pro teſtimonio vulgari lingua dicta erant, vt à communi Latinè loquentium vſu interpretationem non acciperent. Qua tamen in re ego ſubſiſto, cùm videam & in hoc tractatu, & aliis in locis, à Græcæ linguæ ſignificatione ad Latinam argumentari Iuriſconſultùm, vt in glande, & veneno: & longè maior ſit vulgaris noſtræ locutionis cum Latina, quàm illi cum Græco ſermone affinitas. Nec illud omittendum, communem loquendi vſum attendi qui eo tempore fuerit, quo lex ipſa municipalis lata eſt, non qui poſtea inoleuerit [d]: ſicut & in teſtamentis, cùm de interpretanda defuncti voluntate agitur, is vſus probandus eſt, qui tum erat, cùm ille teſtaretur, non qui deinde admitti cœpit, quẽ forte teſtator ignorauit: tametſi enim lex ſemper loqui fingatur, id vtiq; verum eſt, vt id tamẽ loqui exiſtimetur, quod à principio legũ latores ipſi cenſuerunt. Quapropter qui hodie eſt cõmunis vſus, olim fuiſſe nõ præſumitur [e]: niſi adeo antiquitus receptus probaretur, aut ante hominum memoriam inoleuiſſet. Damnat Trãquillus Claudiũ Imperatorẽ, qui filios libertorũ in Senatũ allegerat, ídque exẽplo Appij Claudij facere

b l. quid ſi nepotes. de teſt. tut.

c Alex. conſil. ij.

d Soci. l. Gallus. §. ſi eius. in fi. ff. de lib. & poſtu.

e Bart. d. l. Labeo.

facere dixerat,qui & ipse censor libertinorum filios curia nõ summouerat:ignarus,vt ille inquit,tẽporib9 Appij & deinceps aliquãdiu,libertinos dictos nõ ipsos qui manumitterẽtur,sed ingenuos ex his procreatos.Putauerim tamẽ, si qua lex eo sensu,quẽ à principio habuerit, iniqua esset,posse ex præsenti vsu declarari,vt iniquitas illa emendetur:cuius rei exẽplũ in Valentiniani & Valentis Imperatorũ cõstitutione habemus [a], qui monachos oẽs ab eremis extrahi,& ad ciuitatũ munera subeũda cõpelli iussit: quod edictum adeò execrabile, & ab omnibus auctoribus damnatum, in corpore tamen iuris adhuc legitur, quoniam alio sensu accipi potest, nimirum vt hi soli plectantur,qui monazonio non obChristi cultum, sed ad euitanda munera congregati proponuntur:atque hoc modo interpretatione prudentium legislatoris impietas coufringitur. Efficax autem communis hic erit vsus,si per longum tempus eualuerit,puta decennio: nec enim verisimile est,posse citius ciuitatẽ in alicuius verbi nouanda consuetudine consentire. Probandum igitur erit,quod ad huiusmodi tempus attinet,itẽmq; quod ad personas, quæ res ab arbitrio iudicis plurimam vim trahit:vt si de eo agatur,quod verisimiliter sæpissimè,& à quàm plurimis fieri vel dici soleat, idipsum necessariò probandum sit:si verò de eo agatur, quod rarius contingere solet, sufficiet,si non à plurimis, sed ab his dictum constet,qui de ea re verba fecerunt,quamuis pauci fuisse proponantur: atque ita Bartolus sensit [b]. Nobis & illud placet, si ex Iurisconsultorum libris de huiusmodi vsu appareat, aliam probationem non requiri: vt in dictione intestatus,quæ nõ nisi ex cõmuni vsu pupillos,& impuberes continet [c]:cũ enim tales quoq; pro intestatis lex accipiat, etiã citra aliam probationẽ in quacunque lege municipali de his actũ arbitrabimur:quod in his dictionibus quoque producendum est, quæ ex vsu cõtrariam antiquæ significationem acceperunt, vt tyrannus: olim enim boni principes sic nominabãtur,quo sensu & Homerus,& Vergilius vsi sunt:vt religiosus,& deuotus,quę olim in malã partem,hodie in bonã ex vsu accipiuntur.

31 EX INTERPRETATIONE † sensus legis accipitur,cùm vis verborũ id non significat,sed extẽsio in-

a l. quidam. C. de decur. lib.x.

b d.l. Labeo.

c d.l.j.in pri. D.de suis & legit.

ducit.de ſimilib⁹enim ad ſimilia,ei qui iuriſdictioni pręeſt,procedere fas eſt[a],atque ita ius dicere.Similis † autẽ 32 ille caſus exiſtimatur[b],qui eadẽ vel maiore ratiõe nititur quíque eiuſdem effectus eſt:tametſi verbis diſſimilis:ſatíſque eſt ſi ſimilitudo ſit eius reſpectu,de quo agitur,licet in cæteris differat[c].In fauorabilibus quoque pro ſimili habetur,etiam quod non æquè tanta ratione fulcitur[d].Igitur de ſimilibus ad ſimilia regulariter in lege fit extenſio(nam quod ad diſpoſitiones hominum attinet, in ſequentem librum reſeruaui) præterquam tribus caſibus. Primus, † cùm legis correctio induceretur : qua- 33 propter ſolet dici,in correctoriis non permitti extenſionem.Secundus caſus, cùm lex pœnalis eſt. Tertius, cùm lex limitatoria ſeu(vt noſtrates doctores dicunt) exorbitans eſt,vtraque voce non ſatis proba, niſi quòd à veterùm ſermone limitatorium minus degenerat:eſt enim limitare, intra limites ſuos reſtringere: vnde limitati agri.Plinio lib.xvij.Frontino, Aggeno Vrbico, Boethio, & iuriſconſultis:nam & Cicero ad Appiũ Pulchrũ:De tua prolixa,inquit,beneficiáque natura limitabit aliquid poſterior annus:Meritò & nos limitantia appellabimus ea, quę à regulis iuris cõmunibus recedunt,generalitatíque legis derogant.De ſingulis igitur quibuſque videndum. In primo † caſu communiter ea ſententia approbatur, vt 34 in correctoriis licita non ſit extenſio : quod enim mutatum non reperitur,cur interim firmum eſſe non debet[e]? In vniuerſum enim ſolet dici,legum correctionem ſemper euitandam[f],quod ſi leges inuicem repugnare videntur,debent diſtinctionum fœdere* conciliari:nec cenſebitur abſurda ſubauditio, vt huiuſmodi diſſidiis obuiam eatur:nã abſque tali interpretatione ne myſtica quidẽ Euãgelia cõſiſterẽt:nec quiſquã tã cautè vel promiſcuo domeſticóque ſermone vti poſſet, qui nõ in alicuius repugnãtiæ notã incideret: non enim protinus vociferãdum ſi quicquã contrarium videatur:cũ iudicij examine adhito facilè ſit ambigua diſſolui,aduerſa ſeparari, varia diſcerni,obſcura dilucidari[g].Hinc eſt,quòd ne legum correctio * inducatur, argumentum à contrario ſenſu tan- 35 quam ex ſubaudito intellectu non accipitur, & clauſula generalis tunc ad omnia præcedentia aduerſus natu-

ram

a l.non poſſunt.de legi.
b l.non ſolũ. §. qui primi
c c.non poteſt.in ſi. de præbẽ.in vj.
d c.fin.de ſimo.
e l.præcipimus.in ſi.C. de app.
f §.fi.in aut. de admin.
* §.quibus C. de no.C.fac.
g l.apud.C. de furt.

ram suam non refertur[a].Hinc est quòd in correctoriis,si adsit eadem ratio, non tamen eadem inducitur iuris dispositio:quod in dispensationib quoq; procedit:nõ enim aliud est dispẽsatio: quàm iuris cõmunis quedãm fauorẽ particularẽ relaxatio, seu correctio,quæ & priuilegium dici potest:In his igitur extensio,etiam si eadem vel maior ratio adsit,locum non habet[b]:sunt enim dispensationes odiosæ,& annexam mandati Pontificij formam habent [c],à qua recedi non potest, meritò præfactè nimis,

36 & ad literam tantùm accipiuntur.Restringitur † prædicta regula quãdo ratio in lege expressa est:tunc enim ex ea fit extensio[d]:quoniam omnis casus in ea compræhensus censetur:cùm ratio legis sit lex generaliter quicquid sub ea continetur decîdens:& ita aliquibus videtur,quædam in sui sententiam adducentibus, quæ nõ in correctoriis, sed in limitatoriis locum habent.Mihi haud sanè verisimilis,nec ex veterum mente [e] videtur hæc sentẽtia:cùm enim in lege idẽ sit,siue ratio exprimatur,siue vnica tantùm adduci queat [f], consequens esset,vt regula nũquam procederet, nisi vbi lex ex plurimis rationibus saucita esset,qui casus rarissimus est,imò exceptio inepta etiam esset:cùm tunc non quia tractaretur de correctione,pręcisa esset extensio,sed quia aliqua ex illis rationibus cessaret.Nam & ex eo confutatur hęc opinio,quod receptissimi iuris est,quoties eadẽ ratio id suadet,in correctoriis fieri extẽsionem de stricta vocabuli significatione ad latam [g],quam significationem quid opus esset respici, si etiam circa vocis generalitatem fieret extensio?cùm vnica in ratione frequẽtissimum sit omnem legis cardinem versari.Sensere hoc iuris Pontificij interpretes,dum constitutionem eã quę quencunque religiosum in præsulem alterius religionis eligi prohibet, quoniam correctoria erat, non extendi tradiderunt,quò minus in collegam eligi possit [h]:tametsi eadẽ esset ratio, nempe ne disparis conditionis homines socientur.Sensit & Bartolus: dum legem municipalem,qua stantibus filiis masculis,fœminę excludũtur,nõ extẽdi ex ratione agnationis cõseruãdæ tradidit [i]:quæ sola probabiliter adduci poterat.Illud nõ diffiteor,si ex rationis in lege noua expressione appareret cõtrariã legis veteris rationẽ generaliter correctã [k],

a glo. c.cum singula. ver. prioratibus. de Præbend. in vj.

b c.fi. de pones stu. præla.

c c.cui de nõ. de præb. in vj.

d Iaso. auth. quas actiones C. de sac.san. eccl.

e Imol. l.si verò.§. de viro sol mã. Gemin c.j. de tẽp.ord.in vi.

f gl l quamcuis C.de fidei com.

g gl.in.§.hæc omnia. in aut. vt hi qui oblig. verb. ad curationẽ.

h gl.ele.j.de elect.ver.prælatum.

i Bar.l. liberorum. cod. k l.maximũ. C.de lib.præ.

tunc extensionem permitti debere. Quapropter cum ex lectione statutorum cōstaret, masculos fœminis vbique præferri, & sic iuris communis rationem neglectam, respondi prædictam Bartoli sententiam non procedere, & ideo si lex noua fœminis* patruum præfert, etiam patrui 37
filios esse præferendos [a]. Nam & Iustiniani lex [b] vxori inopi in bonis mariti quartam deferens, si tres sint filij vel pauciores, extenditur etiam, si nemo filiorum adsit, tametsi plures extent ascendentes: apparet enim propter vxoris inopiã generaliter legis veteris rationẽ corrigi, liberos vel ascendentes præferentis: imò tali casu, cum ratio legis veteris per nouam corrigitur, etiam plerisque reclamãtibus [c], putauerim nō solũ in correctoriis, sed etiam pœnalibus simul extensionẽ permittendã [d]. Restringitur rursus † prædicta regula in his quæ relatione quadã cōiunguntur. nã altero correcto alterũ quoq; corrigi censendũ erit [e]. Quapropter lex noua legẽ Iuliã Viscelliam de vxore loquẽtem corrigens, etiam in marito correxisse existimabitur. Qua ratione & lex in actore corrigens, de reo quoque egisse creditur [f]: sic pœna imposita vendẽti, intelligetur & emptorẽ distringere [g]. Quod tamẽ declarãdũ est, si eadem ratio subsit, alioquin aliud obseruabitur [h]. Ecce, lex prohibet marito, ne vxori vltra quartam bonorum legare possit, non censebitur vice versa prohibuisse, quin quantumcumque velit, marito vxor relinquat: videtur enim virorum meliorẽ conditionem solùm fecisse, & id cauisse, ne mulieribus blanditiis seducti, malè heredibus suis consulerent: quod Socinus rectè respondit [i]. Eadem ratione crebriùs traditum est, si lex sororem à fratris hereditate excludat, non censeri ex aduerso fratrem prohibitum, quo minus ipse sororis hereditatem adipiscatur: quamuis enim ius succedendi reciprocũ esse debeat, tamẽ verisimilius est, voluisse legislatorem masculis tantùm consulere [k]. Sic & quũ lex iuberet, quæcũq; per fratres cohabitantes acquirerentur, esse cōmunia responsum est. æs alienum per alterũ conflatum, alteri damno non fore, ne in potestate fratris sit alium ad inopiam redigere: videmus enim plerunq; permitti, vt per aliũ melior cōditio nostra effici possit, deterior nō possit [l]. Quod in correlatiuis (vt vocãt) dictũ est, in 38

a Socin. consil. xxx. in j.
b auth. præterea. C. vnde vir, & vxor.
c gl. Clem. ii. de ætat. & qualit.
d Abb. in c. fin. de rescript.
e l. fi. de ind. vidui. tol.
f gl. l. per interuallum. de iud. ff.
g l. fi. de accept. ff.
h c. fi. de ver. signif.
i Consi. lxxv. in iii.
k Doct. l. lege xij. C. de legi. here.
l l. iij. C. de pact.

in his quoque procedit, quæ ex lege veteri regulariter inuicem æquiparantur[a].Quapropter lex nouã inducens vt quarta, quæ ex lege falcidia detrahitur, quo minus detrahatur, prohiberi per testatorẽ possit, in ea quoque extendetur, quam ex senatusconsulto Trebelliano heredes retinere possunt[b]: quod tamẽ intelligendum, cùm eadẽ in æquiparatis subest ratio, alioquin ex nuda principis voluntate absque alia ratione quicquam indulgentis contra regulas iuris concessa, nec ad æquiparata quidem protrahẽtur: quod ea in cõstitutione apparet, quæ correcta antiquiore lege, centũ annorum præscriptionem ad quadraginta redigit, cùm in ecclesia loquatur,
39 ad Rempublicam non producitur[c]. Rursus † hoc intelligendum, vt fiat extensio, quatenus correctũ fuerit, in eo in quo æquiparatio est facta tantùm. Vnde quamuis rei vendicatio, & actio publiciana iisdem passibus ambulẽt, lex tamen noua in rei vendicatione bonam fidem auctoris requirens, alioquin vsucapionem non admittens, ad publiciana experientem non protrahetur: non enim quo ad hoc æquiparantur[d]. Huius autem extensionis, quæ in æquiparatis fit, ratio ea est, quòd propter paritatem casibus illis à lege attributã, nõ nos eam correctionẽ, sed lex ipsa videtur augere, sicut in extensione, quam vulgo passiuam vocant, traditum quoque est. Cuius rei exemplum, cùm lex minorem vigintiquinque annis testari prohibet, nõ poterit nec codicillos quidem facere: quoniam generaliter lege antiqua traditum est, qui testari nequeat, nec codicillis quicquam relinquere[e]. Ad
40 hæc pertinent † etiam, quæ de accessoriis dicuntur: ferè enim receptum est, legem correctoriã ad accessoria quoque trahi, idq; dispensationis exẽplo, quo traditur, eum qui iure dispẽsationis sacerdotia duo obtinet, vtroq; in loco, cũ per collegas quicquã tractatur, aduocandũ[f]. id enim cõsequens est cõcessi sacerdotij, ꝙ pluribus aliis speciebus declari posset[g]. Idẽ in his dicendũ, quæ sequioris cuiusdã naturæ sunt, & alterius instar reguntur[h], vt in legitima, quæ ex intestatorũ successione formã accipit: nã ea successione cõmutata, & ipsã quoq; cõmutari dicim⁹[i]. Sic lege Iulia Papia correcta, quæ matrimoniũ Senatoris cum liberto prohibebat, illud quoq; correctum cẽsetur,

a gl.l. si quis seruo.in ver. corrup.C.de fur.
b Bar.l.Marcellus.ad Tr.
c auth.quæ actiones. C. de sac. sanc. eccl.
d Bar.l.eum qui. §. prætor. de publica.ff.
e Bar.l.ij.de leg.j.
f gl.c. quia in tantũ. de p̄æb.
g Ias.l.fi. de constit.
h gl.c.nõ debet. de consang.
i auth. præterea.C.vnde vir.

quod ad hoc exemplum traditum erat,nec Senatoris filiam liberto nubere posse : cùm enim ex vna radice vitium nascatur,cõsequens est, vt vna lege tolli sufficiat[a].
Idem cùm extensio †ex vi eius regulæ fit,Cui licet plus, 42
& id quod minus est : hoc enim argumenti genus etiam in lege correctoria non reiicitur[b]. Et ideo si ex statuto exules,& profugi possint impunè occîdi, vtique & vulnerari poterunt. Cùm filius,qui patriam prodidit,occîdi ceu hostis publicus possit,videtur & exheredari. Aduertendum enim est, quoniam si argumentum inducitur in eadem specie, cùm minus in maiori contineatur, non videtur id tam per extensionem fieri, quàm ex vi verborum descendere.Si verò in diuersa specie inducatur,non videtur in correctoriis id permittendum.Quapropter qui occidere potest,stuprare non poterit,neque exulis vxorẽ alio dedecore afficere:quod vtique crebrio
re calculo approbatum est[e]. Sanè in† correctoriis quo- 42
que fit extensio cùm ad antiquum ius redigimur[d].Sed dubitatur,de quo iure antiquo intelligendum sit. Ecce, lex municipalis agnatos præfert his,quæ è latere materno coniuncti proponuntur[e]. Filius sororis gradu proximus hereditatem petebat, quoniam ex lege Iustiniani.[f] agnationis iura ei tributa sunt, hánceque interpretationem, vt ipse comprænderetur,sumendam asserebat: quia hoc modo ad ius antiquum, nimirum xij. Tabul.
reducebamur: nam † & videbimus in legitimationibus 43
fieri extensionem[g]: quia tametsi dispensationes sint, tamen primæuum naturę ius respiciunt.Diuersum videbatur: statutum enim illud ideo restringitur, quia iuri communi contrarium est. Si ergo ad ius commune reducamur,cessabit restrictio, non si ad legem xij.Tabul. quæ iandiu antè sublata erat[h]. Iure autem communi filius sororis agnatus non est,in quã partem & ipse ex coniectura mentis legislatoris, aliisque rationibus transiit. Igitur ius antiquum hîc accipiemus, quod ante legem correctoriam ex communibus iuris regulis vigebat[i]. Nec legitimationem verum est esse fauorabilem, quia iuri naturæ conformis sit: sed quia beneficium est prin-
cipis,in quo fit læta significatio[k]. Ex mente†quoq; corre 44
ctoriæ legis fit extensio, cùm aliàs elusoria esset,vel absurdum

a l.fin. C.de nup.

b l.nec in ea. versi. sed qui occidere. de adult.ff.

c l.in suis.de lib. & posth.

d Car.cle. ne Roman. iiij. op. de elect.

e cap. olim tibi.de verb. sig.

f l. lege. C. de legi.heredi.

g c.per venerabilem. qui fil.sint legi.

h §.cæterum. de l.g. agn. suc.

i gl c.statutu. de præb. in vj. Fel.in c.cũ accessissent. de const.

k Bar.l.ij.in prin. de ver. obli.

surdũ aliquid induceret. Quapropter Pontificis constitutio, qua gratiam vacaturi beneficij, ad ea, quę post indulgentiã eriguntur, trahi prohibet, in cõcessione quoque à sedis apostolicæ legato indulta seruabitur [a]: absurdum enim esset, plus auctoritatis legato, quàm Pontifici attributum: reguláque generali traditum est, leges, contractus, sententias, testamenta, semper eam interpretationẽ accipere, ne quicquam absurdi inducere censeantur [b]. Nam & lex superflua esse non debet, nec facilè eludẽda. Quapropter lex, quæ fœneratores in sacris cœmeteriis sepeliri prohibet, & sepultores abominatur, etiam ad eos producitur, qui funebri pompæ & feralibus intersunt, & honoris causa funus prosequuntur [c]: cùm alioquin non difficulter vespillo aliquis humani, diuiníque iuris contemptor reperiretur, qui corpus tumulo conderet, elusoriáque hoc pacto pœna legis redderetur: semper enim ita interpretamur, ne elusoria sit lex. Vnde vt id euitetur, argumentum à contrario sensu etiam in lege correctoria assumimus [d]. Addũt aliqui, hoc casu per exceptionem in lege positam contra naturam suam regulam extendi, etiam si iuris correctio inducatur [e]: quod tamen mihi sane quàm dubium videtur, cùm satis sit principalẽ legis dispositionem vtilem esse, parúmque referat, si ex abundanti in exceptionibus aliqua dicantur [f]. Cæterum & ob salutem animæ fieri hanc extensionem receptum est: semper enim & ea quoque interpretatio assumenda est, quæ vel pro religione facit, vel nos à peccato liberat. Quapropter lex Federici, puberũ sacramenta in contractibus obseruari iubens, etiam ad distractus extẽditur [g]. Sic & lex pontificũ, sub pœna clandestinas nuptias prohibens, tanquam fauorabilis ob æternam salutem lata, interpretatione declarabitur [h]. Sunt & pleraque similia, quæ ab aliis tradita [i], recensere hoc opusculo operæpretium non est.
45 Nunc † ad materiam pœnalẽ transeundũ, in qua regula generalis est [k]. Pœnas interpretatione nõ adiuuandas, sed restringendas esse, semperque in mitiorem partem deflectendum: solétque vulgò dici, pœnæ nunquam locum esse, nisi ea expressim à lege constituta sit [l]. Quapropter quibus casibus constitutio pœnalis extenditur, nunquam tamen respectu pœnæ locũ habet [m].

a cle. si. de rescript.
b Cur. consi. xlv.
c gl. in cle. j. de sepul. in ver. sepelire.
d auth. ex testamento. C. de coll.
e Dec. c. cum dilecta. de cõstit. vtil.
f Alex. l. fin. quodquisque iur.
g Bar. auth. sacramenta. C. si. aduer. vend.
h c. ex tenore. qui fi. sint le.
i Feli. c. translato. de constit.
k c. in pœnis de reg. iu. lib 6.
l l. & si quis. §. diuus. de relig.
m Io. Andr. c. dispendia. de rescript. in vj.

Sicut & Pontificis decretũ, quo etiam ignorantes malè afficiuntur, quantũ ad pœnã pertinet, eos nõ adigat[a]. Et cõstitutio declaratoria, licet etiã ad præterita trahatur, respectu tamen pœnæ in ea expressæ non trahitur[b]. Et prohibitio matrimonij sub pœna infamiæ, licet spõsalia quoque celebrari vetare credatur, non tamen pœnam infligit[c]. Qua ratione & in contractibus, si pœna *ex parte alterius adiecta proponatur, alterum tamẽ non coercebit[d]. Et substitutio, quæ de vno casu ad alium extẽditur, nõ habet locum si pœna apponatur[e]. Et pœna in capitulo aliquo contractus adiecta, alia in parte repetita non censetur[f]. Et quod de pœna dicitur, de priuatione quoq; alicuius iuris intelligitur, nam & ea, quoties ex delicto vero vel præsumpto irrogatur, potest pœna appellari[g]: vnde nec huiusmodi priuationi locus erit, nisi quoties expressim hoc in lege cautum reperiatur[h]. Quapropter cliens qui in verba domini iurauit, & tamẽ aliquid minus obseruauit, non ideo feudo, quod vocant, mulctabitur[i], nisi expressim lege feudorum is casus compræhensus sit. Quod & ad ius patronatus sacerdotiorũ productum est[k], vidíque quandóque ex facto dubitari: Titius fundum vẽdiderat, móxque à venditore eum in emphyteusin acceperat, adiecta lege, vt quandocunque intra quinquennium pretium emptori redderet, fundus sibi restitueretur: is Titius canonem non soluit, & dominus fundo manũ iniecit, quærebatur an sicut à cõtractu emphyteutico, ita etiam à pacto redimendi cecidisset? Et quibusdam videbatur, ab vtroque cecidisse[l], cùm & ea pactio pars cõtractus esset. Sed hæc sententia inhumana visa est, ne pœna principalis contractus etiam separatã redimendi pactionẽ afficeret, quæ quãuis contractui inesset, verè tamen separatã causam habebat[m]. Cum igitur adeò odiosæ pœnæ existimentur, consequens est verã esse regulã, in pœnalibus extensionem non fieri[n]. In his † tamen casibus, quibus legẽ correctoriã extendi à me suprà scriptum est, pœnalis quoq; interpretatione adiuuabitur. Quapropter & in pœnalibus, si ratio in legẽ scripta sit, fiet ex ea extensio. Et in æquiparatis, pœna alterũ afficiens, alterũ quoq; distringet. Idémque in correlatiuis, in accessorijs, in consequentibus, si aliàs quid absurdum

Margin: 46 (beside "si pœna *ex parte"); 47 (beside "In his †").

a c. tibi qui. de rescrip. lib. vi.
b gl. cle. i. de vsu verbo, de extero.
c l. solet. de infam.
d Bald. c. i. qual. dó. feu.
e l. pater Seuerinam. de cõd. & dem.
f l. in testamẽto. eo. ti.
g l. fi. C. de bo. liber.
h §. cum igitur. in auth. de nõ alien.
i c. i. §. illud. quæ fu. pri. cau.
k gl. c. fin. de iure part. in antiq.
l Cap. de simul. cõtract. in ii. præsu.
m Barb. cõs. lj. in i.
n l. cum quidam de lib. & posthum. Ias.

dum consequeretur, vel lex esset elusoria, vel de animæ fauore tractetur: quę omnia simili casu à nobis suprà tradita, nouis exẽplis rursus hîc ostendere operæ pretiũ nõ duxi, cùm & apud alios hæc tractata, & nusquam nõ repetita, facillimũ sit reperire [a]. Pręter igitur eos casus alij quoq; annotari possunt, quibus lex pœnalis producitur. Primus, cùm maior ratio est in casu omisso: fiet enim huiusmodi extensio. Vnde ex lege Iulia de adulteriis, cum mœchum depræhensum liceat interficere, multò magis iure poterit contumelia affici [b], quod Attici ῥαφανίζειν vocabant. Sic & rescriptum diuorum fratrum quo Præsidi prouinciæ, vnde quis incola est, permittitur ea prouincia reum interdicere, vnde oriundus est, ad eũ quoq; casum trahitur, quo ei interdicitur, qui cùm incola esset, non in ea prouincia quid admisit [c], cum maior ratio vigeat, propter fugã à loco in quo deliquit: atque ita plerisque visum est [d]. Hinc etiam † communi sententia receptum est

48 si ex lege municipij profugus possit impunè offendi, posse etiam occîdi. Hinc qui in aliquem causa capitali ius dicere potest, eundẽ quoque ciuili iudicio condẽnare poterit [e]: quod tamẽ in latrũculatore nõ procedit, cuius iurisdictio ex mãdati principalis forma certos fines habet [f]. Videtur tamen, & fortè receptius est, etiã si maior ratio non subsit, sed similis seu æqualis, extensioni quoque locũ esse: quod eo exemplo probatur, quo cõmuniter traditum est, filium à patre, non solùm ex illis quatuordecim in Iustiniani cõstitutione relatis causis, exheredari posse, sed etiã ex alijs æquè grauibus [g]. Nã & iura cliẽtelarũ nõ solũ adimi expressis ex causis cõstat, sed etiã si qua similis, seu maior proponatur [h]. Sed tamẽ aduerti æquũ est, rationẽ horũ exẽplorũ esse, ne filij vel cliẽtis ingratitudo diuti' impunita permaneat: quia sicut ex meritis huiusmodi beneficia cõferuntur, ita iustũ fuit ex culpa auferri: quæ ratio generaliter locũ sibi vẽdicat, causæq; illæ exẽpla legis ipsius sunt, quibus exẽplis ratio restringẽda nõ fuit [i], maximè cũ ea ratio lege scripta proponatur. Melius itaq; hæc sentẽtia aliis exẽplis probatur, & in primis, De lata ex senatuscõsulto Tertyliano successione mater priuatur, nisi tutores filio petierit. Quid si curatores? Verba rescripti (inquit Vlpianus.) [k] deficiũt. sed dicẽdũ est, si quidẽ im

a Gemin. c. i. de tempo. ordin. in vj.
b l. nec in ea. de adult. ff.
c l. religat. §. interdicere. de inter. & releg.
d Mathesil. in tract. extens.
e l. ex eo. inf. C. de ag. in reb. lib. 12.
f l. solemus. in fin. de iud.
g doct. auth. non licet. C. de lib. præter.
h c. i. §. per quæ fu. pri. cau.
i c. si Papa. de priuil. in vi.
k l. i. §. quid si curatores.
a l Tertull.

beribus curatores non petit, eandẽ esse rationẽ: si iã pubéribus, cessare debere. Quid si cũ prægnãs esset, bonis curatorem dati non petiit? Et in sententiam legis incidit. Sed & cõstitutio, quia indignũ vltrò eligentes, ipso iure in temeritatis pœnã priuãtur, etiã ad eos, qui à Romano pontifice scienter indignũ postulãt, producitur[a]: quoniam eadem vtroque casu ratio est. Sic & lex ad barbaricum. vini, olei, & liquaminis translationem prohibẽs: ad arida quoque protrahitur [b]. Sic mulier, cui dotem repetenti exceptio adulterij frustra à marito lenocinij reo opponitur, nec quidem ex sententia legis accusari poterit[c], quod argumento est, in pœnalibus pro ipsa pœna euitanda fieri extentionem. Secundus † casus est, cùm de criminis vindicta agitur: cùm enim publicè intersit maleficia impunita non esse [d] (quia, vt est in Publij Mimi versiculo, Bonis nocet, quicunque parcit improbis) meritò ad casus similes ex huiusmodi legibus extendemus [e]: quod tamen intelligendum, vt non idcirco augeatur pœnarum acerbitas [f]. Hinc est, quòd lex quæ ab exercitu missum infamia notat, eum quoque attingere creditur, qui ab aliquo numero militari missus est [g]. Hinc & modestinus: Lubricum, inquit, linguæ ad pœnam facilè trahendum non est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descenderit, vel ad exemplũ legis vindicandum sit [h]. Cornelius Tacitus lib. primo: Augustus, inquit, cognitionem de famosis libellis specie legis maiestatis tractauit, commotus Cassij Seueri libidine, qua viros, fœminásque illustres procacibus scriptis diffamauerat: mox Tiberius consulente Pompeio Macro pretore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit: hunc quoque asperauerant carmina in sæuitiam superbiámque eius, & discordem cum matre animum. Quibus verbis apparet Modestinum de æquiparatis loqui, in quibus dubium nõ est fieri extensionem [i]. Ad hanc speciem propius accedit, quod sæpius lectum est, in pœnis maleficiorum de similibus ad similia procedendum esse [k]: cùm enim facinus patratũ impunè esse non debeat, ex similitudine aliarum pœnarũ constituetur, quemadmodum & in hunc sit animaduertendum. Quapropter cùm in lege municipali crimen præ-

49

a c.j. de post præ.l.n.glo. fin.

b l.j.C. quæ res export.

c l.cum mulier.ff.solu. mat.

d l. ita vulneratus. ad l. Aquil.ff.

e Bart. l. quẽadmodum. C.de agr. & cen.lib.xj.

f gl.c.sicut. de homic.

g l.ij.§.exercitũ. de infam.

h. famosi. in fi. ad leg. Iul. maiest.

i Bar. l. quod verò. de leg.

k Bal. l. si quis id. de iurisdic. om. iud.

prævaricationis arbitrio Præsidis vindicandum permitteretur, dixi instar pœnæ in S. C. Turpiliano compræhensæ, vel si qua huic similis, condemnationem redigēdam, & ideo plus minus ex causa arbitratu Præsidis discernēdum.
50 Tertius† casus est, cum eadem ratio subest, & idem rei nomen hoc suadet, fiet enim extensio à nomine vero ad nomen impropriū, & quod tantummodo de facto dicitur: vt in lege Iulia de adulteriis, quę de vxore verba faciēs, etiam in ea intelligitur quæ de facto vxor sit[a] videtúrque id ex ea extensione induci, quæ de propria significatione vocabuli, ad latā in quacunque materia fit. Illud tamen mirum legem, quæ nuptias inter pupillam, & tutoris filium prohibebat, ad eum nō trahi, qui protutoris sit filius, siue eius, qui hoc nomine vsurpatorem administrat[b]. quod specialiter indultum videtur prolis fauore, ne illegitima censeatur, itémque dotis, cuius alioquin constitutio nulla esset. Adde quòd nō omnino eadem est ratio, cùm tutor efficacius pleniúsque administrandi ius habeat, protutori rerum alienandarum potestas nulla sit, vt in ea nihil vereamur, ne in summa dotis
51 modum excedat. Quartus† casus est, cùm propter aliquē fauorem, pœnalis dispositionis odium tēperatur, vt quia tractetur de fauore animę, quod & in correctoriis suprà à nobis probatum est. Idem si de diuinis ædibus, aut ecclesiæ vtilitate agatur[c]. Idem si cultui Christiano, fideíq; zelo expediat productionem fieri, quod & in quibuscū-
52 que similibus locū habet[d]. Vltimus† casus est in subrogatis, vel aliqua ratione connexis. Vnde dispositio de vicario episcopi loquens, etiam in vicario collegij locū habet, quando sede vacante ob interregnum: ius sodalitio deuolutum est[e]. Idem quando id, ad quod fit extensio, non esset penitus separatum: vnde decretum ordinis sacerdotalis, de clericis eligentibus loquens, etiā de hisdem præsentantibus intelligetur, de secularibus non intelligetur[f]. Idem quando connectuntur quædam consequentia: nā tunc altero mutato, & alterum interpolatur. Exēplum in rescripto Traiani, quod Plinius Cæcilius epistolarū lib. x. refert: Lege Pōpeia cauebatur, NE QVIS CAPIAT MAGISTRATVM, NEV SIT IN MAGISTRATV MINOR TRIGINTA ANNIS:

a l. si vxor. §. j. de adult.
b l. si. C. de int. mat.
c gl. c. sciāt. de elect. in vi.
d c. ii. de diuor.
e glo. cle. etsi de rescrip. verb. episc.
f de elect. c. sciant. lib. vj.

item QVICVNQVE MAGISTRATVM CEPERIT, SIT IN SENATV, subsequutum est edictum Augusti, quo permisit maiores xxij. annis magistratum capere, an iidem & in Senatum deligi poterunt? Et responsum est, si iam magistratus ceperant, posse, & hactenus nouatam legem Pōpeiam: alioquin qui adhuc magistratum non ceperit, tametsi xxij. annis maior sit, non posse in Senatum adlegi. Quod si vice versa edicto illo in Senatum cooptari maiores xxij annis posse statutum esset, vtique & in magistratū potuissent eligi: nam & illud receptum est, cùm certa ætas dignitatibus ordinē annexū habentibus constituta est, & certa ordini, si restringatur in dignitate ætas, respectu quoque ordinis mutatam existimari [a]. Eodē modo si ætas certa in presbytero necessaria sit, alia in diacono, alia in subdiacono: facta in vno mutatione, cum gradatim hæc munera conferātur, censebitur in aliis quoque mutatum [b]. Item cum lex noua veterem interpretatur, licet interpretans vno in casu simpliciter loquatur, tamen de cæteris quoque egisse intelligitur, qui in lege antiqua compræhensi proponuntur [c]. Illud non omittendum, quanuis plurimis casibus in pœnis extensionem fieri suprà docuerimus, id intelligendum, cùm huiusmodi pœnæ ex iusta, & probabili causa inductæ sunt: quòd si pœna supra delictum esset, & per terrorem, cōcussionémque potius, quàm ex ratione inducta, tunc verba nullo modo interpretatione adiuuāda sunt, sed potius restringenda: Quapropter lex Iulia quæ patri ius occidendi mœchum depræhensum concedit, in auo, & proauo, cæterísque maioribus locum nō tenet [d]. Occidere enim aliquem propria auctoritate, perquam crudele est. Sic & constitutio pro crimine paterno etiam filios pœna afficiens, *ad filias non extenditur [e]: quāuis 53 enim & in odiosis masculinū ad fœminas protrahatur [f], in pœna tamen tam irrationabili nō fiet huiusmodi extensio. De limitatoria dispositione nunc videndum: & † nostrates interpretes materiam hanc exorbitantem 54 appellant: cùm enim ex huiusmodi extensione derogationes legibus augeantur, meritò ab orbita, id est, communi, & lata via diuertere dicuntur: vnde & Augustinus de ciuitate Dei libro ix. Nihil approbantes, inquit, quod exor-

a c. cum in cunctis de elect.
b glo. cle. generalem. de ætate.
c gl. c. dispēdia. de res. in vj. verb. personales.
d l. patri de adult. ff.
e l. quisquis. C. ad l. Iul. ma.
f l. si quis id. de iuris. om. iud.

exorbitet ab itinere sapientiæ. Quicquid igitur præter communes regulas inductum est, id exorbitare dicitur. Nos etiam limitatoriũ ea ratione dicimus, quod intra certos limites cõmunem regulã coerceat. quo fit, vt Iasonis sententiã minimè sequẽdam arbitrer, inter has voces differentiam constituentis [a]. Igitur in hac materia
55 cõmuniter † receptum est, si subsit eadem ratio, extensionem fieri debere. Quapropter Constantinus Imperator cũ ius donationis ex ingratitudinis causa reuocãdæ mulieri, quæ secũdò nupsisset, aduersus communes regulas abstulisset. De cæteris, inquit, quæ portentosæ, vilitatis, abiectæque pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus [b]. Sic & Rom. Pontifex, cùm quandoque propter malam testium valetudinem, eos ante litem contestatam aduersus communes regulas recipi asseruisset, eiusdem æquitatis similitudine etiam antiqua instrumenta reuocari iussit [c]. Quo fit, vt eius exẽplo nos quoque huiusmodi limitatas dispositiones interpretatione possimus extendere, quod & ratio suadet: correctoria enim strictius accipiuntur, quoniã legi abrogant, & totam extinguunt: at hæc derogant tantũmodo, & aliquantulum, suadente æquitate restringunt, quod nullã nouitatem, nullum odium cõtinet, meritò in his dilatio prohibẽda non est [d]. Hinc est, quòd in casibus specialibus de armato milite ad sacris initiatum aduocatúmque argumentamur [e], tametsi alîus militiæ professores censeantur: & de libertate ad piam causam, de alimentis ad dotem [f]: Sic succurrendũ rustico propter imperitiã, vel mulieri propter simplicitatẽ dicimus [g], sicut & militi. Sic de minoribus quæ constituta sunt, ad furiosos plerunque producimus [h]: & quæ de furiosis aut mente captis, ad absentes [i]: & illi enim legis intellectu abesse existimantur. Sic quæ fauore minorum indulta fuerunt, ecclesiis quoque non denegari arbitramur [k]. Sic quod in lege falcidia cõstitutum est, ad eam quoque portionẽ extendi, quæ ex S.C.
56 Trebelliano deducitur [l]. Sic lex, quæ † de possessione limitanda loquitur, etiam ad iura protrahatur, quæ tamen constat impropriè possideri [m]. Hinc Constantini sanctio natis post donationẽ filiis, ius reuocandi donatori concedẽs, ad omnem casum extenditur, quo eadem

a Ias. l. si cõstante vers. in ista materia iũcto ver. seq sol. mat.
b l. his solis. C. de reuoc.
c c. cum dilecta. de confir. vtil.
d Imo. l. j. si verò. §. de viro. ff.
e gl. l. miles. de re. iud. ff.
f l. si vnus vbi Ias. C. de testamen.
g l. j. C. de iuris & facti ignor.
h l. ii. C. de cur. fur.
i l. ii. §. fin. sol. matr.
k l. iii. quãdo ex fac. tut.
l Bart. l. Marcellus ad Treb.
m l. regulariter. de peti. here.

subſit ratio[a]. Hinc Iuſtiniani ſanctio, qua ex cauſa dotis alienatio rei, non obſtante prohibitione paterna, permittitur, etiam tunc obſeruabitur, cùm prohibitio in matris vel fratris teſtamento facta eſt[b], his ſcilicet caſibus, quibus mater filiæ, frater ſorori dotem dare cogeretur. Hinc etiam eſt, quòd licet ſoleat dici, ab exceptione regulam confirmari, tamen intelligendum ſit, non ſolùm hoc in caſibus exceptis non procedere, ſed nec in his, qui pari ratione cum exceptis innitũtur[c]. Fit autem huiuſmodi extenſio, etiam ſi non omnino tanta ratio, quãta in caſu expreſſo ſit: quod hoc exẽplo inducitur, Theodoſij conſtitutione aduerſus communem regulam, hereditas aſcendentis ex teſtamento deſcendentium delata, tametſi non ádita, tranſmittitur: quid, ſi inteſtato defferatur? & idem reſponſum eſt, licet non æquè tanta ratio id ſuadeat: expreſſa enim voluntas teſtatoris id magis perſuadere potuit, quàm tacita, quę nullo facto teſtamẽto, ſolum præſumitur[d]. Non † procedit hæc principalis 57
enunciatio quatuor caſibus. Primus, cùm lex dictione taxatiua vtitur, tunc enim fieri non debere extenſionẽ, receptum eſt, quoniã aduerſus legem fieret[e]. Quapropter etsi lege municipali caueretur, vt eius verba ad literam, vel abſque alia interpretatione intelligerentur, huiuſmodi extenſio vetita cenſeretur. Sed tamen & hoc iudicij acumine diſcernẽdum, vt deprændamus quã ob cauſam taxatiua dictio adiecta ſit: quid enim, ſi lex ipſa ſit, quæ huiuſmodi prorogationẽ inducat[f]? nec enim ex taxatiua veriſimile eſt, legis diſpoſitionẽ emendari[g], ſicut nec ea, quæ conſuetudine inducta ſunt: quod in hac ſpecie Pontanum obtinuiſſe dicitur[h]. Mãdauerat quis procuratori, vt centũ aureos tãtùm mutuò acciperet: is ſub vſuris acceperat, quòd aliter non ſolerẽt pecuniæ id genus hominibus mutuò dari: reſponſum eſt, dominum in fœnus quoque propter conſuetudinem, obligatùm videri. Quid item, ſi materia pia, fauorabiliſque ſit, nónne piæ cauſæ fauor dictionis illius limitationi prævalebit[i]? nam & priuilegia ſuapte natura ſtrictè accipiũtur, & tamen in eis ex huiuſmodi fauore de perſona ad perſonã permittitur extenſio[k]: nã & cùm ſtatutum eſſet, ne à ſententia diffinitiua tantùm appellari ad metropolis Sena-

tum

a l. ſi vnquã. C. de reuoc. do.
b auth. res quæ. C. com. de leg.
c Abb. de c. cum dilect. 1.
d l. vnica. de his qui ante apertas tab.
e l. ii. C. de pat. quã fil.
f l. ob æs. C. de præd. mi.
g Alex. l. j. C. de bo. poſ. ſec. tab.
h l. iij. §. iurari, de iureiur.
i l. illud. in fi. C. de ſacr. ſan. eccleſ.
k Alex l. miles. de re iud.

tum posset, responsum est, nec ab interlocutoria quidem posse, propter fauorem publicum. ne quis extra patriam litium tricis implicetur: & diffinitiuæ mentio censetur in lege facta, quod in ea probabilior erat dubitatio. Quid rursus, si adeò iustum, & vltione dignum sit delinquentis odium, vt aduersus taxationis vim operæpretium sit pœnam extendere? quod In ea specie traditum est, qua Iustinianus [a] certis tantùm ex causis donationes factas reuocari posse concessit: frequentius enim creditur ex aliis quoque similibus eadem æquitate reuocationi locum esse. Quod & in his causis receptum est, quibus patri permissum est filium exheredare: cuius sententiæ ille est cardo, quod cum ratio in legibus generaliter scripta sit, causæ illæ tanquam exempla regulam arctare non
58 debent, quòd & suprà à nobis tractatum est[b]. Sequens † in his, quæ ius personale inducunt, vel fauore certarum personarum constituunt[c]: non enim ad consequentias trahenda sunt, quòd huiusmodi cùm iuris specialis sint, à communi propriè exorbitant[d], meritóque priuilegia dicuntur, quasi de priuis, id est, singulis lata. ad quam speciem pertinēt etiam, quæ certo generi personarum indulgētur: vnde priuilegium militum, vt post sententiam adhuc exceptione peremptoria tueri se possint, ad cælestis militiæ pugilem non producetur[e]. Ter-
59 tius est † cùm aliquid valde odiosum vel irrationabile inducitur: vt cùm lex patri filios filiásve sanguinolentos victus causa vendere concessit: non enim alia ex causa id fieri poterit[f]: opinor & si sanguinolenti, id est infantes, & iamiam nati, non sint, venditionem irritam futuram. Accursius quid sanguinolentus in ea lege significaret, ignorauit: nos ex Aniano, Codicis Theodosiani interprete, in eius vocis notitiā peruenimus, hócq; argumento arbitramur de iure non licere patri tametsi principi, filiū suum inuitū obsidem hosti, etiā vt se redimat,
60 dare. Quartus † casus est in statutis, seu legibus municipalibus, in quibus nō videtur licita extensio: Vnde & lex Iulia de maritandis ordinibus, quæ virum iubet, quicquid ad se peruenerit à seruó dotali, quem, volēte vxore, manumisit, restituere. in socero nō procedit. De viro, inquit Vlpianus, heredéque eius lex loquitur[g], de socero

a l. fin. C. de reuoc. don.

b d. c. si Papa de priuil. in vj.

c l. j. de cōstit. princip.

d c. quæ à iure. de re iud. in vj.

e Bar. d. l. j. C. de iur. & fact. igno.

f glo. ii. in verb. vendiderit. C. de pat. qui fil.

g d. l. si vero. §. de viro. sol. matr.

heredibúsque eius nihil in lege scriptum est, & hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casib. lex deficit, nec vtilis quidem actio dabitur. Sed hoc ego responso non moueor: cùm non sit in viro, soceróque æqualis ratio: siquidem mulier marito manumissori consentiens, cùm ob magnam coniũctionem possit alia præsumptio accipi, nõ facilè creditur voluisse donare: quod in socero est contrà: sicut videmus & in extraneis, qbus si permittamus rem nostrã possidere, in possessorio nobis præiudicamus, quod non ita est in viro & vxore[a]: præsumitur enim alter ab altero iure quodã familiaritatis habere, nec ideo deteriorem in aliquo suã causam facere: quod maximè in casu prædicto dicendum fuit, cùm donatio viro facta ab vxore regulariter prohibeatur, socero à nuru nón prohibeatur[b]. Verius est igitur in lege quoque municipali iuxta supradictas distinctiones extensionem permittẽdam, vt si lex sit iuri communi similis, vel etiam limitatoria, interpretatione producatur: si correctoria vel pœnalis, non temerè extendatur. Vnde & aliquę quęstiones finiri possunt. Lex ait: Si quis triticũ extra territorium super equo, asino, vel curru portauerit, deprænsus soluat centum. Salic.[c] existimat, qui super humeris gestat, vel mulum agit, pœna quoque afficiendũ: propius enim est, vt effectus ipse exportationis cõsideratus sit, non auferendi modus. Cui & ego assentior, præterquàm in eo qui humeris gestat: cùm enim eo modo lõge minus exportari, quàm iumẽtis possit, non est verisimile voluisse legislatorem talem afficere. Lex ait, Triticum extra *territorium nemo deferat, nunquid farina poterit? 61
Et receptius nõ posse, extensionémq; fieri, aliàs quippe prohibitio eluderetur[d]. Sed an vinum, oleum, liquamina? Et non censebuntur vetita, non enim tãta est ratio[e]. Quid vice versa, si vinum, oleum, liquamina deferri non sinantur, an triticum? Et verba legis deficiunt, opinor, & mens, nisi cum lex ad Barbaricum transferri vetat: eius enim ratio est, ne suauitate frugum illecti barbari, impetum in nos faciant[f], quæ prima fuit Gallorum in Italiam aduẽtus causa, vt T. Liuius attestatur. Lex ait: Si quis decesserit intestatus, ei existentibus masculis, fœminæ non succedant: mortua est mulier, Salic. negat statuto locum esse:

a l. qui iure. de acquir. poss.

b l. iii. §. soceri. de do. int. vir. ff.

c l. si serui. C. de noxal.

d Bar. l. quæsitum. §. illud. de legatis iii. & Gui. pap. q. 373.

e Bald. d. l. omnes populi. vers. tertiò quæro quæ sunt. D. de iustit. & iur.

f l. i. C. quæ res export.

esse: Si quis, inquit, ergo si quæ decesserit, cessant verba. Ego dissentio, cùm absurdum non sit, voluisse legislatorem etiam in fœminarum successionibus masculorum vtilitati prospicere: & dictio, si quis, non omnino ex extensione, sed ex vi quoque aliqua verborum fœminas complectitur [a]. Lex ait: Patruis in successione præferantur consanguinei, nunquid & in tutela? Et cùm hæc æquiparata sint, & quò tutela redit hereditas pertineat. Salic. putat etiam in tutela consanguineos præferri: Quapropter & si lex agnatos cognatis in successione anteponat, in tutela quoque extendetur, præterquàm matris respectu, cui tutela defertur, non propter successionem, sed propter præsumptum prolis suæ amorem: vnde tametsi ab hereditate excludatur, tutelam geret [b]. Lex: Stantibus masculis, intestato patri fœminæ non succedant, quid si testatus sit, & eas præterierit? & cum regula sit iuris antiqui, Quæ ab intestato excluditur, ius dicendi nullum, vel bono. possessionem contra tabul. petendi non habere, sequitur ex testamento quoque exclusas [c]. Quid si testator, exheredatis masculis, solos extraneos instituit? Et putarem non esse locum legi, & fœminis bon. poss. cõtra tab. concededẽdam: huiusmodi enim lex correctoria est [d],
62 & ideo strictam * solum interpretationem recepit: Vnde cùm fauore masculorum, ab intestato fœminas excludat, non debet extendi condito testamento, quando masculorũ fauor nõ subest: & cũ huiusmodi lex duplici cardine insistat, altero quo fœminæ excludũtur, altero quo mares vocantur, si inclusiuum caput cessat: igitur & exclusiuum [e], maximè cùm in hisce tricis perplexísve, humanius sit pro his pronuntiare, qui iure communi, & naturali ratione potiores sunt [f]: & ita sentio, licet alij contrà. Lex ait: Existẽtibus masculis, mater excludatur. quid, si soror etiam adsit? Et videbatur lex producenda, vt ex-
63 clusa matre, * quæ prior in gradu est soror quoq; reiiciatur. sed cõtrà respõsum est [g]: cũ diuerso iure soror succedat, meritò agnatũ remotiorẽ excludet, & beneficio sororis mater quoq; fruetur. Qua ratione & lex amitã excludens, ad materterã nõ porrigetur: & si à patruelib⁹ mater excludatur, nõ ideo amita erit exclusa: diuerso enim iure succedũt [h]. Lex ait: Iudici salarium non debeatur, nisi

a l.i.inf.eod.
b Dec. cõsil. xvj.
c Bar. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de l. & posth.
d l. maximũ C. de li. præ.
e l. alteri. de adimen. leg.
f l. æquissimũ. ad Tertull.
g Alex. l. illã. D. de coll.
h Dec. consi. lxxj.

post sententiam: quid si per iudicem non stat,quò minus definiat?Et responsum est,salarium deberi[a]:Lex ait:Rem venditam agnatus intra annum ius redimendi[*] habeat: 64
quid si in solutum data sit? Plerique deficere verba legis dixerunt,relatûmque extat pronuntiatum sic fuisse[b].Mihi durum hoc, videtur propter rationem legis. & quia verba omnino non deficiunt: nam venditionis appellatio,ad omnem alienationem ex lege xij.tabularum pertinet[c]. Lex ait:Maritus vxori in vltima voluntate vltra quartam bonorum partem relinquere nō possit:testator eam heredem instituit,cum clausula, si testamētum non valeret, vt donatione mortis causa deberetur:atque ita stipulatus vxoris nomine erat notarius,cum testamētum irritum fuisset,respondit Decius valere donationē[d]:quoniam donatio causa mortis propriè vltima voluntas non esset. Contrarium obtētum fuit, propter rationem legis, ne facilè ægrotantes mariti (quo potissimum tempore testari solent) blanditiis muliebribus seducantur:& lata significatio vocis non repugnabat, alioquin paratissima esset fraus legi. Lex ait:Mandatum testibus probari non possit,sed solis publicis documentis: an ratificatio probabitur? Et Bald. posse credidit[e]:quoniam lex illa correctoria & dura ad hunc casum trahi non debet:quod & mihi videtur:nam quāuis quo ad effectū ratificatio mādato æquipararetur,nō tamen quo ad probationis modum. Lex ait:Qui aliquem fuscina ferrea percusserit, duplici pœna afficiatur: percussit quis tridente,vel caput secuti, quid statuendum? Et Bald[f]. si iudici sederit tale instrumentum æquè grauem plagam infligere,similéque fuscinæ esse,duplo puniendum rectè respondit. Lex ait:Adulter ducentis aureis puniatur,an trahatur ad stupratorem? Et Salicerus ait nō trahi,quare eum grauiore iuris communis pœna plectendum, tametsi aliàs grauius stupro adulterium castigaretur[g]. Ego subsisto,quoniam suprà vidimus,in pœnarum similitudine fieri extensionem, & crassa Minerua adulterium & stuprum promiscuè accipiūtur[h]. Lex ait:De omnibus delictis pax fieri possit,excepto adulterio, homicidio, furto: quid in raptore? Et receptius est posse fieri: nam alia in raptore,alia in fure constituta videmus[i]. Lex ait: Quoties litis æstimatio

viginti

a Rom.cōs. lxxxv.incip. euidenter.

b Specul.tit. de emptione.§. nunc videndum.

c l.statuliberi à cæteris.in fin.de statulib.

d Decius cōs.cxcvj.

e Bald.l.obseruare. §.si. q.vi. de offi. proconsul.

f Bald. d.l. omnes populi. ff.de iusti. & iure.

g §.item lex Iul. Inst. de pub.iud.

h d.l. inter. cæteras.ff. de adult.

i Inst.vi bon. ra. vers. ridiculum.

viginti librarum maior est, probationes per testes non admittantur: quid si partim ex testibus, partim ex instrumentis quis probare velit? Et receptum est hoc permittendum esse, cessat enim subornationis metus [a]. Lex ait: Mulier absque duorum agnatorum auctoritate ne contrahito: procurator mulieris contrahit, an quod ex se prohibita est per alium poterit? Et responsum est posse, dum auctoritas constitutioni mandati saltem generaliter affuerit [b]. Lex ait: Qui in ecclesia aliquem percusserit, grauissimè plectatur. percussit aliquis in cœmeterio, responsum est, legi locum esse: quoniam æquiparata hæc sunt iure veteri [c]. Lex: Vicinus ædificanti prætorium vendere teneatur, cũ in fauorem ædificantis facta sit, non imponet aliquã necessitatem emptori [d]: tametsi aliàs emptor & venditor correlatiua (vt vocant) sint. Lex: Mulier sine liberis decedens teneatur trientem hereditatis fratri relinquere: nũ & filio fratris? Et si solus extet, nõ puto: si adsit patruus, cũ eo admittetur: licet Alexand. etiã si solus sit, putet legi locũ esse [e]. Lex: Agnati quocũq; gradu cognatis præferantur: extat cõsanguineus, itẽq; frater vterinus: Respõsum est, vterinũ nõ succedere [f], qui propriè agnatus non est, licet iura agnationis ex lege Iustiniani consequutus sit: cessat enim in eo agnationis conseruandæ ratio, quæ sola legislatorem mouit. Lex: Frater in patris successione sororem excludat: auus decessit solis nepte, nepotéq; relictis, quos ex duobus filiis sustulerat: Respõsum est, nepotẽ potiorẽ esse [g], tum ex ratione legis, tũ quod appellatione patris auus, appellatione fratris etiam patruelis continetur: idque lata significatione acceptis
56 verbis. Lex: Frater defuncti excludat matrem:* de fratre patruele non intelligitur, quia in eo non æquè tanta est ratio, sicut in germano [h]. Lex: Syngraphæ manu debitoris scriptæ plena fides adhibeatur: quid, si aliena manu scripta, sed à debitore subscripta sit? Respõsum est, idẽ esse [i]: quoniam paria hæc esse lex existimat. Lex: Quisquis contractum aliquem inierit: quid si distractum? Et receptum, idem esse [k], si eadem ratio sit vtroque in casu. Lex præmium accusatori decernit, quid in denuntiatore? & eidẽ quoque debebitur: fit enim extensio fauore publicæ vtilitatis, ne crimen impune sit [l]. Lex: Frater non possit

a Bart. l. certi conditio. §. quoniam. si cert. petat.

b l. apud. §. fi. ex quib. caus. in poss. Alex. cõsi. clxxxix. in vij.

c Arch. xij. q. j. nulla.

d Bald. l. j. C. de com. ser.

e Alex. consi. xxxvj. in vi.

f Bald. l. lege. C. de leg. hered.

g Bald. l. scimus. vii. q. C. de inoffi. test.

h Alex. consi. lxxxix. in vi.

i l. si ita stip. §. Chrysogonus. D. de verb. oblig.

k Ias. l. si vnus. §. pactus ne. ff. de pact.

l l. §. is quoque. ad Sylh

propter æs sibi debitum fratrem in carcerem traheret: quid si nomen alteri cesserit? Et verius est, ne cessionarium quidem posse [a], qui creditoris loco substitutus est, alioquin fraus legi paratissima esset. Lex: Maritus dotis sibi datæ tertiã partẽ lucretur: quid si solùm promissa sit? Nõ extendetur [b], nisi generalitas rubricæ ipsius legis aliud suadeat: & ita Baldo videtur [c]. Lex: Existentibus fratribus defuncti mater excludatur. quid, si extent sorores ex latere patris tãtùm? Et à matre eas excludi verius est, [d] nec ius commune hoc casu correctum censebitur: cùm nec fratris appellatione vi verbi cõtineatur soror, sed per extensionẽ tantũ, quæ in correctoriis locũ nõ habet, præsertim cũ nõ æqualis ratio subsit. Et hæc quidem exẽpla sufficiant: cùm alioquin quamplurima alia potuissent adduci: sed id mihi laboriosum magis, quàm vtile lectori fuisset. Sed quid si alia lege caueatur, ne statuta aliquã interpretationẽ glossámve accipiant? Et Bartolus [e] credidit solùm friuolam interpretationem reiectam censeri, cùm vera interpretatio, quæ ex ratione legis descendit, naturaliter sit necessaria [f], auctoritatéque ipsorum legislatorum fiat, cui nõ est verisimile verbis illis derogari, alioquin absurda, inepta, iniquáq; quã plutima adolescerẽt [g]: nam & videmus demandata iudici causa, vt eam, appellatione remota, cognoscat, solũ friuolas, calumniosásque appellationes submoueri [h]. Quæ verba Bartol. vt in se vera sunt, crebrioréque calculo approbata, indigent tamen clariore expositione. Et in primis cùm à verbis legis recedendum non sit, si lex tollat interpretationem, de extẽsiua intelligetur, quatenus vi verborum cõprændi nõ possit. Vnde quod à contrario sensu deducitur, exclusum videbitur, quod Baldus sensit [i] qua ratione etiam in substitutione expressa vulgari non cõtinebitur pupillaris: ex legis enim interpretatione, nõ ex verborũ figura inest [k]. Cùm verò glossas fieri prohibet, restrictiones vel augmentationẽ prohibere intelligitur, non autem eam expositionem, qua verbum aliquod obscurum grammatico more intelligibiliùs declaramus. Quintilianus tamen libr. pri. cap. j. Instit. Orato. interpretationẽ linguæ secretioris γλῶσσαι dici à Græcis auctor est. Dionysius glossematicam dictionem esse ait priscam, obscuriorem, circum-

a l. post diuortium. solut. matr.
b Iason. l. i. si cert. pet.
c Bald. ibid.
d Alex. consi. xlv. in vii.
e Bart. d. l. omnes populi.
f l. ii. § his legib'. de or. iur.
g l. sed & si. §. quæsitum de leg.
h l. j. §. fin. à qui. app.
i Bald. d. l. ii.
k Bald. l. precibus. C. de impub.

66 circumloquutionibus constantem.Diomedes† quoque genera loquutionum quinque facit, rationale, artificiale, historicum, glossematicum, commune. Quid, si dicatur ad literam verba intelligi debere? Et eodem modo fiet interpretatio, ne absurdum ineptúmque aliquid consequatur, néve extensione vltra verborum vim vtamur, quapropter & tunc dispositio in casu simplici loquens, ad mixtum non protrahetur[a]: quod accipiendum, cùm mixtum ex vi sermonis non prouenit, quod suo loco explicabitur Sed an tunc masculinũ concipiet fœmininũ? Et Franc.Curt.respondit, tunc quoque concipere. indéque existimat, si lege municipali in hereditate fraterna agnati fœminis præponantur, etiam in sororis successione potiores fore, tametsi verba ad literam intelligi debeant: cuius sententiã ego tum probarem, cùm ratio fauoris agnatorũ in lege expressa est: tunc enim & iste casus sub ratione eiúsque verbis comprændi dicitur, sicut species sub genere[b], nec vi extensioni producitur. quòd si ratio expressa nõ sit, existente supra scripta lege aliud cẽseré: & ita Bal.[c] Cornæúsq;[d] respõderunt, & frequentiore sententia receptũ est.[e] Quid, si lex dicat statutũ pręcise intelligendũ obseruandúmque? & præcisè hîc significat sine tectorio aliquo, & sermonis inuolucro Cicero ad Atticũ lib.viij. Nemini cuius causam nõ reciperẽ tam humili tã sordido, tam pręcisè negaui, quã hic mihi plane si
67 ne vlla exceptione præcidit. Videtur† metaphora ab his ducta, quib9 imperatur, vt lõgis verborũ ambagibus finẽ imponãt, superfluáque amputent, & (quod vulgò dicitur) ad pũctũ veniant: vnde & pręcisè quãdoque dicitur, quod propter breuitatem obscurũ est. Cicero de nat.Deorũ lib. ij. Id, inquit, præcise dicitur, vt si quis Atheniẽsium Rem pub. dicat consilio regi, desit illud Areopagi. Ad Herennium quoque libro iiij. Præcisio est, cùm dictis quibusdam, reliquum quod cœptum est dici, relinquitur in audientium iudicium. Sed in casu nostro, (vt dixi,) aliter intelligitur, doctorésque nostri ita accipiunt vt velit lex præcîdi quæcunque alia quæ illi dispositioni officiant, ambiguámque reddant[f]: aítque Bald. huiusmodi verbis quæcunque glossemata reiici, nisi quæ ex aliis legibus assumuntur. Legem tamen correctoriam, quæ ex-

a Ang. l. si. ita.de lib. & posth.

b Pet. Cy. l. iura non in sing. supra de ll.

c Bald. consil.ccccclx. in v.

d Corn. consil.xiiij. in

e Alex. xlv. in vij.

f Iaf.d.l. omnes popul.

tantibus filiis fœminam excludat,tum ad nepotem non
produci,quia nec præcisus hic intellectus[a],nec ex litera
ſed ἐν πλάτει eſt. Sed nunquid in ſtatutis argumento
à contrario ſenſu locus erit? Et quia hic tractatus & ipſe
ad extenſionem pertinet,nõ in his tantùm , ſed genera-
liter attingendus eſt.Videntur autem hoc nomine qua-
tuor argumentorum genera contineri. Primum † eſt, 68
quod argumentum à ſpeciali dicimus:nam ſi lex aliquid
ſpecialiter induci dicat, conſequẽs eſt,vt ius cõmune in
contrarium ſit:& hoc caſu tale argumentũ dicitur , non
ex mentis coniectura,ſed ex ipſo contextu ſumi.vnde ex
lege Iulia[b] , quæ damnatã adulterij dicere teſtimonium
vetat,probatur regulariter mulieris teſtimonium recipi:
tali igitur caſu putauerim etiam in correctoriis huic ar-
gumento locũ eſſe,quia propriè ab extenſione non pro
uenit:cùm lex,quæ ſpeciale eſſe dicat , ex vi illius verbi
negare in aliis cenſeatur : hácque in ſpecie eorũ ſenten-
tiam probo,qui illud quod per huiuſmodi argumentum
inducitur , verbis legis expreſſè comprændi exiſtimaue-
runt[c].Alterum genus eſt quod ab incluſione vnius dici-
tur:lex enim vnum includens,aliud à cõtrario ſenſu ex-
cludere videtur[d],& vice verſa[e]:hócque caſu tacitè & per
coniecturam verius eſt ſenſum talẽ accipi [f] , & ideo hac
ſpecie non vteremur ad iuris antiqui correctionem, niſi
cùm aliàs lex ipſa municipalis eluſoria redderetur[g]. A-
liud genus loci eſt, qui exceptione dicitur : vulgò enim
aiũt ab exceptione regulam confirmari [h]: nam quod in
exceptione compræhenſum non eſt,ſequitur ſub ipſa regu
la contineri [i],& hoc caſu argumẽtum ex proprietate ſer-
monis deſcendit,& vi verbi vnde videtur quacunque in
materia,etiam ſi correctoria ſit,aſſumendum[k]:idque ali
qui probant. Sed ex aduerſo obſtat quòd ſi lex ſacri ſo-
dalitij eos fructibus ſacerdotiorum priuet, qui non reſi-
dent, præterquàm ſi infirmi vel in Pontificis Ro-
mani obſequio ſint : tamen non intelligerur eos pri-
uaſſe , qui in epiſcopi ſui obſequio ſint ,cum nec hi iure
communi priuentur[l].Verùm reſpondendũ eſt,exceptio
nem hoc caſu regulã non confirmare,tum quia regula à
iure communi interpretationem recipit,tum quia exce-
ptio de Romano Pontifici obſequentibus , ſatis oſtendit
idem

a Bald. d. l. maximum.

b l. qui teſtamẽto §. mulier. de teſta.

c Dom. c.i. prima. diſti.

d l. maritus. C. de procu.

e l. cum prætor. de iudi.

f l. apud antiq. C. de fur.

g gloſ l. nulla. C. de epi. & cleri.

h l. nã quod. §. fi. de pen. leg

i c. cum dilecta. de cõf. vti.

k l. alex. auth. ex teſtamento. C de collat.

l c. ad audientiam. de cle. nõ reſid.

idem iuris obſeruandum in his,qui ſuo antiſtiti ſubſer-
69 uiunt:non enim minor eſt eccleſiæ vtilitas. Poſtremus†
locus qui εμφατικωτερως à cõtrario ſenſu ducitur, ſoletq;
ex diſpoſitione ex deſpoſitione generali accipi, quæ cer
ta ratione aliquid inducit,vt ea deficiẽte, mens quoque
legis deficiat: & tale argumentũ à coniectura vires ſu-
mit[a],non autem directò ex vi verborum accipitur. For- a c.cum apo
tiſſimum autem ſemper eſt, quod ſic ducitur enthyme ſtolica. de
ma,dum tamen non ſimpliciter à contrario ſenſu literæ his quæ fiũt
ſit,ſed etiam rationis,ſeu mentis ipſius legis. Quapro- à Præl.
pter cùm lex dicit, Caſſa ſint omnia per Italiã aduerſus
libertatem ſacerdotum conſtituta,nõ ſequitur, ergo ex-
tra Italiam obineant[b]: cùm Italiæ mentio nõ ideo ſit fa b Authen.
cta,vt prouinciæ excludantur,ſed quia frequẽtius id ma caſſ. C. de
li in Italia contingebat,in qua pleræque Reſpublicæ nul ſacr.ſan.
lis ſubiectæ principibus ſæpiſſimè huiuſmodi plebiſcita
ſanciebãt.Quod dicitur, inquit Hieronymus[c], antequã c c.quod di-
conuenirent, non ſequitur vt poſtea conuenerint, ſed citur. extra
ſcriptura quod factum non ſit,oſtendit. Sic in Euãgelio eo. de verb.
Matthæi:Et non cognouit eam,donec peperiſſet: non ſe ſignifi.
quitur,poſtquàm peperiſſet,cognouiſſe:ſed quidã eſt lo-
quẽdi modus,qui ab affectatione ducitur:credebãt enim
fore,vt conuenirent,& vt eam cognoſceret.Galli,inquit
Vergilius,per dumos aderant,arcémque tenebant:id eſt
credebant fore vt iamiam tenerent. Pleraque ſunt huius
rei in myſticis libris exempla,quæ libro aduerſus Heluí-
dium αντιμαρτυριαν collegit Hieronymus. Sic & nos ple-
runque loquimur,cùm dicimus,Iudices priuſquã de cau
ſa cognoſcerent,reum condemnarunt:non ſequitur,er-
go deinde cognouerunt: ſed ſumitur hic modus ex eo,
quod fieri debuit.Si conuenerit,inquit Africanus[d],vt a- d l.ſi conue-
lius prætor quã cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret,&pri- nerit.de iu-
uſquã adiretur mutata voluntas fuerit, nemo cõpelletur riſd.om.iud.
eiuſmodi conuentioni ſtare:non enim ſequitur, poſt-
quam aditus ſit, non licere vtrique parti ab eius iudicio
recedere. Sic cùm teſtator iuſſiſſet fideicõmiſſario caue-
ri ſi filia non diuerteret,reſcripſerunt Seuerus & Anto-
nius,[e] non videri remiſſam cautionem in cauſa diuortij, e l.ij. C. de
quia non eſt veriſimile teſtatorem ad turpem hunc ca- condit inſer.
ſum attẽdiſſe:imò potius credendũ eſt,illa ab eo adiecta vbi. Cinus.

tantibus filiis fœminam excludat, tum ad nepotem non produci, quia nec præcisus hic intellectus[a], nec ex litera sed ἐν πλάτει est. Sed nunquid in statutis argumento à contrario sensu locus erit? Et quia hic tractatus & ipse ad extensionem pertinet, nõ in his tantùm, sed generaliter attingendus est. Videntur autem hoc nomine quatuor argumentorum genera contineri. Primum † est, 68
quod argumentum à speciali dicimus: nam si lex aliquid specialiter induci dicat, consequẽs est, vt ius cõmune in contrarium sit: & hoc casu tale argumentũ dicitur, non ex mentis coniectura, sed ex ipso contextu sumi. vnde ex lege Iulia[b], quæ damnatã adulterij dicere testimonium vetat, probatur regulariter mulieris testimonium recipi: tali igitur casu putauerim etiam in correctoriis huic argumento locũ esse, quia propriè ab extensione non prouenit: cùm lex, quæ speciale esse dicat, ex vi illius verbi negare in aliis censeatur: hácque in specie eorũ sententiam probo, qui illud quod per huiusmodi argumentum inducitur, verbis legis expressè compræendi existimauerunt[c]. Alterum genus est quod ab inclusione vnius dicitur: lex enim vnum includens, aliud à cõtrario sensu excludere videtur[d], & vice versa[e]: hócque casu tacitè & per coniecturam verius est sensum talẽ accipi[f], & ideo hac specie non vteremur ad iuris antiqui correctionem, nisi cùm aliàs lex ipsa municipalis elusoria redderetur[g]. Aliud genus loci est, qui exceptione dicitur: vulgò enim aiũt ab exceptione regulam confirmari[h]: nam quod in exceptione compræntum non est, sequitur sub ipsa regula contineri[i], & hoc casu argumẽtum ex proprietate sermonis descendit, & vi verbi vnde videtur quacunque in materia, etiam si correctoria sit, assumendum[k]: ídque aliqui probant. Sed ex aduerso obstat quòd si lex sacri sodalitij eos fructibus sacerdotiorum priuet, qui non resident, præterquàm si infirmi vel in Pontificis Romani obsequio sint: tamen non intelligetur eos priuasse, qui in episcopi sui obsequio sint, cum nec hi iure communi priuentur[l]. Verùm respondendũ est, exceptionem hoc casu regulã non confirmare, tum quia regula à iure communi interpretationem recipit, tum quia exceptio de Romano Pontifici obsequentibus, satis ostendit idem

a Bald. d. l. maximum.
b l. qui testamẽto §. mulier. de testa.
c Dom. c. i. prima. disti.
d l. maritus. C. de procu.
e l. cum prætor. de iudi.
f l. apud antiq. C. de fur.
g glos. l. nulla. C. de epi. & cleri.
h l. nã quod. §. fi. de pen. leg
i c. cum dilecta. de cõf. vti.
k l. alex. auth. ex testamento. C de collat.
l c. ad audientiam de cle. nõ resid.

idem iuris obseruandum in his,qui suo antistiti subser-
69 uiunt:non enim minor est ecclesiæ vtilitas. Postremus†
locus qui ἐμφατικωτέρως à cõtrario sensu ducitur, solétq;
ex dispositione ex despositione generali accipi, quæ cer
ta ratione aliquid inducit,vt ea deficiéte, mens quoque
legis deficiat: & tale argumentũ à coniectura vires su-
mit[a],non autem directò ex vi verborum accipitur. For-
tissimum autem semper est, quod sic ducitur enthyme
ma,dum tamen non simpliciter à contrario sensu literæ
sit,sed etiam rationis,seu mentis ipsius legis. Quapro-
pter cùm lex dicit, Cassa sint omnia per Italiã aduersus
libertatem sacerdotum constituta,nõ sequitur, ergo ex-
tra Italiam obineant[b]: cùm Italiæ mentio nõ ideo sit fa
cta,vt prouinciæ excludantur,sed quia frequẽtius id ma
li in Italia contingebat,in qua pleræque Respublicæ nul
lis subiectæ principibus sæpissimè huiusmodi plebiscita
sanciebãt.Quod dicitur, inquit Hieronymus[c], antequã
conuenirent, non sequitur vt postea conuenerint, sed
scriptura quod factum non sit,ostendit. Sic in Euãgelio
Matthæi:Et non cognouit eam,donec peperisset: non se
quitur,postquàm peperisset,cognouisse:sed quidã est lo-
quẽdi modus,qui ab affectatione ducitur:credebãt enim
fore,vt conuenirent,& vt eam cognosceret.Galli,inquit
Vergilius,per dumos aderant,arcémque tenebant:id est
credebant fore vt iamiam tenerent. Pleraque sunt huius
rei in mysticis libris exempla,quæ libro aduersus Helui-
dium ἀντιμαρίταν collegit Hieronymus. Sic & nos ple-
runque loquimur,cùm dicimus,Iudices priusquã de cau
sa cognoscerent,reum condemnarunt:non sequitur,er-
go deinde cognouerunt: sed sumitur hic modus ex eo,
quod fieri debuit.Si conuenerit,inquit Africanus[d],vt a-
lius prætor quã cuius iurisdictio esset, ius diceret,&pri-
usquã adiretur mutata voluntas fuerit, nemo cõpelletur
eiusmodi conuentioni stare:non enim sequitur, post-
quam aditus sit, non licere vtrique parti ab eius iudicio
recedere. Sic cùm testator iussisset fideicõmissario caue-
ri si filia non diuerteret,rescripserunt Seuerus & Anto-
nius,[e] non videri remissam cautionem in causa diuortij,
quia non est verisimile testatorem ad turpem hunc ca-
sum attẽdisse:imò potius credendũ est,illa ab eo adiecta

a c.cum apostolica. de his quæ fiũt à Præl.

b Authen. cass. C. de sacr.san.

c c.quod dicitur. extrà eo. de verb. signifi.

d l.si conuenerit.de iurisd.om.iud.

e l.ij. C. de condit inser. vbi. Cinus.

verba, quòd crederet filiam aliquo modo non diuersuram, vt conditio vim causæ impulsiuæ respiciat. Ex qua ratione deducitur, huiusmodi argumenta legitimè non sumi à contrario causæ impulsiuæ sensu, sicut nec verborum, quæ narratiua vocant, vel quæ modum, non autem conditionem inducunt [a]. Itémque quoties pluribus rationibus, quas finales vocant, aliquid inductum sit [b]: aliqua enim deficiente, non tamen dispositio ménsque proferentis cessat [c]. Finge igitur, lex iubet quod minor xviij. annis non possit absque certa solennitate obligari, nō censebitur vt post illud tempus velit eum legitimè obligari [d], sed tantummodo prohibitio illius legis deficiet, & casus ceu omissus ex dispositione iuris cōmunis limitabitur: talē enim esse mentē legislatoris credendū est, ne inducta ad prohibendū, permittere videantur [e]. Eodē modo finge, lex ait: Nemo ex mutuo vltra quincuncē vsurarū nomine accipiat, non sequitur permissas esse quincūces vsuras, quas constat lege Pontificū prohiberi, sed simpliciter apparet, intra quincuncē nihil à lege municipij dispositū. Ex his quoque consequens est, qui vnū dicit, licet à contrario sensu videatur aliud excludere, vt propter mentē præsumptā non censeatur ea excludere, quæ ei, quod dictū est, connexa, accessoria, similia sunt [f], cùm vt argumentū valeat non solùm à contrario verborū sensu, sed & mentis accipi debeat. Concludendū igitur, cùm hic locus non ex verbis, sed ex cōiectura oriatur, regulariter in statutis correctoriis nō assumi, nisi his in casibus, quibus suprà in eis extensioni locū esse docuimus, vt cùm aliàs dispositio superflua redderetur, vel elusoria. Vnde cùm lex municipalis sic scripta est: Non exiſtētibus masculis, fœminæ succedant, receptū est eis existentibus fœminas excludi [g]. Sic & lex, quòd mulier filios non habens, possit de dote testari, à contrario sensu intelligitur, vt si habeat, nō possit, ne alioqui superflua esset [h]. Adsumetur tamen, quando non per extensionē, 70
sed ex verbis quoq; aliquo modo compræenditur, vt in eo casu dictū, qui à speciali dicitur [i]: itémque in eo, quo ab exceptione regulam firmari docuimus [k]. Sed & quoties correctio legis nulla induceretur, non est dubium tali argumento locum esse [l]: nam tunc regulariter suprà

a l. Titio centum. in prin. ff. de cond. & dem.
b §. affinitatis. Instit. de nupt.
c l. j. §. sexū. de postul.
d Bal. l. j. C. de inut. stip.
e l. legata in utiliter. de legat. j.
f Feli. c. non ne. de præsumptio.
g Alex. l. j. de offi. eius
h anchar. cōsi. ccxiij. pro isto prin.
i Bal. l. observare. §. proficisci. in iij. quæst.
k Bal. cons. clxxiij. in prouincia. in iii. quæst.
l Felin. d. c. significasti. de foro compet.

prà ostendimus permitti extensionem, nisi esset expressim prohibita, vt quia cautum est verba ad literam intelligi debere [a]: itémque nisi in pœnam legislator incideret, vel aliquid huiusmodi odiosum, absurdum, ineptum consequeretur: quæ omnia superius declatata sunt. Suprascrip. quæst. cohæret alia quoque regula, qua vulgò dicimus, contrariorum eandem esse disciplinam [b]. Vidēdum igitur quomodo intelligenda sit, & an in legibus municipalibus locū sibi vendicet. In qua re breuiter dicendū est, vbi eadē est ratio, ibi eandē esse contrariorum dispositionē [c]. vbi diuersa sit ratio, diuersam [d]: vbi contraria, contrariā [e]: túncque esse regulæ locū, quæ in Topicis traditur. Id propositum in proposito operari, quod in opposito oppositum [f]. Quapropter apparet hæc non ex vi verborum, sed ex ratione ipsa procedere: & ideo in casibus, quibus suprà ostensum est à verbis non recedi, & extensioni locum non esse, huic quoque regulę nihil tribueretur. Hincq; est quòd si lex municipij sororē excludit ab hæreditate fratris non videtur vice versa fratrem sororis hereditate priuasse: [g] sicut videmus, quod media iuris prudentia masculos volebat fœminis succedere, & nō ex aduerso fœminas maribus: quoniā cōmodius visum erat, sic iure constituere, vt plerunque hereditates ad masculos cōfluerent: obtinuítque diu hæc sentētia, donec per Iustinianū abrogata est. Sic Senatusconsulto Tertylliano mater filio succedebat, & nō filij matri, donec deinde ex Orficiano ei quoque ꝓuisum est. Vn

71 de apparet, quāuis æquum sit successiones * esse reciprocas [h], nō tamē hoc sufficeret vt extēsio fiat, nisi quatenus noua lege caueatur: nec enim id per regulā veterem generaliter statutū est, vt sicut ego tibi, ita & tu mihi succedas, sed certis tantū casibus [i]: vnde extensioni, quā passiuā vocāt, locus nō est. Quapropter ex fama ꝓnunciatū

72 scio, cū lex legitimatos * prohiberet legitimis succedere, nō censeri viceuersa vetitū filio legitimo, quò minus ipse ei, qui natalibus restitutꝰ esset, succederet. Ceterū & è cōuerso, si lex fratrē ab hereditate sororis alienū esse velit, nō prohibetur soror fratris hereditatē adire [k]: verba enim legis obseruāda sunt: & qui eis nō excluditur, iure communi potior erit: cùm si quicquā indecens cōstitu-

a gl. in l. i. de vsur.

b gl. rubr. ff. de acq poss.

c l. ab emptio. de pac.

d l. inter stipul. §. sacrā. de verb. obl.

e l. & si contra. de vulg.

f l. fi. §. fi. de leg. iii.

g Bal. l. lege xii. C. de leg. hered.

h § filium. in aut. quib. mo. nat. effi. sui.

i l. si ab eo. C. de leg. her. l. cōmunium. C. de nat. li.

k Bal. l. testamentum nō ideo. C. de testam.

tum sit,non ideo ad cōsequentia sit trahendum,vt aliud quoque inducatur.Sic & Paul.Castrensis[a] legem qua soror ab hereditate fratris reiicitur, respondit ea interpretatione non accipiendam,vt etiam ab hereditate sororis excludatur:quæ sententia est vera,nisi in lege ratio conseruandæ agnationis expressa sit, quo casu suprà aduersam huic Curtij[b] sententiā probaui.Non tamē perpetuū est in lege municipali huic argumento sedem non esse. Atqui in casibus,quibus extensio fit,fortissimus hinc accipietur locus:quo fit,vt in correlatiuis æquiparatísque, etiā si de pœna agatur[f],non tamē tali cardine innixa ratio explodatur[c]: cuius rei exempla quamplurima Iason refert.Hinc est quòd si lege cautum sit, ne testibus exceptio probari possit,nec actio quidem poterit[d]: cui enim damni actionem,multò magis exceptionem:& regula iuris antiqui est,in probationibus non plus actori[*] fauendum quàm reo. Hinc prohibitus à lege correctoria aliquem condemnare,censebitur prohibitus & absoluere[e], nisi legis ratio sit,quia suspectā habeat iudicis sæuitiam. Quapropter hereticæ impietatis quæsitor[f], delatum ad se reum absoluere poterit, condemnare solus non poterit.Hinc si lex legatum probari per duos testes posse constituat,etiā ademptio, legati hoc numero probabitur[g]: paribus enim passibus in iure ambulant datio & *ademptio[h].Et hæc quidem sufficiant. Ceterum cùm extensio etiam ex variis argumentorum generibus in iure nostro fiat, erunt fortè qui hanc quoque partem à nobis attingi desiderabunt.Sed hi velim sciant, à plerisque tam veteribus quàm recentioribus,adeò diligenter, etiam integris voluminibus materiā hanc explicatam, vt minimè nostra opera quisquam indigere possit. Adde quòd omnino argumentandi ratio ad Iurisconsultos nō pertinet. Optimus erat legum interpres Trebatius, etiam priusquam M.Tullius Topica eius nomini dicaret: qui enim iudicio naturali lepram à lepra(vt vulgo dicitur)discernere nequit,is legibus nostris addictus, olei & somni iacturam facit. Spectant huiusmodi ad dialecticos, quorū ars in contentione verborum cōsistit: Iurisconsultum verò id solum decet,vt rationes legis cōsideret: vbi ratio dissimilis est,ibi argumentum esse inefficax sciat:at vbi simili-

73 (beside "dum quàm reo")
74 (beside "ptio.Et hæc quidem")

a Paulus cōsil.cccxl.hereditas prædicta. Dec. consi.lxxj.in fin.
b Cur. consi. ix.
c Ias.l.fi.C. de indi. vid. tol.
d Bal.j.c. de mut.petit.
e l.nemo qui de reg.iur.
f glo. cle.de heret. ver. eos.
g Bal.l fi.C. de fideicon.
h glo.l. cum proponebatur.de le. ij.

ſimilitudo rationis adeſt, etiam ſi alioquin res diuerſiſſimæ ſint, tamen ab vna ad aliam procedemus. Quid magis inuicem pugnat, quàm teſtatũ eſſe, & inteſtatum? & tamen de vno caſu ad alium argumentamur[a]. Quid amplius diſſidet, quàm ſacerdos & aſinus? & tamen de vno ad alium Alexander Pontifex, ceu de ſimilibus argumentando, proceſſit: quod Antonius Butri. adnotauit[b]. Quid rurſus tam malè cohæret, quàm perplexitas, & verendorum nerui? & tamen Gregorius ſimilia hæc
75 exiſtimauit[c]. Ex ſimilitudine igitur rationis * legum ſcientia porrò extendenda eſt, locorum argumentorúmve ſedibus hiſce, qui ſe logicos dicunt, derelictis.

a d.l.cauſa. de vulg. & pupil.

b c.fin.de treu.& pac.

c c.nerui teſticulorũ. xiii.diſt.

ANDREÆ ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. DE VERBORVM ſignificatione Liber tertius.

SVMMÆ.

1 *Legum, humanorúmque actuum diſcrimen multiplex, ex cauſa ſecus.*

3 *Pura non extendi ex cauſis contrà.*

4 *Extenſionem ex mente fieri idque variis ex cauſis.* 5.7.8. 10.*ex cauſis ſecus* 11.

6 *L.Tale.§.fin.de pact.explanari.*

9 *Omiſſa pro expreſſis ex cauſis habenda.*

12 *Conditionalia non extendi: in caſibus diuerſum.*15.

13 *Legitimatos filios dici.*

16 *Subſtitutum ventri, nullo nato admitti.*

17 *Conditio neceſſaria extendibilis, niſi in caſibus.*

18 *L.Mulier.ad Trebel.& l.fideicommiſſa.§.ſi cui.de legatis iij.conciliari.*

19 *Tunc, vocis effectus.*

20 *Substitutum, execto ventre, admitti.*
21 *Conductio spontanea inextendibilis: ex causis diuersum 22.23.24.*
26 *Posthumo etiam mortuo substitui.*
27 *Substitutum pluribus nascituris, nato vno succedere.*
28 *Substitutioni etiam non natis institutis, locum esse.*
29 *Simplex admixtum, nisi ex causis, porrigi: idque in quouis actu.*
30 *Causæ potentiores variæ: eædémque spectandæ. 31.32.*
33 *Actus inutilis sustinendi, spectandi modus: ex causis contrà. 34.*
35 *Voluntatem ob superuenientiā inopinatam mutatā censeri.*
36 *Clausulam, rebus sic stantibus, ex causis cessare, alioquin contrà.*
37 *Probationes variè sumi.*
38 *Taciti actus legis, an hominis sint, dignoscendi modi.*
39 *Contractuum, & vltimarum voluntatum discrimina.*
40 *Voluntatum vltimarum remedia.*



SVPEREST nunc, vt ad actiones hominum deueniamus: & sicut à nobis, quemadmodum legibus extensio fieri possit, suprà expositum est, ita in præsentia declaremus, queadmodum contractus, & vltimæ morientium testationes, ad casum omissum per interpretationē produci possint. Nec absq; cōsilio nobis visum est materiā hanc separatim tradere, non quòd inter cōtractus quoque & vltimas volūtates aliquæ non sint differentiæ[a], sed quòd multo maiores simul hæc habeant cum legū interpretatione discordias. Quarū † est causa, 1 quòd legis* dispositio ex sola mente vnūquemque obliget: 2 neque enim legis mēs aut ratio ideo minus pollet, quòd verbis nō sit expressa, cùm non minus cōmittat in legem, eíq; fraudē faciat, qui verbis obtēperans rationē negligit[b], quàm qui vtrunque negligit: at in humanis actionibus sola mens nihil proficit, nisi aliquo modo expressa proponatur[c]. Ad hæc rationem legis perscrutari plerunque facile est, ex eáque argumentari concessum est, cum generaliter proditum sit, id pro statuto habendum

a Ias. l. quæ de legato. ff. de legat. i.

b c. fi. de reg. iur. in vj.

c l. quidam cum filium. de hered. instit.

bēdum, quod legislatores, si de eo casu interrogati fuissent, verisimiliter constituissent [a], quem sensum ἐκ τῆς ἐπιεικείας, id est. ex bono & æquo accipi Aristoteles Moralium v. auctor est. At rationes hominum in vltimis voluntatibus discernere difficile est, in contractibus longè difficilius, cùm semper debendi reus negaturus sit, ne productio fiat[b], creditor propter vtilitatem sit affirmaturus: meritò igitur fatendum est, interpretationes huiusmodi facilius in verbis legum fieri: quod non paucis quoque in speciebus exempli causa demonstrabo. In edicto prætoris[c], cùm de actione fiunt verba, & de pœnali, & de qualibet alia intelligitur. at cùm quis in iudiciis actionem intendit, de speciali tantùm accipitur[d]. In lege cùm diœcesis fit mentio, & de ciuitatis, & de agri administratione intelligitur[e]: at in hominis dispositione, extra ciuitatem tantùm diœcesis est[f]. In lege singulari, quam ἀοριστικὴν, id est, indefinitam vocant, semper vniuersali æquipollet[g]: in dispositione hominum non item. Lex de curatore loquens, etiam in tutore locum sibi vendicat[h]: at si testator curatorem dare se impuberi dixerit, nihil agit nec tutor datus intelligitur[i]. Sic quoties lex filij mentionem facit, non est dubiū & nepotem contineri: cùm testator filiis tutores dat, nepotibus cōsuluisse non videtur[k]. Si lex vniuersali termino etiam geminato vtatur, vt quicunque, quisquis, ad idoneos regulariter restringitur: at in contractibus aliud est[l]. Vnde qui sibi & quibuscunque heredibus feudum, quod vocant, stipulatur, etiam de extraneis & aliàs incapacibus egisse præsumitur, ídque receptius est. Quoties tamen voluntas in obscuro non est, nulla constitui differentia debet: quin sicut verba legum generaliter, quatenus ratio suadet, intelligitur, ita si & hominum dispositiones, reguláque illas obseruemus, quibus traditum est, de placitis hominum ad legum scita argumentum valere[m] sicut de contractibus ad vltimas voluntates, & vice mutua de hisce voluntatibus ad contractus[n]: cúmque inter hos aliqua differentia sit, leges municipales vltimis voluntatibus potiùs quàm contractibus accedere[o]. Igitur vt ad rem deueniamus, puto quinque axiomatis, seu conclusionibus materiam hanc omnem

a l. tale.§.fi. de pac. in gl.
b l. an inutilis. de acce.
c l.i. §. quod autem. de alea.
d Bart. l. hoc legatum de l.iii.
e l.i. C. de pri. car.
f c. Rodulphus. de res.
g Bar. l. si pluribus. de leg. ii.
h glo. auth. minoris. C. qui dare tut.
i l. tutores. §. i. de admin. tut.
k l. quid si nepotes. de test. tut.
l Bald. l. i. C. si cen. l as. l. i. §. nuntiatio. vers. iii. de ope. no. nunt.
m l. non impossibile. de pact.
n d. l. quæ de legato.
o glos. l. i. C. de his, quib. vt indig.

extricari posse. Prima est: Prouisio † qua quid purè 3
dispositum est, in vno casu facta, ad alium non producitur. Quapropter si alij fundum, alij vsumfructum eiusdem fundi testator legauerit, vsusfructus communicabitur: quia fundi appellatione etiam vsusfructus continetur [a], nec error testatoris faciet, vt alij soli vsusfructus detur, nisi aliter verba conceperit. Sic & testator, qui tutores filiis dedit, de eo non intellexisse cēsebitur, quem habere se ignorabat, tametsi verisimile sit, ei quoque, si sciuisset, daturum [b]. Sic cum dotem pater daret, si in alterum casum vel diuortij vel mortis stipulatus sit, in alterum, in quem non pepigit, mulieris actionem esse respōsum est [c]. Et conclusionis ratio illa est, quòd in dubio standum est verbis, nec videtur quis aliud sensisse, quàm quod verbis expressit. Non obseruatur prædictum axioma quatuor casibus. Primus est, cùm id quod omissum est, virtute † expressi intelligi potest, vel ex natura 4
actus [d], vel ex antecedente, consequentéve [e] necessario, vel propter connexitatem [f], vel quia inuicem se respiciant [g], vel quia per argumentum à contrario sensu id suadeatur [h], vel quia prouisum in simplicibus esset, & de casu mixto agatur [i], vel quia testator plus expresserit: nam & de eo quod est minus, vtique verisimile est prouisum [k]: quod & quandoque viceuersa accipitur, & ex minori per coniecturam ad id, quod maius est perducimur. Sanè & quædam propter fauorem vltimarum voluntatum pro consequentibus, seu connexis habentur, quæ in contractibus separata censentur. Ecce: Qui vendit fundum, iter seu viam ad eum præstare non tenetur, nisi expressim ita conuentum sit [l], & tamen heres fundum à testatore dare iussus, viam quoque ad eum præstabit [m]. Qui mandat numerum Canonicorum coerceri, quia reditus diminuti proponātur, non censetur id mādasse, vt auctis facultatibus, augeatur [n]: quod tamen in vltimis voluntatibus contrà est [o]. His non absimile quod in dispositione legis Bartol. scripsit in causa læsæ maiestatis, famosi, itémque alij testes reprobi admittuntur. Qui igitur eo crimine legatum accusat, quia successorem non admiserit, hoc ipsum hisce testibus probare poterit. Quod si negetur eum legitimum successo-

rem

a l. si alii. ff. de vsufruct. leg.
b l. si quis ita. §. si quis. cum. de test. tut.
c l. si cū dotem. so. mat.
d l. si nō fuerit. pro soc.
e l. illud. de acq. hered.
f l. Lucius. §. Paulus. de administ. tut.
g l. alteri. de adim. leg.
h l. aliquādo. de condi. & demonstr.
i l. si ita de lib. & posth.
k l. qui quartam. de le. j.
l l. in vendēdo. de cōtrahend. emp.
m l. binas. de seruit. vrba. præd.
n c. si. de ver. signific.
o l. fi. §. fina. de leg. iij.

rem eſſe, non poterit, nec huiuſmodi conſequentia ad-
5 minicula idem priuilegij habebunt [a]. Secundus† caſus
eſt, quando veriſimilis mens teſtatoris eſt, vt idem ſit in
caſu omiſſo. Quod in eo reſponſum eſt, qui vterum filiæ
prægnantis inſtituit, cùm ſe inſcio ruri albeſcente cœ-
lo, iam enixa eſſet: erit enim infans ex eo teſtamento
heres [b]. Sic & qui poſthumum inſtituit, quem credebat in
lucem ſe mortuo venturum, eo quoque caſu inſtituiſſe
cenſebitur quo, ſe viuo, naſcatur [c]. Sed tamen hoc ita
intelligendum, vt procedat, cùm de eadem perſona agi-
tur: idem enim ille nepos eſt, ſiue iam natus ſiue pòſt na-
ſcetur, ſiue viuo, ſiue mortuo teſtatore. At ſi alia perſona
ſit, caſus pro omiſſo habebitur: cùm enim teſtator de ea
non cogitauerit nec diſpoſuerit, ſaluis regulis iuris non
poſſumus aliter conſtituere [d], cùm præſumpta teſtatoris
mens, niſi in aliquam diſpoſitionem tranſierit, non ob-
ſeruetur [e]: nam actus hominum vltra eorum præſentem
cogitationem non operantur [f]: & receptum eſt, teſtan-
tium volũtatem ex eo interpretationem accipere, quod
ipſi opinabantur, non ex eo, quod ex ſe verum ſit [g], ma-
ximè cùm regulariter vlla perſona extrinſecus aſſumi
non ſoleat [h]. nam etiam in ſubſtitutione vulgari nunquã
videmus omiſſum verbis caſum ex mente comprændi,
cùm ſubſtituti perſona variatur [i]: mandatum quoque ad
aliam perſonam non producitur, tametſi idem effectus
conſequi inde poſſit [k]. Nec me quicquam mouet, quòd
à Seuero Imp. conſtitutum eſt, poſthumum teſtamento
matris præteritum, quæ in puerperio repentina mor-
te deceſſerit, coniectura mentis maternæ cum fratribus
cenſeri inſtitutum: nec eo caſu teſtamentum ceu inoffi-
cioſum expugnari poſſe [l], quia arbitror propter iuſtam
impedimenti cauſam, & quia nullum filiis damnum in-
de oritur, atque etiam odio querelæ, ita conſtitutũ. Mi-
nus quoque moueor Papiniani reſponſo [m], quo pactio-
6 nem† dotis mihi vel fratri heredi meo reſtituendæ, non
prodeſſe fratri reſpondit, ſi heres non ſit, ſed filiis potius
meis, quos poſtea ſuſceperam, heredéſque ſcripſeram:
nam ibi mentio fratris demonſtratiuè addita erat, cùm
crederet ſtipulator fore, vt is eſſet heres: vnde, ſuſceptis
poſtea filiis, ipſi agũt: quia pacti verbis non excludũtur,

a Bart. l. in quæſtionibus. ad l. Iul. maieſt.

b l. Titius. §. fin. de libe. & poſthum.

c l. fi. C. de poſt. hered.

d d. l. ſi quis ita. §. ſi quis cum.

e d. l. quidã cùm.

f l. non omnis. ſi cert. pet.

g l. quo loco. §. j. de here. inſtit.

h l. ſi ita ſtip. §. Chryſogonus de verb. oblig.

i l. ſi paterf. impuber. vbi Imol. de vulg.

l l. mandaſti de neg. geſt.

l l. iij. C. de inoff. teſt.

m d. l. tale. §. fin.

cùm heredes ſint. Non ergo is caſus poteſt omnino omiſſus dici. Et licet Accurſius ex eo reſponſo generaliter cẽſeat, id pro ſtatuto habendum, quod veriſimiliter conſtitutum fuiſſet, ſi de eo quæſitum foret: vt demus verum eſſe in legibus, quarum mens ſola obligat [a], in actionibus certè hominũ aliud eſt, & ex his tractatis diſtinguẽdum. Quo fit, vt etiam recentiorum quorundam ſententiam probare non poſſim, mentem teſtatoris obſeruari arbitrãtium, etiã ſi aduerſus verba faciendũ ſit [b]. Si enim id ſequeremur, ſola mens abſque vllis verborum adminiculis ſufficeret, quod ſupra falſum eſſe oſtendi. Ad mentẽ igitur attendimus*, non quando aduerſatur verbis, ſed quando præter verba eſt, cùm ſcilicet caſus omiſſus eſt, non quãdo aduerſus. Quod & ex ea communiter recepta ſententia deprændi poteſt, quâ traditur in ea conditione, ſi Titius deceſſerit ſine filiis, non cenſeri filios aliquo modo ex teſtamento vocatos [c], cùm quæ in conditione ſunt, ad diſpoſitionem non referantur: nam etiam ſi aliqua coniectura adſit vt quia huiuſmodi filij grauati à teſtatore fuerint, vel interdicta illis alienatio, nõ tamen à verbis recedimus, & ſolũ in conditione poſitos arbitramur: huiuſmodíque quamplurimas coniecturas in Socini [d] reſpõſis confutatas cernere eſt, quæ in præſentia referre operæpretium non eſt. Poſſet tamen tam euidens coniectura mentis allegari, vt ad caſum quoque omiſſum diſpoſitio teſtatoris meritò producẽda videretur. Quo argumẽto in ſubſtitutione vniuerſali, caſu quo nullus filiorũ teſtatoris ſit ſuperſtes, reſpõdit Alex. [e] ſubſtitutũ etiam à fœminis legatariis excludi propter quaſdam cõiecturas. Tertius eſt † quando caſus non omnino omiſſus eſt. tunc enim ex mente fiet extenſio. Cuius rei exemplum eſt, quando teſtaror in ſimplicibus diſpoſuit: nõ enim mixtũ caſum omnino omiſiſſe creditur, qua de re infrà quinto axiomate diffuſius agetur. Sed & ſi ſub verbis aliquo modo contineri poteſt, pro omiſſo nõ erit quod in ea ſpecie a Decio [f] reſponſum eſt, cum teſtator Titio ſubſtituiſſet, & eius filiis deficientibus, ſeu decedentibus: licet enim non dicatur decedere, qui nõ natus eſt, dicitur tamẽ ἐν πλάτει & craſſa Minerua, deficere. Sed hoc vix mihi perſuaderi poteſt, vt deficere dicatur, quod nunquam

6 (margin, beside "mentẽ igitur attendimus")
7 (margin, beside "Tertius eſt †")

a l. nominis §. i. inf. cod.

b l. heredes. §. cum. ita. ad Treb. l. Publius. §. fi. de condit. & demonſt.

c gl. in l. Lucius de hered. inf. Car. cõſ. xlv. Cor. conſil. cxviii.

d Socin. con cxxvi. iii.

e Alex. conſ. xvii. vii.

f Dec. conſil. ccxxvii.

nunquã incœperit [a]:& ideo verius arbitror, nullo modo ex verbis sed ex cõiectura mentis solùm intelligi. Ceterùm & casus † ille omissus non censébitur, qui ex verbis
9 saltẽ impropriè acceptis cõprændi potest [b]. Idẽ quoties testator vnicum casum expressisset, verisimiliter credens alium non euenturum, alioquin illum etiam expressurus is pro omisso non habebitur [c]. Quod & in conditionibus procedit, quamuis specialiter & ad vnguẽ obseruari debeãt. Idem opinarer quoties id esset expressum, quod frequentius solet euenire, vt non censeatur rarius cõtingentem casum exclusisse, in quo eadem ratio idémque effectus sit [d]. Idem quando id expressisset, cui aliquid ex consuetudine soleat accedere: nam de eo, quod ex sequela est, actum quoq; interpretabimur [e]. Quapropter cum negotiator Titio mandasset, vt mutuò centum sola acciperet, responsum est sub vsuris accipi posse, quòd non soleant negotiatores inuenire, qui alia conditione mu-
10 tuare pecuniam velint [f]. Quartus † est, cum casus omissus est similis expresso, & eundem effectum habet: fit enim ad eum extẽsio. Quapropter si mãdauero, vt pro Titio fideiubeas, & tu non fideiusseris, sed creditori mandaueris, vel aliter egeris, quã quod mãdatũ sit, nihilominus tenebor [g]. Vnde & Iason cum diligenter seruandos mandati fines docuisset, ab eiúsque forma non recedendum, subdidit tamen, posse plenius, vberiúsque adimpleri: posse formæ superficiem negligi, dum effectus seruetur: posse quod mandatum non est, sed mandato vicinum, expediri [h]. Itémque quod connexum, quod antecedens quod consequens, quod accessorium, siue de iure, siue de consuetudine, quæ latius apud eum legenda relinquimus. Hinc prohibita à testatore alienatione, omnis modus vetitus censetur, vnde aliquo casu dominium transferri possit [i]: concessáque executori facultate vendendi, vt creditoribus satisfiat, poterit & in solutum dari, & pignori opponi, cæteráque fieri: vnde huiusmodi causa satisfactionis obseruetur [k]. Qua ratione in quæstione facti obtentum vidi. Romanus Pontifex præposito cuidam concesserat, vt ex ecclesiæ immobilibus bonis vsque ad quingentos aureos alienaret: is census quosdam vendiderat, responsum fuit, quamuis huiusmodi intra appella-

a l.Titio v- susfr.de cõd. & demonst.

b l. diuus.de vsu.& hab.

c l.mulier. in fin.prin.ad Trebellia.

d gl.authen. cassa. C. de sacro. sanct. eccles.

e l.cuicũque §. pe. de instutor.

f Roma.l.iij. §. iurari. de iureiur.

g l. fi.§. fin. mand. Iaso.l. siprocurator. C.de procur.

h l.iam. tamen §. pen. iudic.sol. fin.

i Bart. l.in quorũ. de pigno.ff.

k Bar.l.alio de ali.leg.

tione bonorum immobilium ſtricto ſermone non contineantur [a] tamen propter effectus ſimilitudinem, non eſſe dubitandum, quin alienatio fieri potuerit. Quandoque tamen etiam† ſi idem effectus ſuadeat: non fit huiuſ 11
modi extenſio: vt cum prætor tutoribus permittit vendere, ſi illi obligent, nihil agunt [b]: ſi enim voluiſſet prætor vt eis obligare liceret, non rectè partibus ſuis functus diceretur, qui venditionem conceſſiſſet: meritò decreti formâ ſeruãda fuit. In materia quoq; ſtricta, in qua à verbis non recedamus, quales ſunt gratię ac beneficia, quæ propter ambitionem ſacerdotum reſtringuntur, non accipietur huiuſmodi interpretatio [c]. Sed & extẽſio non fiet ad caſum principis diſpẽſatione indultum, tum quia de tali teſtatorem cogitaſſe non eſt veriſſimile [d], tum quia idem omnino effectus inde non prouenit [e]. Qui enim aliquid filio prohibet antè quàm legitimã ætatem habuerit, de eo, qui veniam ætatis impetrarit, non intelligitur: non enim princeps reſcripto ſuo maturitatẽ conſilij illi dare poteſt [f]. Hinc quoque illud inductũ quidam arbitrantur, vt ſi pro tutore fideiuſſero, iſque non adminiſtrauerit, tametſi adhuc iſte conueniri poſſit, ego tamen non poſſim: ipſe enim conuenietur, tanquam ſocij qui adminiſtrauit fideiuſſor [g]: at ego pro eo ſolum promiſiſſe cenſeor, quod propria obligatione, non quod aliena debeat: cum ergo idẽ effectus non ſit, ad hunc caſum fideiuſſio mea nõ protrahetur [h]. Quo exẽplo cũ miles in procinctu ſocietatem prædæ de hoſtibus faciẽdæ cum Titio contraxiſſet, dixi, in hanc cauſam id non protrahendum, quod is ab alio ſocio cõſequuturus erat, ſed id ſolũ, quod ipſe manu, virtute bellica cepiſſet: nam & ſolet dici [i], Socius ſocij mei, mihi ſocius non eſt.

SECVNDVM † axioma in hoc tractatu eſt: Pro- 12
uiſio conditionalis in vnum caſum, non trahitur ad omiſſum, qui expreſſo diſſimilis ſit [k]. Quapropter pater dotem ſibi reddi in caſum mortis filiæ ſtipulatus, in caſum diuortij integram filiæ actionem reliquiſſe cenſebitur: & viceverſa, ſi in caſum diuortij ſibi ſtipulatus ſit, filiæ heredes in caſum mortis dotem repetent: caſus enim hi diſſimiles ſunt, cùm qui ſibi diuortio ſequuto, paciſcitur, mulierẽ retrahat, ne facilè aut ipſa diuertat, aut marito

a l. à diuo. §. in venditione. de re iud.
b l. ſi pupillorum. §. fi. prætor. de reb. cor.
c c. ſuſceptũ. de reſcript. in vj.
d l. apud Iulianum. §. fi. de legat. j.
e l. fi. C. de his qui ven. æta.
f l. j. de minor.
g l. fi. C. ſi tut. non geſſ.
h l. iij. §. illud. rem pup. ſal.
i l. nam ſocii. ff. pro ſoc.
k l. ſi cùm dotem. ſol. matr.

marito diuertendi causam præstet. Qui verò ita casum mortis stipulatur,mulieri facultatem relinquit,vt eadem dote possit iterum nubere.Nec obstat, quod extraneus dotem sibi reddi in casum facti matrimonij, & quoquo modo soluti,stipulatus in eũ quoq; casum aget,quo matrimonium à principio non valuerit [a].& sic factum non sit:nam hoc ex mente inductum est: constabat enim de errore extranei matrimonium valere existimãtis, vnde datum od causam ea non sequuta,condici debuit.Confirmatur axioma illud eo quoque respõso [b],quod traditum est, posthumum suum heredẽ cõmodissimè institui, siue viuo me,siue mortuo natus sit: quia si alteruter casus omissus fuerit,eo qui omissus sit, natus rũpet testamẽtum: ex mente enim testatoris apparet,hosce casus eũ pro diuersis habuisse,vt qui fortè cuperet vel videre sibi heredem,vel supposititium partũ post mortẽ vereretur,vel alia simili causa. Quod si appareret cõditionẽ se mortuo appositã,qa existimaret se tũc moriturũ,cũ præter spẽ superuixerit,aliud ex Iustiniani sãctione esset [c].Ego tamẽ Iustiniani decisionẽ proprietate verbi defendi arbitror: quia dictio,*intra decem menses*,significat vsq; ad dẽcẽ mẽses,quod alibi declaraui [d]. Pro eadẽ sentẽtia etiam illud inducitur,ꝙ fideicõmissum alicui relictũ,si heres sine liberis decesserit, adoptionis cõmẽto nõ extinguitur [e]:nõ enim naturalis & adoptitius hoc casu videntur similes, quia cũ conditio à testatore apposita ex incerto euentu pendeat,non debet in potestate heredis esse adoptando sibi filios,fideicõmissarium eludere [f].Quapropter existimauerũt quidam, si filij antè iam adoptati fuissent,tunc cõditionem pro defecta haberi [g]: deficit enim hoc casu ratio,soléntq; in iure adoptiui pari in casu cũ iustis filiis esse [h]:& id non nominis solũ respectu [i] (nam & ipsi filij sunt)sed etiam effectus. Quam sentẽtiam defendi posse opinor,cùm testator huius rei conscius erat, scilicet heredi filios adoptiuos esse [k]. Idémque certius adfirmandum, cum verba conditionis de filijs legitimis tantum concepta sunt: qua tamen in re aliter Decio [l] visum est. Sanè operæpretiũ est S. cõsultũ referre ad has adoptiones pertinens, Pub. Mario L. Asinio c o s s. tempore Neronis factum, quod hisce verbis Cornel. Tacitus li-

a l.si extraneus.de con. cau.data.

b l.commodissimè. de lib. & posth.

c l.fin.C.de post hered.

d l.si quis fic. de verb. signifi.

e l.fideicommissum. de condit.& demonst.

f l.nec ei.§.j.de adop.

g Ray.d.§.& quidũ tãtum.

h l.nec in ea de adult.

i l.fi.de bon. dam.

k l.si te parẽs.C.de suis & legit.

l Dec.cons. ccccxviij.

bro xv.refert: Percrebuerat ea tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitiis, aut sorte prouinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciserent filios, præturásq; aut prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia Senatum adeunt, ibi naturæ munus, labores educandi aduersus fraudem & artes, & breuitatem adoptionis enumerant: satis pretij esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honorē, cuncta prōpta & obuiā haberent: sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repentè adæquaret. Factum ex eo S.consultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsurpandis quidē hereditatibus prodesset. Quibus verbis satis ostenditur, quantam differentiam antiqui inter iustos filios, & adoptiuos constituerint. Hincque consequenter deducitur, an grauatus sine filiis decesserit, si filios legitimatos, hoc est, natalibus beneficio principis restitutos, relinquat, restituere teneatur? Et crebrior sententia est, conditionem defecisse, siue per subsequēs matrimoniū siue per rescriptum legitimati fuerint. Quod etiam in ea specie receptū est, cum conditionis verba sunt, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserint. Lex enim hosce iustis filiis æquiparat: nihilq; à legitimis legitimatos differre iubet: nec hi inuicem dissimiles à legitimis & naturalibus censentur [a], cum non ex sola legis imagine, sed etiam ex origine naturæ filij sint[b]. Sed quid, si verba conditionis concepta sint, si decesserit sine filiis ex se legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis? Tunc enim non est dubium per rescriptū legitimatos excludi. Quid si per subsequēs matrimoniū? & iste videtur casus dissimilis, cùm testator tempore originis voluerit legitimos nasci: qualitas enim adiecta verbo, secundū verbi tēpus regitur [c]: & hac ratione ita Ant Butr. decidit, & respondit in quæstione facti Bal. Alexanderq; [d]: nam & idem (inquit ille) in feudo traditū est, quod aliquis sibi & filiis legitimè descendentibus stipulatus esset: nam legitimati per subsequēs matrimonium legitime descendere non dicuntur; ídque Baldus probauit. Accedit, quod & ex con-

a §. illud. versi. quis. ergo quibus modis nat. effi. sui.

b Alex. cons. ij. in j.

c l. in delictis. §. si extraneus. de noxal.

d Bald. cōsil. cccl xvij. in v. Alex. cōsil. v. in vii.

e Bal. c. vnico. §. naturales. si de feu. fuer.

ſuetudine, quæ hereditatem Primogenito defert, non admittetur naturalis maior natu, in iuſti filij poſtea nati damnum,quamuis deinde per ſubſequentes nuptias legitima iura conſecutus proponatur[a].Sunt tamen qui in contrariam ſententiam tranſierint[b] : quia hi,qui ſecutis nuptiis legitimi fiunt,inſtar iuſtorum filiorum habentur léxque huiuſmodi pro omnino ſimilibushabet[c],nec crebriore calculo recepta videtur ea ſententia[d],vt accepto feudo pro ſe & legitimè deſcendétib.reiiciãtur,imo ple
13 rique omnes admitti cēſuerunt. Ego hac in re † ſic arbitror diſtinguēdum : Aut enim loquimur in naturali, qui per matrimonium ſubſequens legitimatus ſit, & verius eſt non deficere conditionem, quia lex præſumit legitimè natum : ex actu enim ſubſequuto præſumit vſque à principio affectu maritali concubinam cognitam[e]: quæ præſumptio veritati innititur[f],& in hoc à fictione diſtat quòd ea aduerſus veritatē eſt [g] :meritò igitur ex illis verbis non exiſtimabitur tanquam illegitimè natus ſummoueri.Aut loquimur in ſpurio,& ſi fideicommiſſum ab aſcendente factum ſit,idem iuris putarem , ídque paternæ pietatis cõiectura[h]. Nec me mouet, quòd legitimè natus nõ dicatur,qualitáſque verbi repugnet: quia reſpõdeo ſatis eſſe,ſi ex interpretatione legis ſuſtineatur : lex enim pro legitimè nato habet, interpretatióque huiuſmodi fauore filiorũ capienda eſt [i]. Sicut etiam videmus eorũ fauore diſiuncta pro cõiuncta , & viceuerſa cõiuncta pro ſeparata,aduerſus propriã ſermonis vim accipi[k]: nam & licet qualitas adiuncta verbo , ad verbi tempus referatur,fauore tamen deſcendentiũ aliud quandoque obſeruari ſcimus[l].Nam & reſcriptum Romani Pontificis,Cùm impuberi,inquit,ſuccederent, ſi abſque liberis moreretur[m],eam interpretationem non habet,vt verbũ, *Succederent*,ſecundum dictionē impuberi reſtringatur[n]. Aut loquimur in fideicommiſſo quod ab extraneo relictũ eſt,& tũc probabilior eſt Alexãdri ſentẽtia:hîc enim ex fictione legis ſolùm legitimè natus dicitur[o],vnde ad hũc caſum diſpoſitio teſtatoris produci nõ debet[p], cùm proprietas verborũ repugnet, à qua vt recedamus nõ eſt vlla cauſa.Aliud tamē eſſet in feudo:propter fauorabilē enim prĩcipalis beneficij naturã,propi⁹ eſt, vt etiã huiuſ modi

a,Io.An.reg. ſine culpa.
b Imol.c.innotuit. Dec. clv.
c l. j. in fin. iuncta l. fin. §. ex bonis. de bo. dam.
d c. tãta. qui fil. ſint leg.
e l.cú quis. verſi. nec enim C. de nat.lib.
f l. fin. de probat.
g l.filio quē. de liber. & poſthum.
h l.generaliter. §. cum autem. C.de inſt. & ſubſtit.
i §.ſed &hæc preſenti. in aut.de ſanct. epiſ.
k argu. d.l. generaliter. in princip.
l ſi.c.§. item opponitur. xx.q.ij.
m c. Raynutius. de teſta.
n Bart.l. centurio. ij. q. iii. membri prin.de vulg.
o d.c. tanta.
p d.l.ſi.C.de his qui ven.

modi admittantur[a], præsertim cùm in re dubia non errret, qui aduersus fiscum iudicat. In dispositione quoque legis, quæ legitimè natos solùm ad dignitatem admittit, idem respondendum est, vt hi admittantur, quos lex pro legitimè natis habet[b]: fit enim latior interpretatio, vt supra diximus. Et ideo quum ex lege ordinis nō nisi legitimo matrimonio nati in collegium admitterentur, responsum est, hos quoque subsequutis, legitimorum iuri restitutos recipiendos esse: debet enim ea in lege benignior fieri interpretatio[c]: nisi cùm statuto cautum esset vt verba ad literam intelligerentur: id enim non ex litera, sed ex fictione legis est. Aduersus secundum hoc principale axioma quatu or exempla plurimum vrgent: videtur enim conditionem in vno casu, ad dissimilem quoque produci debere: nam pupillaris expressa substitutio ad vulgarem tacitam trahitur, & è contrario vulgaris expressa ad tacitam pupillarem[d], & tamen hi casus omnino dissimiles sunt, cùm tempore, tum modo, tum etiam effectu[e]. Sed communiter in hoc deuentum est, vt dicamus hasce substitutiones natura sui conditionem habere: nō enim aliud est substitutio, quàm condi-
tionalis institutio. Expressio igitur vnius *conditionis 14
aliā non excludit: quoniam lex præsumit, si de alia cogitatū fuisset, eam quoque testatorem æquè expressurum fuisse. Quod enim pupillaris contineat vulgarem, est ipsius testatoris fauor: quòd vulgaris pupillarem, pupilli vtilitatem respicit. meritò igitur vtriusque fauore & propter paterni pupillarísque testamenti coniunctionem, hæc interpretatio admissa est. Nam & si voluit testator tam suam quàm impuberis hereditatem eo decedente ad substitutū pertinere, multò magis suam voluisse illi deferre credendum est, casu quo filius repudiaret. Adde etiam, quòd vt vulgaris pupillarem contineat, aliquo modo vi verborum inducitur: conditio enim illa, si filius heres nō erit, potest intelligi immutabiliter[f]: & ideo adita hereditate à pupillo non prorsus extinguitur spes substituti, quia quamuis heres sit, potest nuda voluntate vsque ad pubertatē abstinere, sententiámque mutare, quod rectè Pileus & veteres cēsuerunt[g], licet Accursius & post eum alij manifesto cauillo dissenserint; quorum rationibus

a c.j. §. pen. quib. mo. feud. amit.

b c. innotuit de elect.

c Bal. cons. clxxxiij. ij.

d l. iam hoc iure. de vulg.

e l. sed si plures. §. ad substitutos. de vulg.

f l. ei qui. de condi. inst.

g l. impuberib. l. necessariis. de acquir. here. l. pen. de aut. tut.

nibus haudquaquam difficile est respondere, cùm maiore facilitate se paternæ hereditati quam extraneorum impuberes immisceant, quod & alibi attigimus [a]. Rursus obstat conditio, si intra x. menses proximos mortis meæ nascetur, illi est dissimilis, si me viuo nascetur, & tamen ad hanc producitur [b].
15 Sed ex his †, quæ suprà retuli, satis constat fieri hanc extensionem, quia testator se tūc moriturum credebat. vnde si præter spem superuixit, non ideo rumpitur testamentum [c]. Rursus instari potest: conditio, si nubere noluerit, ab ea plurimùm differt, si nubere non potuerit: nolle enim & non posse, perquàm dissimilia sunt [d]: & tamen in substitutionibus conditio, si heres esse noluerit, intelligitur, vel non potuerit: & viceuersa [e]. Sed respondendum est, hos casus ex præsumpta testatoris voluntate absimiles non esse. Cùm enim de substitutione vulgari agatur, per quam ipsi testatori succeditur, & sic de eius fauore tractetur, verisimile est, quod de altero expressit ad alterum quoque, cùm eadem subsit ratio, trahi voluisse. Quapropter si appareat testatorem non ad testamenti sui fauorem attendisse, sed ad heredis pœnā, aliud dicēdū esset: vt si in hac specie, Titium instituit, & si Titius, eiúsque filij nolent nomen, & gentilia testatoris insignia deferre, substituit Caium: si is Titius liberos nullos suscepit, vnde non potuerunt nomē & insignia deferri, nunquid substitutus admittatur? Et Socinus [f] respondit, substitutioni locū non esse, quoniā is casus dissimilis sit, & de pœna agatur. Quę tamen decisio penes me dubia est, cùm ex natura conditionis appareat, fauorem suum, siue suæ familiæ, in animaduersione testatoris fuisse, & ideo nomen & stemmata geri voluerit: quòd si in hoc Titium cum liberis decedentem grauauit, quantò magis casu, quo sine liberis decederet? Et ex his in alia quoque quæstione quid sentiendū sit, discerni potest. Testator instituit ventrem vxoris, & si masculus nascatur, & in pupillari ætate decederet, substituit Sempronium: si nascantur † fœminæ,
16 instituit eas in cccc. aureis: venter nihil peperit, nunquid substitutus admittetur? Ex facto consultus Alexander [g] respondit, substitutum non admitti, & hunc casum omissum censeri, cùm altero casu nascentium fœminarū

[a] l. ex cōtractu. de re iu. l. si. filius. qui patri. de vul.
[b] l. fin. C. de posth. her.
[c] Bar. l. Gallus. in prin. de lib. & po.
[d] d. l. pater Seuerinam. de cōd. & demonst.
[e] d. §. & quid si tantum. l. fin. C. de instit. & substit.
[f] Soc. in consil. cclvij.
[g] Consil. clxxxviij.

Sempronio nihil reliquerit[a]. Ego hac in re vereor, ne sententia eius vera non sit: pupillaris enim illa substitutio vulgarem continet[b]: vnde non nato masculo, potuit testamentum à secundo gradu, id est à substitutione vires adsumere[c]. & ideo hic casus non videtur omissus esse. accedit defuncti mens, qui fœminis solùm cccc. reliquit, quoniam reliquũ hereditatis ad substitutum pertinere voluit. & licet particularis institutio, si alius heres non sit scriptus, legis dispositione ad ius vniuersale trahatur, cùm tamen vniuersalis substitutus hic adesset, ipse admitti debuit, & fœminis præferri[d]: receptúmque Baldi auctoritate est, etiam qui ex tacita vulgari substitutione vocatus est, in re certa instituto præferendum[e]. Sed iterum tandem obiicitur: Communiter recepta est sententia, si quis filio impubere herede scripto pupillariter Titium substituit, & si Titius quãdocunque sine liberis decedat, Titio ipsi Sempronium, mortuo Titio viuente pupillo, Sempronium pupillo heredem fore[f], ex quo apparet, Sempronij substitutionem factam Titio, & sub conditione deficientium liberorum, ad casum penitus dissimilem trahi, tum respectu personæ, quia pupillo ipsi succeditur, tum respectu conditionum, quia etiam si Titius cum liberis decesserit, nihilominus erit substitutioni locus[g]. Sed respondendum est, hunc casum non omnino esse expresso dissimilem: hæc enim verba, *Quandocunque decesserit sine liberis*, verborum compendio vulgarem quoque substitutionem continent: vnde Titio præ decedente, caput illud, si heres nõ erit, dicitur euenisse, meritò substitutus ceu hoc casu vocatus admittitur. Verum igitur non est, ex persona dissimilitudinem vllam esse. Ex conditione quoque dissimilitudo non est: quia cùm secundus gradus morte Titij peremptus sit, & cõditiones in illo adiectæ perierunt, perindéq; est, ac si Sempronium solum pupillo testator substituisset[h]: nec vlla conditionis illius ratio habetur. Quod & hac ratione confirmare potest: adposuit enim testator illam conditionem in Titij fauorẽ[i], vt ab intestato se derelictã hereditatẽ accipere filij possent. vnde si heres non sit, q̃ ante pupillũ moriatur, deficit ratio fauoris: nec hoc prodesse heredi legitimo debet, cui manifesta testatoris voluntas sub

a l. si ita scriptũ de lib. & posthumis.
b l. pen. de vent. inspi.
c l. iij. §. fi. de libe. & post.
d l. filius à patre. cod. tit.
e Bal. l. fi. q. xxxiij. C. de here. instit.
f Bart. l. quã diu. ij. de ac. hered.
g Paul. de Cast. consil. clij. præsens dubit. videtur formari in j. in nouiss.
h l. coheredi. in princi. de vulgar.
i Bartol. l illis libertis. de cond. & demonst.

substitutũ prætuli t[a]. Et licet regula sit, Conditione defecta, substitutũ excludi[b], tamẽ nõ procedit quãdo aliàs testator etiã fuisset relicturus[c]. at in ꝓposita specie, cõditio illa solius Titij fauorẽ respiciebat, de quo ampliùs, non quęritur, cũ satis sit hereditatẽ cũ instituti, cui succeditur oneribus ad Sẽproniũ peruenire, nõ autẽ cũ Titij oneribus, qui de medio sublatus est. Et ideo in quæstione facti, cùm quis heredi quãdocunq; sine filiis fato fungeretur Titiũ substituisset, ísque heres, viuo testatore, liberis superstitibus decessisset, dixi substitutũ admittendũ, nec legitimo prodesse cõditionis in caduco gradu defectũ: tametsi hac in re post Oldr. [d] aliter Soci. respõderit.[e]

a l. Publius. §. fin. eod. tit.
b l. in testamẽto. eod. tit.
c gl. l. i. C. de instit.
d Oldra. consil. cxli.
e Socin. lxxvi.

17 TERTIUM huius tractatus axioma est: Conditio necessaria † siue actum ipsum, siue effectum respiciat, ad casum similem porrigitur: túncque non refert, quid ex æquipollentib. fiat. Quapropter cùm mater filiis suis legasset, si morte patris iuris sui effecti fuissẽt, diuus Marc. cum emancipati essent, legatum deberi iudicauit[f]: ea enim cõditio effectui actus necessaria erat: nẽpe vt illis legatum acquireretur, nihílque ad patrem pertineret.[g] Quod & viceuersa in ea specie responsum est, cũ mater sub conditione emãcipationis reliquisset, vel etiam donasset: nã & filijs morte patris, sui iuris effectis debebit[h]: effectum enim solũ mater respexisse creditur. Vnde etiã solet dici, non de itinere, sed de meta curandũ.[i] Sed tamen hisce aduersatur Vlp. responsum: si cui ita relictum sit, si morte patris sui iuris effectus fuerit, & emancipatione sui iuris effectus fuerit, non videri defecisse conditionẽ[k]: sed & cùm mors patri contingat, quasi extante cõditione, ad fideicõmissum admittitur. Quibus verbis apparet nõ solùm emancipato deberi fideicõmissum, sed mortẽ patris nihilominus expectandã. videtúrque hæc fortissima † esse ἀντινομία vt Accur, Bartolúsque non citra cauillũ dissoluere eã potuerint. Mihi ea sentẽtia placet, in quã iuisse multos video, vt Vlpiani responsum intelligatur, cùm ab extraneo sub ea cõditione relictũ est: is enim videt odio patris hãc adiecisse cõditionẽ, ne ꝗcquã omnino in eũ ꝑuenire possit: vnde expectãda erit mors, nec à verbis recedẽdũ. In matre verò alia ĩterpretatio assumit, quę sub tali cõditione legasse magis credit, vt libe

f l. mulier. ad Trebel.
g l. si mater. C. de instit. & substit.
h l. fin. C. de do. quæ sub.
i Bart. l. cum seruus. de verb.
k l. fideicommissa. §. si cui ita. de l. iii.

ris ſuis conſuleret, quàm quòd patrem odio haberet. Ad
a d. l. cõmodiſsime. uerſatur rurſus reſponſo ſuo Pomponius [a], mihi ſæpe,
vt ille inquit, vocandus ad partes: pater enim ne præteritione teſtamentum rumpatur, neceſſariò poſthumum
iuſtituere debet. Ea inſtitutio duplicem conditionem
continet. ſi ſe viuo, vel ſe mortuo naſcatur: & tamen alterius horum caſuum expreſſio ad alterum non trahitur.
Nec cum Bartol. ſentiendum eſt talem conditionem voluntariam appellante: quia ſimpliciter potuit inſtitui:
b d. l. mulier. nam & in ſententia diui Marci [b], potuit mater ſimpliciter filiis legare: & in conſilio Galli Aquilij, potuit teſtator ſimpliciter inſtituere, & tamen caſus mortis ad deportationem emancipationémque producitur. Igitur vt
pugnantia ſubmoueamus, ſciendum eſt, omnem hanc
materiã à coniectura mentis teſtatoris vim & robur ac
c l. in conditionibus. de condit. & de monſt. cipere [c]. Et ideo vbi probabilis huiuſmodi coniectura
eſt, ad caſum omiſſum fit extenſio, ſiue voluntaria, ſiue
neceſſaria ſit conditio: promptius tamen in neceſſaria
ſumitur hæc præſumptio, quòd in ea ſolùm effectum reſpiciamus. Vnde in hoc Pomponij reſponſo, cùm non
ſatis conſtat, quæ mens patrisfamil. eſſet, à verbis non
debuit recedi, qui fortè alterum caſum expreſſit: quia
magis hoc animo ſuo ſedebat, vt ſuperius oſtendi, nam
ſi propter neceſſitatem inſtitutionis motus fuiſſet, quid
oportuit alterum caſum omittere? & dum anxiè moroſus eſt, alterum exprimere, cùm ſatis illi fuiſſet, ſi ſimpliciter eum, qui naſcetur, inſtituiſſet. Iure igitur qui alte-
d l. maritus. de procur. rum dixit, de altero potius negaſſe cenſebitur [d]. Quod
& in ea ſpecie cenſendum, cùm teſtator ſic verba concepit, Si quis filius mihi poſt mortem filij mei impuberis
e l. ſi pater filium. de vul. naſcetur [e]: indicatur enim mens patris nolentis hunc
cum filio iam nato ſimul admitti, vnde conditio ad eum
caſum non producitur: ſed potius tabulæ teſtamenti præteritione rumpuntur. Cuius rei alia quoque exempla ad
f l. ſi ita quis. de vulg. ferri poſſent [f], niſi prædicta ſat ſupérque eſſe arbitrarer.
Sed quid ſi limitatiua, (vt ita dicam) dictione vſus ſit teſtator: exempli cauſa: Si filij mihi naſcentur, heredes ſunto, & ſi ſine liberis deceſſerint, tunc Sempronius heres
eſto: nemine nato, reſpõſum eſt, ſubſtitutum non admitti, propter † dictionem Tunc, quæ ita reſtringit, vt ad ca- 19
ſum

sum omissum productio fieri nequeat: & ita hãc vocem plerique responsis suis declararunt. Ancha. Socinus, Decius[a], & si qui alij. Nam & vulgaris substitutio cui taxatiua dictio adiecta proponatur, pupillarem in se nullam habet, vt ferè receptius est[b]. Sed nobis dubia videtur horum sententia, cum Galli Aquilij verba sic concepta sint, Qui nepos me mortuo intra decem menses nascetur, tunc, &c. tamen in eis fit extensio & ad casus omissos, & ad tempora. Item vulgaris substitutio hac formula concipitur: Si Titius heres non erit, tunc Seius esto[c]: & tamen pupillarem in se habet. Alij[d] non hanc vim illi dictioni attribuunt, sed geminationi, vt cùm dictum est, & tunc & eo casu: sed & hæc opinio verisimilis non est: quis enim credat dictis iuribus locum non futurum, si præter aduerbiũ illud temporis, adiectum quoque fuisset, eo casu? Mihi certè non fit verisimile: cùm enim testator eo casu dicit, per argumentum à contrario sensu videtur cæteros casus excludere: quod argumentum ex coniectura sumitur, & ideo in primis cõiectura spectanda est, quia vna præsumptio aliam tollit[e]. Et ex his illa decidi controuersia potest. Testator ventrem vxoris instituit, si masculum pareret, eíque Seium substituit, & si fœminam vel neminem, prochotrophium: vxor in puerperio cæso ventre, extractóque fœtu masculo, decessit, qui etiam aliquantulum superuixit, quæritur an Seius admitti possit? Et videbatur plerisque excludendum: non enim masculum peperit, cui cæso ventre infans extractus est[f]. Sed tamen cùm hæc conditio, si masculum pepererit, necessaria sit, propius est effectum considerari, & substitutioni locum esse: idque crebriore calculo approbatum est[g]. Rursus & illa vetus quæstio definiri potest: Testator vxori vsumfructum reliquit, si vidua permanserit, & post eius mortem Titio: vxor secundò nupsit, disceptatur inter Titium & heredem, vtrius, donec vxor morietur, vsusfructus esse debeat: & frequentior ea videtur sententia[h]: vt statim Titius vsumfructum habeat, vt conditio mortis etiam ad secundas nuptias porrigatur, cùm huiusmodi dilatio in fauorem vxoris adiecta, heredi prodesse non debeat[i]: vnde si ad secũdas nuptias properauerit legatario locum faciet. Sed hæc me deci-

a Dec. cõsil. cccxxxii. Socin. cclvii.
b Alex. l. quã uis. C. de impub.
c l. 1. de vulga.
d Dec. cõsil. cccxv.
e l. diuus. de in inte. rest.
f l. annicu- lus. §. fi. infrà eod.
g Alex. l. quod dicitur de lib. & posthum.
h d. l. mulier
i l. à filio. §. alumno. ad Trebel.

ſio dubiũ,ancipitémque reddit:cùm enim teſtator in cõditione poſuerit, ſi vidua permaneret, ſatis id cogitaſſe videtur.potuiſſe eam ſecũdò nubere: vnde cùm Titium non niſi poſt eius mortem vocauerit,manifeſte apparet, in caſu nuptiarum voluiſſe interim excludi: ſicut aliàs quoque traditum eſt, cùm teſtator in conditione filios maſculos ſcripſiſſet,ſi deinde in alia ſubſtitutione filiorum ſimplicem mentionem faciat,non céſeri de maſculis tantùm egiſſe [a]: cùm enim eorum rationem ſemel duxerit,ſi de maſculis quoque alio in loco ſenſiſſet,vtique & tunc expreſſiſſet [b]. Nam & diui Marci ſententia non tam communem ſentẽtiam adiuuat,quàm proſternit, expugnátque: in ea enim mater mortis caſum expreſſerat,quia non crediderat fore,vt pater eos emanciparet [c]: ſi igitur crediſſet id futurum, caſus pro omiſſo haberetur. At in hac quæſtione cogitauit teſtator eam ſecundò nupturam:igitur omiſſus eſt caſus.híncque apparet, non ſolius vxoris cauſa dilationem adiectam, ſed heredis quoq;,cuius vtilitati in caſu omiſſo proſpexit [d]. Quapropter non temerè arbitror hoc caſu à verbis recedendũ,adhærendúmque regulæ, qua proditũ eſt,pœnam priuationis à teſtatore iuſſam, ad hæredem potius quàm ad eum,cuius fauore indicitur,pertinere [e].Cõmunem igitur in hac quæſtione ſententiam minimè ſequẽdam cenſerem,cum vxor ipſa iuuenis eſſet, & quã veriſimiliter potuit teſtator credere aliũ thorum appetituram. Sed & ſi in legato diceretur, poſt mortem vxoris, tunc & eo caſu Titio vſumfructum,clarius eſſet,propter vim geminationis,interim illi non deberi [f]:quod & ferè receptius eſt,Sed quid è conuerſo ſtatuendum? Reliquit vxori vſumfructũ,ſi vidua permaneret,& ſi alias nuptias celebraret,Titio:non celebrauit, ſed periit,Titiúſne admittetur?Et admitti futilibus quibuſdam rationibus Socinus reſpondit [g]. Sed idem alibi alia ſentit: puto enim verius eſſe,eum non admitti, cùm non euenerit conditio, vnde meritò heredi remanebit: diſſimilis enim eſt nuptiarum,mortíſque caſus.

QVARTA † principalis regula eſt:Conditionem ſpõtaneam præciſè & ad vnguem ſeruari, nec ad ſimiles 22
caſus extendi debere. Vnde conditio, ſi ſeruo de-

a Iaſ. l. qui filiabus de leg. j.
b l.vnic. §. ſin autem ad deficientis. C.de cadu. coll.
c d. l.mulier ver.quæ quia
d l.vxori vſumfruc.villæ.de vſufru. leg.
e l.vxorem. §.heres.de leg.iij.
f d.l.vxori.
g ſoci. conſi.xxx.in iij. conſil. v. eo. lib.

derit[a],ad dominum nō prorogabitur: & conditio vt heredi detur,non eam interpretationem accipiet,vt fideicōmissariis dari possit: debet enim factum ipsum obseruati:vt siquis incapaci dare iussus sit det, licet nummos accipientis non faciat[b]. Et conditio, si decesserit sine liberis,non deficit, si liberos superstites relinquat, licet mox decedant, vel succedere nolint, aut non possint[c]: seruatur enim conditio vti ad literam scripta est: nec fit extensio. Cui etiam rei illud accedit, quòd ex ea actus indiuiduus redditur [d], alioqui non diceretur in specie
22 obseruata.Non procedit axioma hoc† quādo actus per omnia ex dispositione legis exæquatur, subrogatúrque illi quem testator expressit. Quapropter cōditio de herede in bonorum possessore locum tenet[e], quoniam is & nomine & effectu heres existimatur. Eadem etiā in eo, cui Prætor cōtra tabulas bonorum possessionem dedit, obseruabitur[f]. Item in herede quoque heredis, nam & is heres censetur[g]. Sed & in eo,cui libertatis causa bona ex diui Marci constitutione addicuntur,idem respōsum est[h]. Sic conditioni,vt pupillo detur,satisfaciet qui tutori dederit:quoniam is pro pupillo accipit[i], imò cautius ei soluitur. Sic illa verba, si centum soluerit, accipiuntur,vel compensauerit: qui enim compensat,soluit, id est,liberat[k]. Adde quòd cui compensatur, iustè cōtradicere non posset, cùm per eum stet, quo minus soluatur:dicet enim debitor,si mihi soluisses,& ego tibi conditionem adimplessem[l].Sic & eadem conditio per acceptilationem obseruatur, quoniam acceptilatio dispositione legis solutio est[m].Quæ tamen omnia intelligenda sunt,nisi alia mens sit testatoris, vt quia inter casum expressum & eum qui à lege subrogatur, aliqua sit differentia, quæ verisimiliter testatorem retrahat, vt ea in quæstione suprà à nobis dictum est: cùm Tirio relinquitur, si heres sine filiis legitimè natis decesserit: nam legitimatus per sequens matrimonium defectum cōditionis non inducet. Quod & in ea conditione constitutum est,si legitimæ ætatis erit,vt qui veniā ætatis Impe-
23 trauerit nihilominus excludatur [n]. Rursus non † procedit regula, quando conditio iure adimpleri non potest,ídque testatorem nō præteribat:sufficiet enim, si de

a l.qui heredi.§.i. de cōdit.&demōst.
b l.Mæuius eo.tit.
c l.filiusfa. §. cùm quis. de leg.j.
d l. cui fundus.de cōdi. & demon.
e l.in conditionibus.§. si patronus. eod.tit.
f l. is qui.§. fi.de l.præst.
g l. paterfa. de vulg.
h l.iii.§. si sub cōditione.de fid.lib.
i l.si fundus de cōd.& de.
k l. si peculiū. §.i.l. statuliberi.§.j. de statulib.
l l.iii.vers. inde. de statulib.
m l.Iulianus ait.de condi. & demonst.
n l.si.C.de his qui ven.

a l.ex facto. §. si quis rogatus. ii. ad Trebel.
b l. heredibus. §. fin. ad Trebel.
c l. mulier. §. i. de condi. instit.

facto seruetur [a]. Quapropter qui filiæ furiosæ fideicommisit, si sine liberis decederet, de filiis etiam naturalibus intellexisse creditur, cùm furiosa mulier matrimonium contrahere nequeat, nec filios legitimos habere [b]. Sic qui hereditarium seruum iussus est manumittere, & deinde heres esse, satis est si de facto manumittat [c], de iure enim quo modo potest, cum adhuc heres non sit? Sic, si pater sacerdotis fideicommittat, si decesserit absque filiis, de naturalibus & legitimis intelligi non poterit, cùm vxores ducere lege Pontificia sacerdotes prohibeantur: & ideo de adoptiuis intelligetur [d], vel si monachus sit, de ipsa ecclesia [e]. Nam & illud receptum est, si pro sacris celebrandis centum testator mystis reliquerit, nec propter diras, abominationésque Pontificis celebrare illi possint, in aliud honestæ deprecationis genus erogationem conuertendam [f]. Non † procedit tandem 24
regula, cùm ex coniectura aliqua deprændi potest, non modum, sed finem ipsum in testatoris animaduersione fuisse: tunc enim spontanea conditio à necessaria nō differet. Vnde cōditio si tutela per pubertatem, seu per xiiij. annos finiatur, etiam euenisse censebitur, si morte tutoris finita fuerit [g]: ídque ex coniectura mentis testatoris. Sic & conditio, si centum Arethusæ dederis, per alium adimpleri potest [h]: sic & faciendi conditio, nisi cùm persona electa sit industria. Eòdem pertinet & illa conditio, si me mortuo, posthumus nascatur: nam si testator eam adiecit, quòd crederet se illa ægritudine moriturum, nihil oberit quò minus & qui, se viuo, nascetur, heres sit [i]: Cui non absimile, in conditione, si quis prior diem suum sine filiis obierit, quam receptum est etiam extendi, cùm posterior absque prole decedat [k]. Quarum definitionum illa est ratio, quòd in conditionibus potissimùm defunctorum mens spectanda sit. Igitur cùm casus veniet, diligenter animaduertendum est, quæ fuerit testatoris sententia, vt ex ea ad casum omissum vel progrediamur, vel intra cancellos verborum consistamus. Decipimur tamen plerunque, vt Baldus inquit [l], dum scrupulosè nimis, & anxiè coniecturis ceu exploratis rebus vtimur: quod vt manifestius fiat, aliquibus etiam quæstionibus ostensuri sumus. In primis igitur

d l. si quis posthum. de libe. & post.
e §. sed & hoc præsenti. de sanct. epi. Capr. cōs. xx.
f l. legatum. de vsufr. leg.
g l. liberto. §. fina. de an. leg.
h l. Arethusa. de sta. ho.
i d. l. si. C. de posth. her.
k l. heredes. §. cum ita. ad Trebel.
l Bal. l. precibus. C. de impub. & aliis.

igitur dubitari consueuit an æquè in directis substitutionibus atque in fideicommissis ad casum omissum fiat extensio. Et Pontanus [a] in fideicommissis quidem fieri censuit, quòd in eis sola testatoris mens obseruetur: in substitutionibus verò non idem esse, quòd hæ expressis *verbis concipi debeant [b]. Quapropter, inquit, videmus, si, pluribus heredibus scriptis, aliquis post mortem omnium directo substitutus sit, non videntur inuicem heredes substituti [c], & tamen in fideicommisso post mortem omnium relicto aliud est [d]: in quam sentẽtiam Din. Paulúsque Castrens. concessit. Idem Socinus quodam responso [e] censuit, hoc potissimùm argumento vsus, quòd heredi, cuius nomen inconsultò deletum est, prætor bonorum possessionem non decernit: quia ex coniectura tantùm constat eum heredem [f]. In aduersam penitus sententiam alij iuêre [g], potiúsque adiuuandam extensione directam substitutionem, quàm obliquam censuerunt. fauorabilior enim directa est [h], meritò benigniùs accipi debet. Nam & Bartol. faciliùs extendi ad casum omissum conditionem in persona instituti credidit, quàm in substitutionibus extendatur [i]. Sed has ego opiniones à veritate longè latéque abesse arbitror: cùm enim omnis vltima voluntas à mente testatoris pendeat non videtur inter hos casus probabilis esse differentia, solúmque id erit obseruãdum, an mens illa aliquo modo ex verbis accipi possit [k]: confutatúrque maximè ex prædictis axiomatis, quibus apparet non recipi communiter huiusmodi distinctionem: quin etiã veterum probatissimi nominatim eam repudiauerunt, vt Bal. Alex. Aret. Ias. [l] Nec verum est in fideicommisso post mortem relicto censeri heredes inuicem substitutos, nisi non solùm post omnium mortem, sed etiam in tota hereditate substitutũ sit: non enim posset tota hereditas per eũ qui vltimus moriatur restitui, nisi ad eum peruenerit, peruenisse autem non potuit, nisi inuicem factam substitutionem proponamus. Nulla igitur inter substitutionem fideicõmissúmque hoc casu est differẽtia. Nec me mouet, quòd ex coniectura prætor bonorum possessionẽ heredi scripto, cuius nomen incõsultò deletũ est, non decernit:

a Rom. d.l. si cum dotẽ.
b l. iubemus C. de testam.
c l. vel singulis de vulg.
d l. Titia. §. Seia. libertis. de lega. ii.
e Socin. cõs. cxl. in j.
f l. i. si tabu. testa. ex tab.
g Corn. cõs. cccxx. in iiij.
h c. si pater. de testa. lib. vj.
i Bar. l. Gallus. in prin.
k l. i. §. fin. autẽ. de her. inst.
l d l. vel singulis.

a l.i.§.sed si legi. de his quæ inte st. | quia satis est ei iure ciuili prouisum esse [a],coniecturámque in hoc sufficere:prætorij enim edicti verba huic non conueniebant,quibus ei,qui scriptus est,bonorum possessio datur:at hic scriptus non dicitur,cùm nomen eius deletum sit.Secundo quæritur †,an substitutus posthumo, 26
casu quo ille moriatur,cēseatur etiam substitutus si non nascatur?Et in vulgari substitutione crebrior est sententia,huiusmodi quoque casu vocatū censeri [b].Si igitur testator filium,qui sibi nascetur,heredē instituit,& si heres erit,& impubes decesserit,Caiū substituit,nō nato filio, Caius admitteretur [c],idq; ex verisimili mente inductū est. In substitutione verò fideicommissaria idē quoq; Soc.respōdit,cū nulla ratio differētię afferri possit [d].Quod enim testatorē mouit,vt casu,quo adita hereditate,filius decederet,substitutū certis præferret,idē & mouere verisimiliter debuit,si filius non nasceretur:nam vt inquit Dec. [e] quod postea,re cœpta,permittitur,à principio quoq; permittēdū.In quam sententiam& nos quoque transeūdum putamus.Imò etiam si filius nascatur:& heres esse nolit, adhuc substitutioni locū esse arbitramur:eadē enim semper ratio mētis subest.Audentiùs respondit Pōtanus substitutionem,si filius in rerum natura non esset,ad casum quoque producendā quo viueret impubes decederet [f]. Tertio dubitabitur:Testator † instituit vario modo post- 27
humos,tam masculos,quā fœminas: deinde posthumis, si omnes in pupillari ætate morerentur,amitā substituit: vnus tātùm posthumus natus,& impubes mortuus est,an ad amitā pertinebit hereditas,an ad matrē,quæ filio intestato legitima est heres?Et Oldr.respondit [g],amitam excludi, cum in casum plurium nascentium substituta sit, vnde vno tantùm in lucem edito, casus pro omisso est: quod maximè fauore matris statuendum est,ne à luctuosa filij hereditate reiiciatur, cum æquum non sit tacita coniectura eam priuari: & in hanc sententiam plerique transiuere.Sed verior est aduersantium opinio [h],ex Pauli respōso,qui his verbis,cæteri omnes filij, filiæq; meæ exheredes sunto,rectè vnicum filium exheredatum scribit [i].Nam etsi nullus natus esset,prædicto casu receptius est [k],substitutę amitæ locum futurum,idque etiam in matris damnum, dum omnino tacita non esset vulgaris substitu

b Ray. in tract.substit.
c l.fin.C.de instit.Curt. consil.lv.
d Socin.consil.lii.
e Dec.consi. cccxxvii.
f Rom.consi.lvi.in casu. Mod.d.l.i.de vulg.
g Oldrad. consi.cxlii.
h Aret.l.placet.de libe.& post. Ray.d. §.& quid si tantum.
i l. Titius.in prin.de libe. & posth.
k Bart.d.l. i.vers.v.

substitutio, quantò magis vnico nato, & ante pubertatem mortuo, excludi non debet? ex mente enim testatoris apparet, matri ipsi prædilectã fuisse amitam [a]. Quod & in ea specie à me responsum est, cùm in institutione testator se vnum vel plures qui nascentur, instituere dixisset: quamuis enim in substitutione subiiciatur *& casu quo omnes moriantur*, intelligetur tamen vnus, vel plures secundum institutionis formam, à qua declarationem substitutio accipit [b]. Quarto hæsitatum est, cùm testator iussisset, si filij absque masculis morerentur relictis fœminis, hereditatem suam in partes tres diuidi, ex quibus vna fœminis daretur, duæ Titio & Sempronio, & contigisset, vt hi filij absque masculis, fœminísque decederent, num substitutioni locus esset? Et Decius respondit [c] non esse: quia deficit conditio, cùm nec fœminas quidem superstites filij reliquerint. At alij aliter crediderunt [d], propter mentem testatoris: in quam sententiam & ego pedibus eo. Si enim voluit testator Titium, Semproniúmque etiam ineptum suarum damnum admitti, quantò magis eis nõ natis, & omni hoc dãno cessante? Nam & Angelus [e] non dissimili quæstione cùm omissum esse hunc casum vi verborum præfatus esset, non tamen se audere aduersus substitutos iudicium ferre dixit: quoniam recti conscientia absterreretur, ne contra voluntatem defuncti respondeat, quæ in conditionibus primas partes sustinet. Quintò in hac quoque specie non parum altercatum fuit. Testator masculos †, qui sibi nascerentur, instituit, & si sine filiis decederent vxorem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit: si verò non nascerentur masculi, sed fœminæ instituit vxorem, fœminis dotem constituit: cùm nec mares, nec fœminæ nati essent, respõdit Ancha. substitutioni locum nõ esse, vxorémque excludi [f], quoniam hic casus omissus esset: & quia testator casu nascentium filiorum noluit à luctuosa eorum hereditate, matrem excludi, quæ ratio eis non natis, deficit: in quam sententiam & Fulgos. transiit [g]: quia cùm institueret paterfamiliàs vxorem dotémque fœminis relinqueret, verisimiliter credidit fore vt ex persona matris sua quoq; hereditas tãdem ad ipsas deuolueretur. Quid, si testator v-

27 (margin, beside "re dixit")

28 (margin, beside "cie non parum")

a Bart. d. §. cùm ita. in fin.

b l. i. C. de impub.

c Dec. consil. lxxxix.

d Ray. & Lanc. d. §. & quid si. d. l. Gallus.

e Angelus consil. xciii in fin.

f Anchara. consi. cclvi.

g Fulgos. consi. xlix.

xorem excitare voluit ad sobolis procreationem ?nam & constat eas ex fœcunditate magis amari: atque ita recentioribus plerisque placuit. Mihi hæc sententia omnino menti testatoris aduersari visa est, & non parum verbis, qui cùm vulgariter vxorem substituerit, satis eam videtur potiorē fecisse, etiā nemine nato: & cùm eam vocauerit, etiā exclusis filiabus, quātò magis hoc casu vocasse censendus est? Et quæ suprà pro Anchaiani sententia inducũtur, adeò leuia sunt, vt ex se ipsis ceu folia farfari, quod Plau. inquit, difflari possint. Sexto dubitatũ fuit: Pater filium iussit, si sine liberis & intestatus decederet, fundum Sempronianum Titio dare: huncfundum vxori legauerat, filio sub certa cōditione restituẽdum: interim mortuus est sine liberis filius, condito testamento, num legatum Titio debeatur? Et Socinus deberi respondit [a] quoniam eam conditionem pater apposuit, quod volebat, vt filius de eo prædio posset disponere: quod vbi non faceret, quia nollet, aut non posset, conditio debuit posse per ęquipollēs adimpleri, hoc autem casu non poterat de eo prædio disponere, quia adhuc ad matrem pertinebat: dicitúrque is intestatus, qui quo ad rem, de qua agitur, testatus non est [b]. Sed hæc sententia sane quā futilis mihi videtur, cùm coniunctim sub geminis conditionibus fundus sit legatus, & altera, nēpe quòd intestatus non decessit, defecerit, clarũ est legatum non deberi [c]. Necquicquā facit quòd de illo fundo testari non potuit, quia debuit intelligi fuisse legatum casu, quo ad eũ peruenisset, id est, conditio qua sibi à iure restituendus erat, iam euenisset: vnde cùm ante eius euentum decessérit, euanescit legatum ídque alij rectè probant [d]. Septimò quæritur: Pater filium instituit, & si is sacerdos efficeretur, iussit vt post mortem Seio hereditatem restitueret: est initiatus, sed sine liberis decessit, an locus erit fideicōmisso? Alex. respondit [e], hereditatē Seio restituendam: quoniā videtur testator sacerdotij cōditionē apposuisse, propter filiorum defectum: vnde satis est ex æquipollenti adimpletam. Iason contrà, cùm hæc cōditio spontanea sit, ergo præcisè obseruanda, aliàs defecisse videtur. Quid enim, si liberis superstitibus ante sacerdotium susceptis decessisset, nónne verba expressè Seium admittunt? mihi hæc

Iasonis

a Soci. consi. xcij. in iii.

b §. quod autem: de leg. ag. tut. inst.

c l. si heredi. de cond. insti.

d Ray. d. §. & quid si tantum.

e Alex. consi. 100 in iiij.

Iaſonis ſententia vero propior videtur,ne facilè,cùm ratio in obſcuro ſit,à verbis recedamus.Poſſent tamen tot coniecturæ mentis adferri,vt Alexandri opinio præualeret.Nec refert conditionem eſſe voluntariam,quia tum quoque ex coniectura ad caſum omiſſum protenditur, vt ſuprà docui.Octauò,quæſtionis fuit:Teſtator fratrem heredē inſtituit,& ſi ſe viuo moreretur,vulgatiter,& per fideicommiſſum præfectos ptochottophij ſubſtituit:deinde mortuus eſt,viuo quidē fratre,ſed abſente, qui huius rei inſcius,relictis liberis & ipſe deceſſit:petebāt à filio hereditatem,qui ptochotrophium curabāt.Et Fulgo. pro eis reſpondit, quoniam illa conditio,*ſi ſe viuo moreretur*,extendi ad eum quoque caſum debuit,quo ſe mortuo ante aditam hereditatem, decederet:quod & Iaſon probauit [a].Sed hæc opinio ſanè quàm ridicula eſt : vulgaris enim illa ſubſtitutio,ſi heres non erit:intelligitur,vel alium heredem non fecerit:vnde cùm in filium frater iſte ius adeundi tranſmiſerit[b], non video,cur præfecti excludēdi non ſint:manifeſta enim eſt differētia,ſi viuo teſtatore decedit,nihil habet quod trāſmittat, meritò præfecti erūt potiores:ſi mortuo teſtatore,tranſmittet [c].Quid ergo illi aduerſus verba mētēq; defuncti ſatagūt? Sēlere cōmuniter id doctores [d],dū prædicto caſu admitti ſubſtitutum tradiderunt,quando frater hereditatē repudiaſſet tunc enim caſus non omnino diſſimiles ſunt, nimirum innuentes,ſi repudiatum non ſit,aliud iuris eſſe.

29 QVINTVM principale axioma eſt. Diſpoſitum† in caſibus ſimplicibus, ad mixtum quoque porrigitur. In qua re ſciendum eſt, tripliciter mixtum id ſolere diſtingui: aut enim in caſu ſimplici diſpoſitū eſt:cui alia qualitas annexa proponitur:aut in caſu mixto,ſed ſeparabili:aut in mixto inſeparabili : de omnibus igitur videndum.Et primo caſu vera eſt regula,diſpoſitū in caſu ſimplici,in eo quoque locum habere.cui qualitas addita eſt, vnde quod de ſenatore ſtatuitur , in eo quoque ſenatore intelligitur,qui ſe plebeio in adoptionē dedit [e]:nō enim ideo deſiit ſenator eſſe. Et ſeruis lecticariis legatis , is qui & lecticarius & coquus eſt,debetur [f].& ſi lege municipali cautū ſit vt macellarij ſiut immunes,is quoque qui & macellarius & piſcator ſit, immunis habebitur[g] . & ſi

a l.cùm proponas. C. d. hered. inſti.

b l.Pantonius. de acq. hered.

c l.vnic. §. cum autem. C. de cadu. tol.

d Alexan.l.i. verſ.ij. modo. de vulg. & iij.q.j.effectus.

e l.per adoptionem. de adop.

f l.ſeruis vrba. §. penul. de leg.iij.

g Bal.§.omnium. Inſt. de act.

qua similia. Non procedit tamen hæc conclusio, quoties qualitas illa simplici dispositioni repugnat[a]. Quapropter his quæ vxoris causa parata sunt legatis, ea non continebuntur quæ partisfamiliæ promiscuo quoq; vsu erant[b]. Cùm enim maritus principaliter sit, videtur potius pro vsu suo parasse, vxorémq; in sequelã admisisse, nec secerni potest quid principaliter vxori in eis parauerit, meritò qualitas hæc naturã simplicis legati immutat. Sic & constitutio Ro. Pontificis, quæ iubet parochiarum rectores intra annum sacerdotijgradu insigniri, alioquin ipso iure ipsos priuat[c], in rectore cui dignitas adsit, vt quia collegiatæ (vt vocanr) ecclesiæ sit æditus, locum non habet, tum quia non ita facilè dignitate quisquam priuãdus sit, tum quia qualitas addita est dignior: vnde vix est vt iuxta alterius simplicis naturam regatur, idq; ue præsertim cùm de pœna agitur. Sic lex Iulia, quæ adulterij crimen quinquennij præscriptione submoueri finit[d], ad adulterium, cui incestus iungatur, non protrahitur: qualitas enim illa aggrauat. Hincque decidi aliquæ quæstiones possunt. Lege municipij mulier absque agnati consensu contrahere prohibetur, num & donare causa mortis? Et prohiberi quibusdam visum est[e]: quia huiusmodi actus, dũ fit, formã contractus habet, licet post quàm inductus est, vltimas potius volũtates imitetur[f]. Ipse in contrariã eo partẽ, & Ro. Socinũ, Iasonémque sequor: hæc enim qualitas, causa mortis, rationẽ contractus immutat: lex enim agnati cõsensum requisiuit ne fragilitate sexus dolis obnoxia esset mulier: quæ ratio in hoc cõtractu deficit, qui ex simplici volũtate reuocatur, & ambulatorius est[g]. Quod & in adulto videmus, cui restator datus sit: is enim sine curatore non contrahet, & tamẽ nõ minus causa mortis donare prohibetur, quàm testari, vel codicillos facere[h]. Posset ergo prior sentẽtia sustineri quando mulier ex lege nõ solùm cõtrahere prohibetur, sed etiã testamentũ facere, quo casu plerique loquũtur. Lex prohibet fundos aliquo cõtractu extraneis alienari: heres iussu testatoris extraneo vendidit, an in legem cõmisit? Et cùm iste propter iussum testatoris alienet, propius est, vt lex de simplici loquens, ad hunc casum non trahatur: hæc enim qualitas, nempe iussus testatoris, repugnat[i].

a l. cùm ex oratione. §. fin. de excus. tu.
b l. hoc legatũ. de legat. iii.
c c. statutum. de elect. in vi.
d l. vim. passam. §. præscriptione. de adult.
e Anch. consi. ccclxxxiiij.
f gl. l. j. de dote prælег.
g l. sed interim. §. j. de donatio. inter vir.
h Bald. l. j. de tut. & cur.
i Alex. l. si dignum. ad leg. fal.

Lex

Lex concedit priuilegia scholaribus, qnid in scholasticis ciuibus? Et non videtur, quia hi amore scientiæ nō fiunt exules, quæ cōstitutionis Federici ratio est[a]. Sed tamē in aliis legibus municipalibus, vel aliquorū ordinū humanius est arbitrari, priuilegia huiusmodi fauore studiorum indulgeri[b], & ideo cinibus quoque nō denegan da. Rursus quæritur: Comes Palatinus cui illegitimos na talibus restituere ius est, quendam plenissime restituit, ab alio citra spem successionis legitimatum, num id potuerit? Socinus negat[c]: quoniā illegitimos restituere poterat, is illegitimus simpliciter non erat, licet quantū ad hereditatem patris capessendam attineret, pro illegitimo esset. Ipse contraria sentio, cùm hæc qualitas dispo sitionem simplicem non mutet, sed adiuuet potius. Qui enim legitimum quod ad personam, & quo ad successio nem facere potest, etiam illum, quantùm ad bona, restituere poterit, qui iam (quantum ad personam attinet) re stitutus est. In secundo casu cùm mixta sunt separabilia, vnumquodque sua natura suóq; iure regitur[d]. Quapro pter, si in contractu innominato adsit donatio, quatenus donatum erit, non reuocabitur: quod suprà est, poterit ex pœnitentia secundū contractus innominati naturam aboleri[e]. Et si ita facta sit exheredatio, *si filius natus, vatáve erit, exheres esto*, vtrisque natis nō rumpitur testamen tum, quia vterque separatim exheredatum se reperit[f]. Quo fit, vt appareat hæc etiam in stricta, atque odiosa materia obseruari[g]: propriè enim hoc casu sub simplicibus mixtus continetur[h]. Et ex his cōsequens est, quòd si domum quis vendiderit modico pretio, vt quod dimidiam iustæ æstimationis non attingeret quatenus pretium conuentum est, censeatur venditio, quatenus supra pretium valet, si donatio[i], si tamen actum hoc sit: ita frequentiùs receptum est: cùm enim separationem hæc materia recipiat, vtrunque de se censendum est, tametsi alij contrà[k]. Sic si quis plurimum artium magister sit, sub eius artis iudice conuenietur, ob quam in ius vocatus, ad causámque actionis attendemus[l]. Sic & in hac quæstione discernendum est, vendo tibi domum acceptis centum aureis & etiam vinea, quæ aliis centum aureis existimatur: quē contractū hunc arbitrabimur?

a Authen.habita.C.ne fil. pro pat. Bal. Salic.ibi.
b l.i. C.de assesso.
c inter consilia Curtii, xviii.
d l.si viua. in fi.C. de bon. mater.
e l.Aristo.de dona.ff.
f l. fi.ita. de iniusto rupt.
g Cor. cons. lxvi.in i.
h l. si statu. lib.§.fi.de statulib.
i l.si spōsus. §. circa. de dona. inter vir.
k And.Sie.l. ii de verb. obl.
l l.i §. fi. de tributo.

Baldus omnino esse venditionem[a], Romanus omnino esse innominatum contractum censuerunt[b]. Ego duos esse contractus magis arbitror, & domum partim venditam, partim permutatam esse: quòd si disparis sit valoris res, & pretium, quod maius erit, obseruabimus[c]. Quapropter cùm ex consuetudine dominis directis in permutationibus laudationis pretium non soluatur, in venditionibus soluatur, in prædicto casu nō nisi dimidium laudatiui pendetur: quòd si pars permutata maior sit, nihil præstabitur[d], quod & in iure prælationis recipiendū videtur, cùm & partem tantùm potuisset incola vēdere, nec ideo dominus in toto iustè petiisset se præferri. In tertio casu cùm mixtum separari non potest, primò videndum est an propriè sub simplicibus contineatur. Et receptum est non contineri[e], sed ex sententia legis tantùm inesse: non tamen expressis simplicibus penitus omissum hunc casum Bartolus censet: indéq; est quòd in fauorabilibus procedat axioma, vt sub simplicibus de mixto quoque actum humanitate suggerente existimemus[f]. Quapropter cùm pater liberos legales filio, si doctor iuris ciuilis fieret, legauisset, & philosophicos si in philosophia, & vtrunq; gradū filius assumpsisset, vtrumque legatum consequi debere Baldus respondit[g]. Sic & Alexander cùm legi municipali iurisdictio in actionibus in personam vni iudici tribueretur, in actionibus in rem alteri, vtrūque de mixtis posse cognoscere respondit[h]. quoniā hîc de fauore ordinariæ iurisdictionis agitur, quod tamen intellige, nisi huiusmodi actio in altero præualeat[i]. Si tamen appareret non nisi in casibus simplicibus voluisse testatorem prouidere, mixtúmque pro omisso haberi, tunc aliud obseruandum esset: cuius rei exemplū apud Bartolū est[k]. In odiosis verò crebrius receptum est, sub simplicibus mixtum non contineri: quæ tamen sententia perquam dubia est, cū in exheredatione contineri suprà docuerimus[l]. Nam & legata strictè accipiuntur, & tamen in eis regula procedit[m]. Sic & priuilegia, quamuis à iure cōmuni deflectant, tamen in eis quoque regula obseruabitur[n]. Sic & edictum prætoris infamia notans, qui binas nuptias vel bina sponsalia contraxerit, quamuis pœnale, tamen ad casum mixtum porri-

a Bal. in proœ. feudo.
b Rom. d. l. Aristo.
c Bar. d. l. Aristo.
d Guid. pap. q. xcij. in fi.
e l. quid ergo. §. ait. de his qui not. infam.
f l. si ita scriptum. de lib. & posth.
g Bal. l. fi. C. com. de le.
i Alexan. l. Gallus. §. il le casus. ff. de lib. & posth.
i Sig. consi. xlviij.
k Bartol. in l. cùm auus. de condi. & demon.
l d. l. si ita facta.
m l. Titiæ textores. de leg. j.
n l. ij. §. amplius. de excu,

porrigitur[a]. Sic in contractibus, si vaccam prægnantem, tibi vendam, pacto si vitulum pariat, sit meus: si vitulam, fœtus sit tuus: vtroque nato, suũ quilibet habebit[b]. Quid censendum? & cùm mixtum separationem recipit, vel simplici annexa est qualitas non repugnans, quia tunc propriè sub simplicibus continetur, non dubitauerim in odiosis quoque regulam procedere. Quapropter & in prædictę exheredationis exemplo, & in vaccæ venditione non puto dubitandum, ex vi verborum casum mixtũ aliquo modo contineri. Sed cum mixtum inseparabile est, quia ex sententia legis solum sub simplicibus continetur, putarem verius esse in odiosis non contineri, & crebriorem sententiam sequerer, ita tamen vt quibus in casibus suprà docui in pœnalibus fieri extensionem, in his quoque casibus simplices ad mixtum trahantur, & ex

i his quàm plures quæstiones finiri possunt. Et in primis illa, qua dubitari consueuit, an in contractu, quem feudi vulgo appellamus, casus mixtus sub simplicibus comprændatur. Et Pont. nõ comprændi credidit, cùm in contractibus eius, quod omissum est, nulla ratio habeatur[c]. Sed in hoc ego dissentio: feuda enim beneficia sunt, vnde latam, fauorabilémque interpretationem accipere debent: quapropter in eis appellatione filiorum etiã nepotes continentur[d]. Vnde & traditum est, naturam bonæ fidei hunc contractum seruare[e]. Quod maximè admittẽdum, si cum principe initus sit, omnes enim eius contractus propter personæ qualitatem, in qua bonæ fi-

ii dei existimantur[f]. Secundò dubitatur, an in compromisso, cui adiecta sit pœna, dispositum in simplicibus ad mixtum casum producatur? Et Cornæus[g] respodit, non produci: quod tum verum arbitror, cùm verisimi-

iii le non est de casu mixto à partibus cogitatum. Tertiò, an si iudex terminum concesserit causa omnium exceptionum dilatoriarum, hæ quoque comprændantur, quæ licet negotium perimant, tamen interim pro dilatoriis opponuntur[h]? Et aliqui non comprændi dixerũt: quoniam exceptiones hæ mixtam naturam habent, ideóque in materia iudiciorum, quæ strictè accipitur, sub simplicibus contineri non debent: qua tamen in re

iiii amplius ipse quærendum reor. Quartò, an consuetudo

a d. l. quid ergo.
b Barto. l. si extraneus. de cond. can. dat.
c l. quicquid de ver. obl.
d c. j. §. & si clientulus. de ali. feu.
e c. j. de benef. frat.
f Bald. de pace Const. versi. si qua verò.
g Cor. consi. lxiij. in ij.
h c. pastoralis. de exce.

feudalis, qua masculi in beneficiariis illis possessionib[a] fœminis præferũtur, in hermaphrodito locũ habeat? Et si masculino sexu magis incalescat, certum est consuetudini locum esse [a]. At cùm planè dubium est, vtro sexu sit potior, respondit Bald. beneficio excludi [b], quòd huiusmodi consuetudo strictè accipi debeat. Nec est verisimile id actum, vt huiusmodi naturæ ludibria ad ea beneficia admittantur, quæ non nisi nobilibus & strenuis viris solebant indulgeri. Quintò lex erat, in causis motis, vel mouendis sportulæ prius deponantur: quid in causa appellationis, quæ mixtam quodãmodo naturã habet? nõ enim cum principali eadem est, nec tamen penitus diuersa [c]: Et Alexander ex facto interrogatus, locum non esse legi respondit [d]: quoniam plebiscitũ id à iuris communis orbita recedit, & strictè accipi debet, meritò casus mixtus non cõtinebitur. Sed ego in primis ad rationem legis attendendum opinor, quæ si vtroque casu eadem subsit, fiet extensio: quod supra à nobis traditum est. Sextò lex municipij in causis ciuilibus actionem trium mẽsium spatio eximi iubet, in criminalibus duorum termino concludit, quid in actione mixta, quæ ciuilem simul capitalémque controuersiam contineat? Et Angelus nõ cõprændi ea lege respondit [e], & ideo non nisi vltra triennij metas secundum veterem iuris sanctionẽ perimi [f].

v

vj

Septimò, lex de iudicio ciuili & criminali verba facit, num in eo iudicio obseruabitur, quo pœna partim fisco, partim actori exolui debet? Et cùm tale iudicium sit mixtum, non comprændi hunc casum Alexander scripsit [g]: si tamen maior ea sit pœna quæ fisco debetur, magis est vt criminale potiùs existimem, sicut quæ priuato, ciuile erit [h]. Octauò, Comes Palatinus eos, qui ex adulterio nati sunt, natalibus restituere potest: itémque eos, qui ex incestu sunt geniti: quid de eo, qui vtroque vitio laborat? Et cùm hîc de principis beneficio tractetur, materiáque sit fauore digna, censuerunt plerique, eum, qui adulterio incestóque partu natus sit, nihilominus legitimum fieri posse [i]: at alij contrà: qui enim vtroque næuo maculosus sit, odiosior censeri debet. Cui ergo quod minus est conceditur, id concessum non intelligetùr quod plus est [k]. Sed ego primam sententiam, quæ receptior

vij

viij

a l. quæritur. de stahom.
b Bal. cons. ccxxxvii. in iii.
c Cin. l. inuitus. q. xi. C. de procur.
d Alex con. xcvi. in ii.
e Ang. cons. cclvii.
f l. properandum. C. de iudicijs.
g Alex. in rub. C. de iudi.
h c. tuæ. de procura.
i Bart. d. l. ii. de verb.
k l. cui pact. de ser. exp.

ceptior est, sequor. Si enim quis plures filios, quorũ aliqui ex adulterio, aliqui ex incestu procreati essent, sustulisset, vtique omnes hac comitis indulgentia natalibus restitui curare posset[a]: & tamen dubium non est, magis deliquisse ob delicti iterationem in his omnibus patrem, quàm qui in vno tantùm peccauerit. Quapropter si delictum parentum respiciamus, casus mixtus minor est expressis: si ad filios ipsos attendamus, cùm eorum respectu concessio sit fauorabilis (misericordia enim digni sunt, qui alieno laborant vitio[b]) dicendum est, ad hũc quoq; cõcessionẽ extendendã: quia in fauorabilibus fit extẽsio, etiã si æquè tanta ratio nõ subsit[c]. Nõ

3 dubitatur, quoties in aliquo actu duæ qualitates † inuicem contrariæ concurrunt, constat potentiorem attendi[d]: quænam igitur qualitas validior existimabitur? & in primis quæ dignior erit. Vnde si in eadem causa sacerdos secularísque litigent, beneficio initiati etiam profanus fruetur[e]. Sic si maior xxv. annis communẽ cum minore causam habeat: & ipse minoris priuilegio vtetur[f]. Sic cùm Romanus Pontifex extraordinarium ærusca tionis munus quibuscunque administratoribus indixisset, non comprændi Cardinales eius purpuratos, responsum est[g]: talis enim qualitas, tanquam dignior, cæterorum administratorum nomẽclatione eos eximit: quare re posset quãplurima exẽpla adduci, quæ passim apud

31 recentiores collecta repetiuntur [h]. Potẽtior † quoque ea causa existimãda est, quæ benignior sit: quamobrẽ si pupillo legatum sit ea conditione, vt decem quæ heredi naturaliter debebat, solueret, eámque pecuniã heres acceperit, potius iure obligationis datam, quàm conditionis adimplẽdæ causa creditur, quia id benignius est[i], tũ vt legatarij integra legata ex voluntate defuncti consequãtur, tum vt videatur pupillus bona fide omne quod debebat, restituisse. Nec me mouet quòd in lege Aquilia, si elephantes vel cameli occisi fuerint, fit cõdẽnatio tanquã iumentis occisis, cum tamẽ mixtũ sit genus: natura enim eorũ fera est: quæ feritas si respiceretur, legi Aquiliæ locus non erat[k]: nã id inductũ credibile est, vt domino elephantis vel cameli damnũ resarciatur, quod certè benignius est, ne impune in re aliena dãnũ detur. Rur

a l. iii. C. de episc. aud.

b l. lege. C. de nat. lib.

c c. fi. de simon.

d c. per hoc. de hæ in vi. d. l. quæritur.

e l. præcipimus. §. eodẽ. C. de app.

f l. si commu nem. ff. quẽadmo. ser. amit.

g Rom. cons. ii. ccccxcviii. incip. in casu.

h Fel. c. ii. de iudæ.

i l. si pupillus. ad leg. fal.

k l. impossibilis. de verb. oblig.

ſus †potentior ea eſt cauſa, quæ iure communi iuuatur, 32
quàm quæ iure ſpeciali, vel commentitio ſuſtinetur. Quapropter miles in dubio voluiſſe ſecundum ius commune teſtari magis creditur, quàm militari priuilegio vti[a]. Hinc eſt, quòd ſi lex municipij non permittit aduerſus doctorem inquiri, aduerſus verò militem concedit. Si quis idem & doctor & miles ſit qui crimine promiſcuo deliquerit, ea reſpicietur qualitas, quæ iuri communi magis accedet[b]. Cauſa quoque naturalis fortuitæ, & extrinſecus accidenti quoties contrarij inuicem effectus erunt, præualebit[c]: niſi tamen aliud ex ſubiecto argumento appareat, vt cũ frater miles aliũ fratrẽ militem heredẽ inſtituit, ex cauſa militiæ, & aucto ob contubernium amore, reliquiſſe potius creditur, quàm iure ſanguinis, caſtrenſéque id peculum ex iſtimabitur[d]: quod arbitror fauore militiæ conſtitutum. Specialis quoque cauſa potentior generali exiſtimanda eſt[e], ſicut & cauſa prohibitiua permiſſiuam ſuperat[f]: & qualitas quæ nocet magis in animaduerſione eſt, quàm quæ poſſit[g]. Vnde ſi ordinis lege cautũ ſit, vt nullus doctor poſſit ſcholaſticorũ rector eſſe, qui philoſophiæ doctor ſit, medicinæ verò auditor, legis prohibitione ex Bald.[h] reſpõſo cõtinebit. Sed hęc & huiuſmodi ab aliis diffuſius tradita in præſentia nõ vlterius pertractanda duxi. Et hęc quidẽ, quod ad extenſionẽ attinet, ſatis ſunt. Supereſt, vt pauca illa affinia attingamus. Et regula eſt generalis, quod vt agimus non valet, ſaltem eo modo valere, quo facere poſſumus. Ea ſub ſe quaſdam ſpecies continet, qualis illa: Si diſpoſitioni impoſſibile aliquid per conditionem addatur, omnia vicientur[i]: per modum, modus reiicitur, diſpoſitio ſuſtinetur. Rurſus alia: Qui actus propriè intellectis verbis non valet, ex improprietate ſuſtinebitur. Item alia: In ambiguis ea ſemper ſit interpretatio, vt actus valeat potius quàm pereat. Rurſus quarta: Actus nullus nullius effectus eſt, niſi quòd ex eo quoque mẽs teſtatoris declaratur[k], ex qua quandoque eandem vim habet, atque ſi validus eſſet: vt quando conditonem de facto impleri ſufficit[l]: quod ſuprà attigimus. Idem in pœnis, quando quis ita ex actu nullo inquietatur, acſi validus eſſet[m]. Quod & in criminibus quoque receptum

a l. nam ſi. de iniuſt. rup.
b Bald. l. ſi quis dec. C. de fal.
c Bar. l. qui habet. de tut.
d l. cum allegas. C. de caſt. pec.
e l. ſeruis vrba. §. fina. de leg. iij.
f l. Sabinus. ff. com. diui.
g l. ſi quis in gratiam. §. fin. ad Syll.
h Bal. in procem. Decret.
i l. impoſſibilis. de ver. obliga.
k l. ſi. de reb. eo.
l l. mulie. §. j de cond. inſt.
m l. vbi. C. de tranſact.

ptum est,cùm enim iure fieri nequeat,sequitur vt siquis de facto committat, legitimis pœnis subiiciatur [a]. Sed an actus nullus nomen saltem seruet? Et non videtur. Quapropter stipulatio nulla, propriè stipulatio nō est[b]: testamentum nullum non est testamentum: sententia nulla non est sententia,Sic in citatione,in instrumento, in cessione, quod procedere Bal. censuit in actibus iuris[c],aliàs actus facti etiam propriè nomen seruāt, tametsi perperam fiāt[d]. Sed quid in cōtractibus iurisgentiū? hi enim facti sunt.Et videtur venditionem nullam,posse vēditionem appellari[e]:sicut & matrimonium nullum, matrimonium dicitur[f]: quod & in diuortio receptum est.Sed cùm à iure ciuili fomentū recipiam, verius reor, non nisi impropriè & demonstrationis cuiusdam causa sic appellari.His accedit, quòd paria existimantur, non habere,& inutilem habere[g]. Quapropter idem esse Accursius scripsit, siue mulier maritum non habeat, siue habeat quidem, verùm inutilem[h]. Sed hoc ex effectu accipitur:quantum enim ad verba attinet,certum est maritum habere.Sed de his speciebus satis est. Nunc istam principalem declaremus, in qua à Barto. eiúsque in hoc crebriore calculo recepta sententia necessariò recedendum mihi video,quòd omnes casus non cōprænderit,& etiā non omnino vera ratione innitatur.Igitur sciendū, nō generaliter hîc nos quærere, vtrum actus nullus aliquem effectum pariat,quod supra declarauimus, nec de quocunque effectu nos loqui, sed de eo tantùm, qui actui attentato confinis est,qualis est pactio stipulationi, codicilli testamento,fideicōmissum substitutioni, actus viæ, & siqua huiusmodi affinitate quadam iunguntur: in his ergo adfirmandum, actum qui ea forma & modo,quo agitur, non valet, in eum, qui possibilis fit,modum sustineri,si modò testatoris, vel contrahentium voluntas eiusmodi præsumatur:nam & hoc credere humanius est,& ex eo suadetur,quòd semper id interpretatione agendum,ne irriti omnino & elusorii sint cōtractus. Quod maximè absque dubio procedit, cùm expressum est per partes,mentis ipsorum esse,vt omni meliori modo,quo possunt,actus valeat[i].Quæ clausula † si in tabu-

33 lis addita sit testamentum præteritione filij nullum, fal-

a l.nemo mar tyres. C. de sac. san.eccl.
b l.j.§.sed & mihi.de ver. oblig.
c Bal. l.iii, de test.tut.
d d.l. mulier.
e l.Labeo.l. j.in verb. emerit. infra cod.
f l.quod Seruius.de cōd. caus.da.
g c.j.de præ scrip.
h gl.l.fi.C. de plag.
i l.j. de iure codicil.

tem iure codicillorum ſuſtinebitur: & ſi pater filio cer-
tam rem reliquerit, propter hanc clauſulam iure inſti-
tutionis reliquiſſe cenſebitur[a]. Non tamen tanti effe-
ctus eſt, vt actum ſuſtineat in caſum à partibus non co-
gitatũ, vt quia deinde inſperatò euenit[b], vel perquam ra
rò accidere ſoleret, nec ſola generalitas verborum ſuffi
ceret, ſi mẽs veriſimiliter ab eo caſu abfuit[c]. Quod in ea
ſpecie receptũ eſt, cùm teſtator, ſi non valebit teſtamen-
tum, iuſſit iure codicillorum obſeruari: præterito enim
poſthumo rumpetur, nec in vim quidem fideicõmiſſi po
terit ſuſtineri: non enim veriſimiliter id voluit teſtator[d]:
poſſunt tamen id agere partes, vt etiam in caſum non
prouiſum valeat, vt cum aliquis ex cauſa quacunque e-
tiam incognita liberatur[e]: quod tamen adhuc tempera-
tur, ne dolum remiſſum facilè credamus[f]: & hæc quidem
cum mens partium clara eſt. Cæterùm etiam in dubiis
(vt prædixi) potius credẽdum eſt, voluiſſe partes actum
non omnino inutilem facere: & ideo pro regula affir-
mandum eſt huiuſmodi quod geritur, prout fieri poteſt
ſuſtineri. Quæ regula †tunc non procedit, cùm alicuius 34
diſponẽtium mens aduerſatur: veluti cùm apparet quem
voluiſſe teſtamentum facere: non enim ſi irritum ſit, in-
terpretabimur ſaltem iure codicillorum defend[g]. Id ea
ratione nititur, quòd non videtur teſtator, qui de toto
voluit diſponere, id egiſſe, vt diuiſa in partes re, aliter at-
que aliter cenſeatur, qui heres ex teſtamẽto eſt, ſolidum
conſequitur, qui ex codicillis, partem iure fideicommiſ-
ſi, cùm aliam partem legitimus heres directè ex S.C. Tre
belliano retineat: quę diuiſio cùm diuerſa ſit ab eo, quod
teſtator egerat, non arbitrabimur id ſenſiſſe, vt actus in
hunc modum ſuſtineatur. Qua ratione & libertas dire-
cta ſeruo alieno in teſtamento data in vim fideicom-
miſſi non firmabitur[h]: tranſiret enim in penitus diuer-
ſam ſpeciem, cùm per directam ſoli ſeruo prouideatur,
per fideicommiſſariam etiam heredi propter ius patro-
natus, quod quidem in bonis teſtatoris nec verè eſt, nec
produci quidem poteſt[i]. Vnde & ad extraneos heredes
non tranſit: quòd ſi in bonis teſtatoris eſſet, non ita di-
uerſa ſpecies exiſtimaretur. Qua ratione ſubſtitutio di-
recta in fideicommiſſariam quandoque flectitur nempe
quoties

a Alex. conſil. cxii. in iii.
b Rom. conſil. ccxcii. Fel. c. cũ ſuper de offic. delega.
c l. fiſtulas. §. frumenta. de cõtrahẽd. emp.
d Soc. conſi. xciii. in iiii.
e Alex. cõſi. xj. in ii.
f l. tres fratres. de pact.
g l. non codicillum C. de teſtam.
h l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. i.
i Bart. l. i. de leg. i.

quoties à principio ceu directa valere non potuit[a]: si enim potuisset, quia actus non dicitur irritus, qui valere potuit, non fiet hæc interpretatio[b]. In cõtractibus quoque quum aliquem nobis obligamus, regula non procedet: cùm enim non nisi ex vtriusque partis consensu contractus vim accipiant, non est verisimile eum, qui obligatur, in alia specie cõsensurum[c]: quinimo credendum est, qui inutiliter se obligat, delectari actum inutilem se facere, nec creditorẽ admoniturum[d]. Quapropter dominus pro seruo inutiliter fideiubẽs, quasi iusserit nõ obligatur[e]. Sic fideiussor eo tẽpore datus, quo in peculio nihil est, nisi sic acceptus sit vt in futurũ tempus, quo in peculio aliquid erit, obligaretur, frustrà acceptus censebitur[f]. Sic inutiliter transigens, non videtur voluisse ex pacto obligari: quis enim credat aduersario, qui cùm litigatum est, voluisse quicquam donare[g]? Cęterùm & vbi lex pro forma aliquid requirit, ea non seruata, omnino actus perimitur. Vnde stipulatio, cuius forma seruata nõ sit, nec in vim pacti quidem valebit[h]: fauore tamen liberationis receptum est, vt si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videatur, ne petatur, quod Pau. scripsit[i]: non quòd ea tacitum pactum in se habeat (cùm enim acceptilatio causa liberationis fiat, vinculũ obligationis nullum debet inducere) sed ex quadam æquitate naturali, qua quis obligatur non petere[k]: sed & ita ego sentio, licet aliter. Et hæc omnia quidem ex coniectura mentis inducuntur, quæ tẽpore initi actus fuisse pręsumitur. Sed quid, si casus aliquis deinde superueniat, quem si partes euenturũ credidissent, aliud cõstituissent?

35 Et in † hoc breuiter distinguendũ est, cũ quæritur, an voluntas intelligatur rebus sic stantibus? Aut in his loquimur quæ ex vnius arbitrio pẽdent, & tũc si res incidat in eũ casum, in quẽ verisimiliter scit eũ aliter dispositurum, mutata voluntas intelligitur[l]. Qua ratione si pater filio tutorẽ dederit, isque improbus factus fuerit, nõ sequetur magistratus iudicium testatoris[m], quẽ verisimile est, si hoc præuidisset[n], tutorẽ nõ fuisse huiusmodi filio daturum. Quo exemplo & procurator constitutus si prodigus, negligens, stupidus fiat, reuocatus censebitur[o]. Sic legatum ex inimicitia deinde contracta, vel per alie-

a l. Scæuola. ad Trebel.
b l. verbis de vulga.
c l. i. §. si quis ita de verbo. oblig.
d l. an inutilis de accep.
e l. i. §. deinde quod iussu
f l. eo tẽpore. versi. sed fideiussor m. de pecul. ff.
g l. sua.. C. de rep. her.
h l. i. §. item qui, de const. pec.
i l. si vnus. §. si acceptilatio. de pactis.
k Bar. l. vbi. C. de transactio.
l l. Paulo. §. i. de leg. iii.
m l. Mæuia. §. fin. de ann. leg.
n l. in confirmando. de confirm. tut.
o l. cum quis. de sol.

nationem reuocatur[a]. Sic testamentum natiuitate libe-
rorum[b]. Sic cùm testator alienationem fauore pupilli
prohibu:sset, deindéque constituisset pupillo eam expe-
dire, respōdit Aret. iudicis auctoritate venditionem cō-
cedendam[c]. Sic cùm testator iussisset, ne in fundo insti-
tutus eo amplius quicquam peteret, censuit Bart. ius ac-
crescendi sublatum nō videri[d]. Sic priuilegia monachis
concessa propter exuberantem eorum numerum reuo-
cantur[e]. Hinc ex facto cùm quidam vnicum filium
heredem scripsisset, & consanguineæ puellæ pro dote
centū legasset, quæ summa tempore testamenti propter
amplas eius facultates minima videri poterat, deinde ad
paupertatē redactus, eodem testamento decessisset, lega-
tum arbitrio iudicis moderandum plerisque visum est,
ne plus filio extranea puella consequatur. Aut in cōtra- 36
ctibus loquimur, qui ex duorū voluntate interpretatio-
nem recipiunt: & tunc non intelligetur rebus sic stanti-
bus tantùm facta promissio, nec alterius voluntas muta-
ta quicquam innouabit[f], quod tamē perpetuum non est.
Quid enim, si prior contractus ex errore processisset[g]?
quid si ex fiducia[h]? quid si aliqua causa hoc suaderet, de
qua à partibus nihil cogitatum fuisset? vt si promiserim
tibi gladium restituere, deinde furens petas[i]. Quapro-
pter & in scholastico responsum est, quanuis in aliqua
Academia lauream Doctoratus (vt vocant) accipere etiā
sub iurandi religione promiserit, nihilominus si in aliud
gymnasium transeat, & ibi examine facto approbetur,
non censeri periurum[k]. Sed & conditiones quæ tacitè
ex natura contractus insunt, semper intelliguntur. Si
igitur tibi domum locauero, & habere licere promise-
ro, intelligetur rebus sic habentibus: & pensione inte-
rim recepta[l]. Sed & cùm lex ex noua causa rescissionem
contractus inducit, vel reuocatoriam actionem conce-
dit, apparet, rebus sic se habentibus, promissum tan-
tummodo fuisse: vt cùm quis donat, deinde liberos susci-
pit, rescinditur ex Constantini rescripto contractus[m].
Cæterùm & quando tacitum pro expresso habendum
sit, eodem ferè modo distinguitur: in his enim, quæ vni-
us ex sententia conficiuntur, non est dubium haberi[n],
in contractibus verò non haberi, si ab altero tantùm id
actum

a l. rem legatā. ff. de adi. leg.
b Auth. ex causa. C. de liber. præter.
c Aret. consi. xxii. incip. diligenter.
d Bar. l. quoties. §. si duo. in fi. de her. instit.
e c. suggestū. de decim.
f l. sicut. C. de act. & oblig. l. Lucius. de euict.
g Bar. l. fi. §. idem quæsiuit. de condi. inde.
h l. fi. C. de nō num. pec.
i xxii. q. ii.
k Imol. per P. de renuntiat.
l l. quæro lo. ca. ff.
m l. si vnquā C. de reuoc. do.
n l. inter vestem. de auro & argen.

actum sit [a]: si ab vtroque, secus est: tunc enim idem est, quod in vltimis voluntatibus diximus, nisi actus in forma peccauerit [b], cùm enim forma ex necessitate legis requiratur [c], voluntas partium in nulla animaduersione est, idem cùm hæc voluntas probari non potest. Sumi-
37 tur † autem probatio ex natura rei, vt quia quod amissum est ex natura rei, in eum contractum accedere [d]: sumitur & ex consuetudine, quæ in actionibus humanis potissimam vim habet [e]: sumitur & ex præfationibus, huiusmodi; aliis côiecturis legitimis, quas omnes referre
38 præsentis instituti non est [f]. Sed † nunquid tacita hæc dispositio ex lege inducta, an potius ab homine censebitur? Et discernendos tres casus arbitror. Primus, quoties lex aliquid à partibus actum præsumit, nec huic partes ipse renuntiare possunt [g], tunc huiusmodi legis dispositio, non autem hominis censebitur. Quapropter ius adcrescendi, tametsi ex tacita quoque testatoris mente proueniat, tamen ex legis dispositione magis procedere existimatur [h]: non enim potest quis partim testatus, partim intestatus mori. Sic Bart. in actione tutelæ, diem ex dispositione legis inesse, non autem ex hominis credidit [i]: quoniam si partes agerent, vt ante diem ea actio oriretur, vtique frustrà agerent [k]. Sic idem tradidit, procuratorem ad agendum legali dispositione, ad defendẽdum quoque constitutum censeri: vt enim id faciat, à lege ipsa etiam præter domini voluntatem adigitur [l]. Sic receptum est tempus quod à lege iudicatis confessísve indulgetur, tametsi in sententia iudicis sit expressum [m], pro legali tamen dilatione accipi, cum in arbitrio iudicis non sit, qualem terminum constituat [n]. Nam & generaliter idem Bart. definiuit, illam obligationem à lege descendere, cùm præter verisimilem contrahentiũ voluntatem inducitur. Quæ enim ex præsumpta voluntate oritur, hominis obligatio, non legis est [o]. Nec obest, si quis dixerit, nónne legibus voluntatem suam regere quilibet creditur [p]? Respondeo, verum id esse in his, quæ libero partium arbitrio relicta sunt, alioquin non sponte facere, sed legis iussu partes creduntur [q]. Quapropter legi Falcidiæ aduersus voluntatem testatoris locum esse scriptum est [r]: nec enim facere potuit testator,

a l. si repeté di. C. de cód. ob cau.
b l. j. de verb. oblig.
c l. iubemus. C. de testa.
d d. l. quæro.
e l. quod si nõ lit. §. quia assiduas. de ædil. edi.
f d. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j.
g l. si paterfa. in prin. de adop.
h l. quidam testamento. in fi. de vulg.
i Bar. l. ita stipul. q. j.
k l. cerdoné. de oper. lib.
l Bart. l. non solùm. de procur.
m l. iiii. §. si quis condem natus. de re iudic.
n l. ii. cod. tit.
o Bart. l. stip. nõ diuiduntur q. viii. ff de verb. oblig.
p l. quidam. cum fil. de verb. oblig.
q l. iiii. de reg. iur.
r l. Titia. ad leg. Falc.

quo minus ea lex locum in teſtamento ſuo haberet. Secundus caſus eſt, cum lex aliquid præſumit, cui partes renuntiare poſſunt, & tunc huiuſmodi diſpoſitio hominis, non legis dicitur: vt quòd in mutuo æquè bonũ reddatur in promiſſione dãdi Carthagini, tempus quo illuc iri cõmodè poſſit: & ſi qua ſimilia. Senſit hoc & Bartol. [a], dum alias eſſe conditiones tacitas ſcripſit, quæ ex lege deſcendunt, alias quæ ex natura rei, alias quæ ex præſumpta voluntate. Quapropter cùm lex municipalis cõſanguineos de controuerſiis cõpromittere iuberet, ſi compromiſſum fuerit, neceſſariò id dicetur factum non ſponte, cùm huic legi per alterum renuntiari nequeat: licet Salicetus, & Alexander hac in re aliter ſenſerint [b]. Ex hoc quoque conſequens eſt, vt contractui depoſiti clauſula dolũ malum abeſſe, legis diſpoſitione ineſſe credatur, non ſponte contrahentis [c]: non enim illi renuntiari poteſt, cùm dolus malus in futurum remitti nequeat [d]. Tertius caſus eſt, quoties lex abſque partium reſpectu aliquid inducit, & tunc quoque diſpoſitio cenſebitur legalis [e]. Qua ratione id quod intereſt, rectè pœnam legalẽ appellauerimus [f]: inducitur enim in obligationibus faciendi, vt quanti ea res eſt ſoluendo, debitor liberetur, tametſi de hoc nihil actum ſit. Et hæc ſcitu vtilia ſunt, tum quòd mitiùs cum lege agitur, quàm cum homine, tum etiam quod diſpoſitioni legis contrafaciens inſolidum cõdemnatur, diſpoſitioni verò hominis, pro hereditariis portionibus tantùm [g]. Poſſent & aliæ differentiæ referri, quas in præſentia recenſere nihil attinet. Poſtremò videndum eſt, quoniam ſuperius dictum à nobis fuit, non ſolum diſpoſitiones hominũ à legalibus differre, ſed inter ipſas quoque humanas actiones plerunque non parùm intereſſe, cur aliud conſtitutum in vltimis voluntatibus, aliud in contractibus non raro reperiamus. Exponendum itaque, quomodo certiùs hæc quoque diſcerni queant. Et
regulariter † ſolet affirmari, eodem iure vltima morien- 39
tium mandata, viuentiúmque contractus accipiẽda eſſe, déque altero ad alterum ceu ad ſimilem rem, interpretatione procedendũ [h], niſi tamen diuerſa in his ratio afferatur: ea diuerſitas quinque vt plurimũ cauſis ſolet oriri. Prima, quòd in teſtamentis fauorabilior interpretatio, quàm

a Bart. l. quæ extrinſecus. de cond. & demonſtr.

b in l. ſi quis maior. C. de tranſact.

c Paul. Are. §. Cato. v. opp.

d l. iuris gentium. §. pen. de pactis.

e Bartol. d. l. ſtipulationes. q. viij.

f l. cum ſtipulatus ſim mihi, ò Procule. eod. tit.

g l. in depoſiti. ff. depo.

h l. ita ſtipu. de verb. obl.

quàm in contractibus fiat[a]. Hinc est quòd institutis testamento filiis, etiam fœminas admitti indubitati iuris est: cùm tamen si quis pro se & filiis emphyteusim recipiat, masculos tātùm admitti ferè receptius sit[b]. Eodem modo institutis filiis dubium non est nepotes quoque contineri, cum in contractibus contrà responsum sit[c]. Sic à legato quod filiis relictum sit, monachi non excludentur, in quorum album nomina filij dederint[d], cùm in contractibus huiusmodi interpretatio minimè accipienda videtur[e]. Sic si fidei filio commissum sit, coniectura paternæ pietatis plus dictum, minus scriptum creditur, conditióq;, si sine filiis decesserit, extrinsecus sumitur[f]: quod in cōtractu locū sibi nō vendicat. Sic legata domo, aditū quoq; deberi responsum est[g]: at vendita, vel familiæ erciscundæ iudicio diuisa non deberi[h]. Sic conditio impossibilis vltimas voluntates non vitiat, sed ipsa reiicitur[i], cum tamen contractus ratos esse non sinat[k]. Secūda causa

40 sa est, quia vltimæ* voluntates prōptius executioni mittuntur: pluribus enim actionibus in his succurritur, nūc rei vendicatione, nunc pignoratitia ob hypothecā, quandoque & officio iudicis, quod persecutionem vocant, vt alibi docui in c. quod sedem. de officio ordinarij, in antiq. & hoc videtur dicere Vlpianus[l] inferius his verbis, Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, vt puta fideicommissorum, & si qua alia sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem. Sed & interdicto plerunque succurritur possessionis adipiscendæ causa[m], quam ob causam & edictum diui Adriani olim in vsu erat[n]. quæ omnia in contractibus aliter se habent: ex his enim ordinaria actione experiendum est, nulláque executio præstatur[o]. Eadem ratione & illud dicimus, vltimas voluntates postquàm dies cesserit, in pendenti esse non posse: cùm in contractibus aliud sit iuris[p]. Vnde & illud receptius est, legatariū, qui partē ab altero herede petierit, non censeri ius crediti diuisisse[q], cum in cōtractibus constet diuisionem fieri[r]: facilius enim hoc modo testatoris volūtas exitū habebit[s], nec suspēdetur quatenus alius coheres non soluat. Sic & si tibi seruum arbitratu Seij legauero, eo intra annū nō eligente, nihilominus legatum debebitur, nec vlteriùs erit expectan-

a l. in testa. de reg. iur.
b l. j. infr. de verb. sig. ff.
c Bar. l. liberorum. de ver. sig. Sal. l. ij. C. de iu. emph.
d authē. nisi C. ad Treb.
e Spec. tit. de loc. ver. cxx.
f l. cum acutissimis. C. de fid. vbi Bald. in fi.
g l. testatrix, fi. ser. vend.
h l. in vēdendo de cōtrah. empt.
i l. j. de cōd. insti.
k l. impossibilis de verb. oblig.
l l. fi. C. commu. de leg.
m l. fin. C. quor. bo.
n l. fin. C. de edi. di. Adria.
o l. minor. cui fid. de min.
p l. receptu. com. præd.
q l. si ex toto. §. j. de le. j.
r l. si creditores. C. de pac
s l. vel negare. ff. quemad. test. aper.

dum [a], cùm in contractibus à persona non recedatur, longiórque præstetur dilatio [b]: cui rei consequens est quòd cautioni * Mutianæ in contractibus locum non 41
esse vulgò traditum est [c] (quod & Bartolus prodidit ex Accursio non semel: tametsi Gulielmus de Cuneo, non leuis auctoritatis vir, contrà existimarit variis argumentis & rationibus fretus, quas optimis fundamentis diluit Bartolus & ἀντινομίας conciliat.) cùm & debitor in diem ex causa legati cauere debeat, quum dies venerit se soluturum [d]: quod in contractibus admissum non est, nisi magna ex causa [e]. Tertia causa, quòd vltimæ voluntates ab vnius tantùm nempe testatoris, iudicio pendent, contractus non nisi omnium contrahentium consensu perficiũtur: in illis igitur sola defuncti mẽs in animaduersione est. Quapropter, si bona sua alienari * prohibuerit, ex 42
causa tamen dotis distrahi potuerunt [f]: quoniam verisimile non est, voluisse eum à se descedentes fœminas indotatas agere: quod in prohibitione, quæ in cõtractu addita sit, nõ procedit [g]. Eadem ratione vltima voluntas posterior, tametsi nón omnino perfecta priorẽ extinguit [h], cùm aliud sit in contractibus [i]: ex actu enim inutili voluntas tamen perspici potest, quod in legatis solùm sufficit [k]. Item annuum legatum iuris interpretatione plura legata, plures obligationes continet: at si annuum quid dari nobis stipulemur, vna erit obligatio [l]. Cuius rei ea videtur ratio, quòd in legatis volũtatem spectamus, quæ præstationem pluries fieri decreuit, meritò plura sunt legata: in stipulationibus ad formam verborum attendimus, quæ vnica est. Quarta causa originem à præcedenti ducit: ea est, quòd in vltimis * voluntatibus pœnitentiæ, 43
reuocationique locus est, cum in contractibus quod factum est, infectum: quod ratum, irritũ, altero dissentiente, fieri non possit [m]. Hinc, si libertus de se bene merentem amicum donatione aliqua remunerauerit, non fiet causa patrono, vt in sui fraudem id factum cõqueratur [n], cùm si causa mortis dederit secus sit [o]: quòd enim huiusmodi alienatio ex nutu eius reuocari possit, facillimè fraudis coniecturam tunc accipimus. Sic adolescens cui curator datus sit, absque eius auctoritate cõtrahere non potest [p], cũ tamẽ testari, legare, causa mortis donare possit [q]:

a l. fi. §. sed & si quis. C. commu. de legat.
b l. si quis arbitratu. de verbo. oblig.
c l. Mutianæ. de condit. & dem.
d l. inter. l. seq. qui sa. cog.
e l. in omnibus. de iud.
f authen. res quæ. C. ad le. Falcid.
g l. nulla. C de iu. dot.
h l. legatum sub conditione. §. fi. de adim. lega.
i l. i. de noua.
k l. fi. de reb. credi.
l l. si Stichũ. §. i. de verb. oblig.
m l. sicut. C. de act. & oblig.
n l. vinus. si quid in frau. patron.
o l. i. §. i. cod. titul.
p l. si curatorem. C. de in integ. rest.

sit[a]: nec enim hîc vllum subest periculum, ne damnosè agat, cùm arbitratu suo omnia reuocandi ius illi sit[b]. Quapropter si municipali plebiscito cautũ sit, ne absque agnati cõsensu mulier contrahat, id tamen valebit, quod donatione causa mortis tradiderit: non enim legis ratio, ne mulier decipiatur, locum hoc casu sibi vendicat, cum pœnitere possit[c]. quo exemplo & illud quoque responsum fuit, cùm consuetudine quadam peregrinorum facultates, quacũq; eorũ vltima volũtate, reiecta ad principẽ pertinerent, si donationis nomine quicquã ab his alienatũ esset, non videri fraudẽ fisco factã[d]: quod eo magis recipiendum est, quoniam illud in confesso sit, dispositionem stricti iuris in vltima voluntate inductam, ad contractus minimè producendam esse[e], nec ẽ cõuerso. Quinta causa est, quia contractus etiam ex summi iuris rigore effectum habent, quod de re sua quemliber dispo nere posse iustum est: at vltimæ voluntates indulgentia solùm quadam, dispensationéque legis sustinẽtur[f]: cùm in id tempus earum effectus conferatur, quo quis mortuus est, nec res amplius sua est: quo fit, vt suprema hæc iudicia, ceu specialius quoddam auxilium à legibus con secuta, legum ipsarum naturã magis, quàm contractum imitentur[g]. Quapropter & in legatis, & in legum iussio nibus, si quicquam factum non sit addita pœna, statim fie ri debet, ne in pœnam incidamus[h]: cùm in contractibus nõ prius pœnæ locus sit, quàm declaratũ fuerit amplius fieri nõ posse[i]. Inde quoq; est, quod prohibita à testatore alienatione, non magis dominium transferri non potest, quàm si lex expressim vetaret[k], cùm tamen in contractu prohibitio eam translationẽ non impediat, sed in id quod interest agendum sit[l]. Cæterum & contraria ratione institutum est, vt antequam vltimæ voluntates legis fomento conualuerint, contractibus ipsis imbecillio res censeantur: quapropter ante conditionis euentum, in eis transmissioni locus non est[m], cùm stipulatio conditionalis nihilominus ad heredes transeat[n], firmius enim vnicuique acquisitum id censeretur, quod propria ope consecutus est, quàm quod alieno beneficio adipiscitur[o]. Vnde alimẽtis mihi ex cõtractu debitis, possum ex sentẽtia mea trãsigere: cùm si postremo alicuius elo-

a l.Aurelio, §. Gaius. de liber.leg.
b l.sed interim. §.i. de donat. inter vir.
c Ias.l.ij.de leg.j.
d d.l.viuus
e l. non dubium. C. de testament.
f l. j. C.de sac.san. eccl.
g §.disponat in authen.de nup.
h glo.l.j.C. de his quib. vt indig.
i d.l.ita stipu latus.
k l.Marcel. §.res quæ.ad Trebel.
l l.ea lege.C. de cõ.ob cau.
m l.vnica.§. fin autẽ sub. C. de cad. tol.
n §.ex conditionali. Inst. de verb oblig.
o gl.l.j.C.si aduers.ven.

gio debeantur, absque Prætoris decreto non possim [a]. Qua ratione sunt, qui putent, in ambiguo disiunctiuæ obligationis casu ad legatarium electionem spectare [b], cùm in contractibus ad debitorem ipsum pertineant [c]: differentiæque rationem esse, quòd heredis hac in re damnū in animaduersione nō est, qui & de lucro agit, & alieno facto fortunatus est, vt cui cōtigerit (quod poeta ille ait) Res non parta labore, sed relicta. Cui tamen rationi illud obesse videtur, quòd traditum est, si manumissus à domino superstite seruus fuerit, peculium illi cōcessum censeri: sed si testamēto ab herede libertas ei legata sit, non censeri: quod argumentum tripliciter bene sanè dissoluit Accursius [d]. Ego etiam illud dici posse arbitror, ideo ita constitutum, ne dominus quicquam illi vlterius impēdendi causam haberet, sed peculium illi pro alimentis sufficere. Siquidem & apud Plautum Epidicus ait: *Nouo liberto opus est quod pappet*. Cui respondet senex: *Soccos, tunicam, pallium tibi dabo, prabebo cibum.* Sed an potius id inductum credamus, quoniam qui heredi seruum relinquit, necessario relinquit, at in necessitatibus non ita fit liberalitatis & munificentiæ larga interpretatio [e]: nam & traditum est alienationes, quæ testamentis fiunt, non ita facilè in fraudem cuiusquam factas videri, quoniam necessariò fiant [f]: vulgò enim dicitur, superstitis est mancipium: & morientium sedes viui occupant, nec nisi nudos orcus recipit. itaque qui heredem instituit, aut legat, tametsi alienet in edictum de alienatione mutandi iudicij causa facta, nō incidere eum Paulus scribit. Rationem ibidem adfert Accursius: quoniam in his, quæ necessitate fiunt, dolum abesse tradit. Nam, vt refert ibidem Bartolus, [g] confertur post mortem alienatio.

a l. cum hi. §. planè. de trās act.
b l. Lucio. de leg. ij.
c l. plerunque. in fi. de iu. dot.
d l. j. C. de pecul. eius libert.
e l. tem. legatam. de adi. leg.
f l. ex hoc edicto de ali. iud. mut. l. seqs. de sol.
g d. l. ex hoc. §. alienare.

ANDREÆ ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLANEN. DE VERBORVM significatione Liber quartus.

SVMMÆ.

1 *Figurarum ortus.*
2 *Metaphoræ vsus.*
3 Κατάχρησεως *natura.*
4 *Parœmiæ, transactionis species: eius vsus, & dictio.*
5 *Aposiopesis effectus.*
6 *Prolepsis vis.*
7 *Antonomasiæ virtus.*
8 *Synecdoches vsus.*
9 *Hysterologia inuertit.*
10 *Auxeseos natura.*
11 *Superfluitatis figura.*
12 *Cauillationis natura.*
13 *Hyperbole auget, minuítve.*
14 *Anaphoram variè fieri.*
15 *Geminationis genera.*
16 *Parallages vsus.*
17 *Amphibologiæ ortus.*
18 *Tractus, temporum complexio.*
19 *Allegoria, translatio.*
20 *Noxæ noxiæque discrimen.*
21 *Mulierem etiam de virgine dici.*
22 *Muneris acceptio multiplex.*
23 *Peculium variè accipi.*
24 *L. librorum. § si cui. explicari.*
25 *Veteratorem variè sumi.*

26 *Iuriſconſultos verbis ab aliis non receptis vti.*
27 *Iuriſconſultis peculiaria verba.*

VM ſuperioribus libris à nobis de quadruplici verborum ſignificatione non indiligenter ſit ſcriptum, ſupereſt vt de figuris,& tropis aliqua ſubiiciamus:quæ cum mixtæ cuiuſdam ſint naturæ, operæpretium viſum fuit in hunc locũ eas reſeruare, quòd ſat commodè non videbantur poſſe ſupradictæ diſtinctioni coniungi:nam figurarum quædam ſolum ornatum reſpiciunt, & hæ ad proprietatem ipſam pertinent:imò elegantiorem, & magis perſpicuam orationem, quàm ex ipſa proprietate deprompta verba faciunt,vt meritò Fabius Quintil. ſcripſerit, Quæ bene tranſlata ſint,etiam propria dici ſolere.Quædam ad improprietatem penitus pertinent, & in vitium orationis inclinant † eſt earum maxima pars,aliæ ab vſu prudentium auctoritatem ſumunt: nonnullæ ferè nihil à verbis mutuãtur, ſed ex interpretatione vim omnem accipiunt,veluti vt plurimũ ſunt parœmiæ. Meritò igitur in vltimum librum recipiendum hunc tractatum cenſui, præſertim cùm ſic quoque gratiorem me rem facturum hiſce opinarer,qui iuris ſcrupuloſitatibus offenſi, in amœniora ſtudia diuertere deſiderant: his enim hic libellus magis arridebit, qui non pauca ex humanioribus ſtudiis contineat,quantáque veterum Iuriſconſultorum in eis diligentia fuerit,declaret.Velim tamen hi ſciant, me non omnino ex Grammaticorum,aut Rhetorũ declarationibus,ſed craſſiore minerua, quod noſtratibus Doctoribus magis placere deprændi, huiuſmodi ſchemata,& tropos interpretari:& ſicut apud Annium Neoptolemus philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe,ſed paucis:nã omnino,haud placere: ſic & ipſi mihi video cum Rhetoribus aliquantiſper conuerſandum eſſe, omnino, haud placet.Quòd ſi ipſi in hoc argumento à Grammaticorũ traditionibus receſſerunt,æquo animo ferre debent, ſi Iuriſconſultus eos & ipſe non omnino ſequar, ſed aliqua conſultò innouanda duxerim,quæ huic noſtræ profeſſioni magis conducere exiſtimaui.Ex his igitur † longè fre-

gè frequentiſſima eſt quam μεταφορὰν, id eſt,tranſlationem vocant,ſine qua nec quotidianus quidem ſermo cõſiſteret, cùm propter vocabulorum anguſtiam ſimilibus plerunque vti cogamur, vel quia proprium deficiat, vel quia trãſlatum proprio elegantius ſit: vt cùm Iuriſconſulti adulterinam monetam, adulterinam ſcientiam vocant,& adulterari rationes dicunt,id eſt,conturbari, vel falſò deſcribi [a].Sic ambulatoriam voluntatem, actionẽ, legis poteſtatem, ſtipulationem dicimus:ſic viam aperire,ſic calcem pro fine. cunabula pro initiis plerumque reperire eſt:hinc anfractus litium antiquare,id eſt,extinguere:hinc defloratæ ſpecies, enucleatũ ius, fræni temperies,nuda conuentio:ſic in promptu dicimus, ad manum,in pendenti, prima facie,laquei legum: ſic inhiare commodis,quod à lupis tranſlatum eſt:ſic rempub.florere,dotem &donationem propter nuptias æquis paſſibus ambulare[b],tempora largiri cauſam capitalẽ, quæ ad ſtatum pertinet,dicimus,& ſi qua ſimilia, quæ nuſquam in

a l.j. in fi. de ſer. corrup. ff.

b l.fi.§. ſi autem. C. de don. ante nup.

3 quocunque actorum genere non occurrunt: Ab †hac non multùm diſtat quæ κατάχρησις ,id eſt, abuſio dicitur:cùm omiſſo proprio & peculiari nomine aliud apponimus:vt cum lex Iulia adulterium ſtuprum appellauit, generaliſſimo nomine vſa, cum ſpeciale crimẽ inſequeretur:meritò Paulus,lex,inquit,Iulia ſtuprum,& adulteriũ promiſcuè (vt habent vulgati codices) ſed καταχρηστικωτέρως appellat φθορὰν; qua figura etiam parricidam dicimus, qui matrem interfecit: Sic & Gaius inter geſtum & factum,inquit, καταχρηστικῶς nihil intereſt. Sunt qui generaliter catachteſin diffiniant,quæ nomen ſuum proximo accommodet. Metaphoræ quoque affines ſunt parœmiæ,de quibus Eraſmus Roterodamus locupletiſſimum,& immortalitate dignum opus iamdiu edidit,in quo ſolus videtur mihi veteres omnes ſuperaſſe:is enim
4 ſic diffiniuit:Parœmia†eſt celebre dictũ, ſcita quapiam nouitate inſigne. Sunt autem in iure id genus quamplurima adagia, quorum inſigniora vir ille diligentiſſimus perquã eleganter explicuit:qualia ſunt,Glauci & Diomedis permutatio [c]; Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus: Nõ ſoli atridæ vxores amant:Pecunia abſque peculio fragilis-Officere luminibus:Cum ſacco adire:Ma-

c l.ſolert. ff. de offic.proconſul.

na longa, manu breui: Actū ne agas: Leonina societas: Illotis manibus: Longè latéque: Sarta tecta: Ruta cæsa. Cæterùm quædam & nos ab eo, fortè consultò, prætermissa adnotauimus, quæ quãuis non ita forsan elegantia sint, non tamen eiusmodi visa fuerunt, vt silentio omittenda duceremus. Ea sunt, HERCVLIS CLYPEVS, in Hexastico quod Iustinianus ipsis Digestis præposuit:

Οἷα τὰς ἡρακλῆι πανταλόλος ἀσπίδα τεύξας.

Dicitur autem de re pulcherrima, & variis ornamẽtis insigni: ab Hesiodo sumptũ, in opere cuius titulus ἀσπίς. DVPONDII iuuenes: studiis tantùm initiati, in procemio, à dupõdio nummo, quasi duobus assibus æstimarentur: seu à pondere dupondio, quod & stater dicitur, & τετράδραχμον: sunt enim adhuc modici valoris, nos pupillos vulgò dicimus. Eôdem pertinent, LYTAE & Prolytæ: quo nomine vocantur postquàm perfecti, absolutíq; in ea disciplina fuerint. Sic eodem loco edictum perpetuum, sparsim & quasi PER SATYRAM collectum dicitur prouerbiali schemate, à satyra lance ex variis ferculis nullo ordine collatis composita. Vnde & Sallustius in Iugurthino Quasi per Satyram sententiis exquisitus in deditionem accipitur: id est, non seruato ordine, vt seniores priùs sententiam rogarentur: sed vti ipsi Imperatori libuisset. Eôdem pertinet, quòd Sabinus à Pomponio[a] Cato sui tẽporis dictus est. Sic SATVRNINVM recentiores quidam vice versa vulgò dicunt, qui phantasticas, absurdásve opiniones in iure ciuili sectatur[b]: ab huius nominis Saturnino, quem Vlpianus notat[*]. πρὸς ἔπος, id est, ad verbum prouerbialiter Vlpianus[c] dixit, de his, qui congruenter interrogationi sibi factæ respondent, quod à nobis in Dispunctionibus lib. 3. cap. 10. diffusius explicatum est. Id Cice. RESPONDERE AD ROGATVM dixit in oratione pro L. Flaco: Nunquã nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quàm ad rogatum. EREMODICIVM Iurisc õsulti[d] appellant, quoties in iudiciis, absente altera parte, ius dicitur. Vnde qui facilè & citra contradicentem victoria potiuntur, eremodicio potiores dici possunt. Lucianus etiam ad calumniatores transtulit. Demosthenes separatim ἐρήμην δίκην appellat. In periuros quoque prouerbiale est

a l. ij. de origi. iur.

b l. j. de senat. Bald. l. j. C. de sac. sanct. eccl.

c l. de ætate. §. quod autem. de interrog. act.

d l. & 6 fine. §. fi. ff. de min.

le est dictum, Vlpiano auctore. πρὸ τοῦ ὡς μὴ ὄμνυε, temerè ne iura: quod illis[a] superindici solebat, cùm fustium vel flagellorum ictibus subiicerentur. DVBIVS EVENTVS LITIS ex Scæuola[b] dici solet, apúdq; nos ferè prouerbij loco vsurpatur, apertissimámque habet significationem. PROBATIONES de domo[c] vocantur non tam suspectæ, quòd domestici testes non recipiantur, quàm confessiones, & ipsius accusati rationes, cùm quis proprio ore conuincitur, & suo, quod dicitur, gladio iugulatur: quo sensu & Græcum adagium accipi potest, οἴκοθεν ὁ μάρτυς. VESPERTILIONEM* appellari in iure[d] apparet eum, qui ne creditoribus satis faciat, latitet, & vespere tantùm exeat, vel rationes conturbauerit: opinor ex Æsopi fabula, qua inter cætera proditur vespertilionem cum mergo societatem nauticam contraxisse, & summersa naui, cum vterque decoxisset, vespertilionem non nisi noctu, metu creditorũ vagari, mergum frequẽter in vndas se demittere, mercimonia amissa perquirentẽ: vt proculdubio malè sentiant, qui vespillonẽ*, vel versipellem pro vespertilione legunt. Traditur & quandoque IACTVS retis[e], pro re dubia, & mera spe, qua plerunque homines decipiuntur. A MANV quoq; variæ parœmiæ deduci videntur, vt cùm dicimus, de manu in manum, & per manus tradi[f], & ad manum non habere, & extra manum demisisse, & manus iniectionem retinuisse. Emissam quoque manũ Modestinus dixit[g], pro cautione manu facta. Dicitur & manus pro arte vnde & manus pretium Caio[h]. DOMVM quoque suam vnicuique tutissimũ refugium Caius[i] scripsit ex notissima testudinis opinor fabula, οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. OMNEM fortunam in sinu meo habui[k] prouerbialiter etiam dixisse videtur Scæuola, non solùm eo sensu quo in manu, id est, potestate habere dicimus, sed etiam vt occultam, & sibi soli creditam rem ostenderet: vnde & in sinu gaudere Ciceroni III. Tusculanarum: quanuis & alio sensu alibi accipiatur. ERRONEM quoque, frequenter vagantem, & rebus nugatoriis tempora consumentem ex Vlpiano[l] dicere possumus, metaphora ab erronibus seruis ducta. Ouidius in Epistola Saphûs,

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.

a l. si duo. in fi. de iureiu.

b l. quod debetur. de pec.

c l. p... de ce... iti...

* Sic in vulga. in Pand. Flo. vispellionem.

d l. si ita quis de euict.

* Vispellionem in Pand. Flor.

e l. si iactum de act. emp.

f l. quod per manus. ff. de iure codic.

g l. quidam. de probat.

h l. munera. infra eod.

i l. pleriq; e de in ius voc.

k l. qui testamentum. de probatio.

l l. quis sit. §. erronem. de ædil. edict.

Cui nō multū absimilis est & miles qui EMANSOR dicitur, hoc est, vt Modestinus[a] interpretatur, qui diu vagatus ad castra reuertitur. FELICI diplomate vti dicūtur[b], qui omnia præproperè agunt: ab his ducto prouerbio, qui cursu publico per dispositos equos omni tempestate cōtempta, nocte diéque iter agunt: quod absque principis diplomate (tractatoriam recentiores Cæsares[c] appellāt) facere minimè concessum erat: cuius rei præter Iurisconsultos Plin quoque ad Traianum, & Cornel. Tacit. meminerunt. Ἐι παλάτι quoque frequenter Iurisconsulti[d] dicunt eo sensu quo nos largo modo solemus dicere, veteres non ad liquidū appellabant id latius à nobis Dispunctionum libro II: cap XI. tractatum est. Cui significationi non absimile est, quod Vlpianus[e] παχυμερέστερον dixit, id est, crassius & pingui minerua: quo sensu & Aulus. Gell. libro XIIII. capi. I. vtitur. PEDEM in fouea habere, id est, in periculo mortis esse, Pomponius[f] dixit his verbis: Ego dicēdi cupiditate, quam solam viuēdi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Iulianus: Et si alterum pedem in sepulchro haberem: adhuc addicere quædam vellem. COLOR quæsitus dicitur[g], cùm id quod verè agimus, simulatione aliqua obtegimus, siue fraudandæ legis gratia, siue alia ex causa id fiat: soléntque hoc loquendi modo Iurisconsulti plerunque vti, metaphora (vt opinor) à Rhetoribus accepta qui verborum coloribus veritatem plerunque offuscant.

a l. iij. §. ij. ff. de re mili.
b l. cōtinuus. §. j. de verb. oblig.
c l. j. C. de tract. & stabulis.
d l. vero procurator. ff. de solut.
e l. quam Tuberonis. §. j. de pecu.
f l. apud. de fid. lib. ff.
g l. sed Iulia nus. ff. ad Maced.

FACTVM transactum est[h], de re finita, & quæ amplius in dubitationem deduci non possit. Cicero in Catil. libro III. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactū est: translatione ab eo ducta quod finis litibus per transactiones imponatur. CONNIVENTIBVS oculis Vlpianus scripsit[i], id est, per dissimulationem, cum is qui videt oculos interdum claudit, dum perspicere non curat. Accursius stricta iuris ciuilis ratione non inspecta interpretatus est.

DE PLANO[k] apud eosdem fieri dicitur, quod facilè & absque causæ cognitione conceditur, origine prouerbij à iudicibus ducta, qui grauiores & arduas causas pro-

h l. transacta infra. eo.
i l. iiii. in princ. de manumiss.
k l. ne quicquam. §. de plano r. de off. procon.

tribu-

tribunali sedentes cognoscunt: vbi verò descenderint, in plano constituti, leuiora negotia decidunt. Honorius Imperator LEVATO VELO[a] id fieri dixisse videtur: Cùm causæ, inquit, huiusmodi leuato velo cognoscãtur: quod & ipsum prouerbiali figura non caret. IN FOLLE offerre Calistratus[b] intellexisse videtur eum, qui ad liquidum rationes non reddit metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita tamen, vt nec qualis quãtáve sit agnoscatur: vnde vulgari sermone circunfertur in folle merces non emendas. Illa quoque à prouerbij vsu diffidere non videntur, cùm OMNI exceptione maiõrẽ, dicimus integerrimæ fidei hominẽ. ISAVRICVM pro atroci latrone, à vitio generis. VSVRAS nauticas, pro centesimis & magnis. SPARGERE aquam, pro demulcere & blandiri, metaphora ab aquis ducta. HVMANITVS contingere, id est mori. Sed & eòdem pertinet, quod alibi dicitur: SITIENTIBVS agris tuis alienos irrigas[c]. AEQVA quoque LANCE dicimus & PASSIBVS æquis de his quæ similia sunt: vnde & lance vna trutinare apud eosdẽ reperitur. Iustinianus [d] etiã κατὰ πόδα, fieri dixit, quod alienis vestigiis insistere veteres dicere consueuerunt, cùm quis de suo nihil addit, sed aliena solùm recitat: vnde & VESTIGIIS inhærere ductum est. Vsurpatur eiusdem Imperatoris exemplo[e], de re quæ amplius in vsu non sit, vt AB AVLA recessisse dicamus, translatione ab emeritis Palatinis iudicibus accepta. Idem quoque prouerbialiter locutus videtur, cùm sub finem Institutionum, sufficiat, inquit, hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse: vbi Accursius indicem digitum intelligit: ego posse etiam de tabula, seu, vt Græci dicunt, elencho accipi arbitror. Sed & Gratianus [f] Valent. & Theodos. EMENDICATA suffragia appellauêre, quæ leuiter causam adiuuant, vt potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. Prouerbialiter quoque Gordianus dixit [g], NOXA caput sequitur: quoniam, vt Marcus Cato ait, nequiter factum semper durat, & reum comitatur. Sic & Ouidius,

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Sed & Constantinus Imperator [h], SVO MARTE,

a l. pe. C. de naufr. lib. xj.

b l. cum seruus. C. de cõ. & demonst.

c l. præses. C. de seruit.

d l. ii. C. de vet. iur. enuc.

e l. ne in arbitris. C. de recep. arb.

f l. singuli. C. d. accu.

g l. licet. C. an. ser. pro suo fact.

h l. j. C. ne lic. pot.

inquit, causæ discurrant: id est, suis viribus, non autem aliunde accersitis adminiculis. In iure quoque pontificio eiusdem monetæ pleraque leguntur, quorum aliqua referre non omnino extra rē erit, qualia sunt: COLLYRIO vno omnibus morbis mederi[a]. FACIBVS solem adiuuare[b]: quod de superuacuis & absurdis dici consueuit.

FALCEM in alienam messem mittere[c]: de cognitionē, quæ ad alios pertinet, sibi arrogantibus. PARIES dealbatus, ex Actis Apostolorū pro dissimulatore, & fœdo homine[d]. LABYRINTHVS, de re confusa & inexplicabili: vnde Labyrinthus erroris[e]. MARGARITAE ante porcos. ALTARE spoliat, vt aliud operiat. MINGERE ad parietem. Mus in pera, serpens in sinu[f]. Frustatim lupus comedit agnū[g]. Malus choraules bonus symphoniacus[h]: & si qua similia. Cæterum & vulgo ex Accursio recentioribusque interpretibus quædam nobis in vsu sunt, non omnino indecora, vt quibus sola vetustatis opinio desit, cætera quæ prouerbio necessaria sunt, abunde superfit: vt cùm de re difficili, AFRICANI LEGEM dicimus[i], quod huius Iurisconsulti responsa, quæ passim in corpore leguntur, obscura sint, & interpretatione indigeant. QVID AD rhōbum[k]: de his quæ ad collationem admitti non debent, vel nihil ad rem propositam faciunt: videtur à pisce rhombo optimi saporis deductum, cuius cognitionem ex Iuuenalis carmine habuit Accursius. REM non nouam aggredi[l]: de his qui vxores vetulas accipiunt, obiectum risus causa ab auditoribus Bulgaro, cùm huiusmodi vxorē duxisset, & manè constitutionem, cúius initium illis verbis cōceptum erat, auspicaretur,

Ob solum punctum caruit Robertus Asello[m].

Ortum ex historia, quam Albericus Rosat. recenset. Robertus opulenti sacerdotij, cui Asinus nomen, vt vocāt, Abbas erat, cæterum auarus, & inhospitalis, quapropter carmen, quod pro foribus monasterij proscriptum erat, commutato puncto inuertit,

Porta patens esto nulli, claudaris honesto.

Id cùm Pontifex Romanus resciuisset, sacerdotio hominem priuauit: vnde in fabulam vulgi transiit, prouerbialé que

a xxix. dist. necesse.
b vj. q. i. si omnia.
c cle. venerabilis de elec.
d xxiii. q. i. paratus.
e xxix. dist. c. i.
f c. etsi de Iudæ.
g. §. quia ergo. xiii. q. i.
h xvj. q. i. legi.
i Ias. l. quæ dotis so. ma. lz gl. auth. licet. C. de na. li.
l gl. l. rem non nouam. C. de Iud.
m Alber. in dict. c. punctus.

lèque carmen ortum, de modico momēto rem magnam amittentibus.

QVA hodie præstant, quos lux det crastina pullis[a]. vulgare carmen repræsentationis vtilitatem aduersus procrastinatores ostēdens, quale est apud Plautum, Nihili coactio: in Aulularia. Sūt coactores, qui in iure Collectarij dicuntur[b]: hi in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere. væneunt autem huiusmodi nomina, cùm mala sint modico pretio, quod vsu etiamnum videmus. Horat. Si præco paruas, aut vt fuit ipse coactor Mercedes sequerer, Meminit & Suet. in Vesp. itémque Seneca. CVI aduenit vnum, non aduenit solum[c]: prouerbialiter dixit Accursius quòd vno ex malo plura consequantur: vnde & poetis CATENATI labores dicti. DOMINVS cùm rogat, præcipit[d]: & id habet apertā significationem. QVALIS vertex, talis offa[e]: videtur non absimilis significationis esse illi, Similes habent labra lactucas: cùm par pari refertur, ASINVS asinum non prændit[f]: de æmulatione, quæ inter æquales est, cùm alteri quis cedere negat, quia paris fuerit cum eo conditionis. HEBRAEVS nihil Hebræo, Catilina Setego[g]: cùm idcirco alteri quis obiicere aliquid criminis nequit: quòd & ipse eodē laboret morbo. non absimile illud Iuuenalis carmen, Clodius accuset mœchos, Catilina Setegum. TEMPORE quisque duos lepores sectatur eodem[h], Aut neutrum, aut certè non capit ille duos. vulgatum carmen, illi Iuuenalis non diffidens, Pectora nostra duas non admittentia curas. Nec item illi Palladæ in Epigramm.

Γευόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

Omnia equi gustas, nil proprij sed habes.

TANTI offa, quanti panis intinctus[i]: de his quæ diuersa existimātur, cum eadem effectu sint, Citantur & prouerbij nomine ab Accursio Ouidij illi versus:

Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Sicut & ab Iasone[k] illud Vergilianum,

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

In materia difficili & latissima, ad quam tamen extri-

a l.hi cum. de transact.
b l.quisquis. C.si cert.pe.
c gl.in auth. vt iud. sine quo. verbo. illicito.
d gl.l.1.quod iussu.
e gl.l.quod in herede. §. eligere.de tribut.
f glos.l.1.§. veteres de acquir.posses.
g gl.l.quoniam.C.de Iudæ.
h glos.l.nemo.C.de assess.
i Ias.l.quæ extrinsecus. de verb.obl.
k Ias.l.re coniuncti.de leg.iii.

çandam pauci interpretes accesserint. Sed & Picus quoties Bartolum, aut alium magni nominis doctorem incesseret, solebat hoc Ouidij afferre:

A cane non magno sæpe tenetur aper.

REVOLUTO mantelo, ex vulgari sermone dixit Accursius[a], cùm cótrariis exceptionibus quis aduersus diuersos vtitur, ab his ducta metaphora, qui vt scenæ seruiant, mutant pallium. Et hęc quidem quod ad parœmiã attinet, satis & super, ne de fæce (quod ille inquit) haurire videar. Ad reliquas igitur figuras transeundum.

a gl. l. Papinianus. §. sed nec imp. ff. de inoff. testam.

APOSIOPESIS, id est, reticentia, † apud nos est, cùm tacemus, quod dicendum erat, sed ita tamen, vt subintelligi possit. Hæc apud oratores habet affectum vel iræ, solicitudinis, vel id genus similem, apud nos non item, quare quoties Iuriscósultus quæstionem refert, nec expresse decidit, si affirmatiuè thema proponit, cẽsetur etiã affirmatiuè decidere, si negatiuè, censetur & negatiuè respondisse[b]. Ἓν διὰ δυοῖν, quoties ex duobus vnum dicitur: vt, Pateris libabat & auro, id est, pateris aureis. Sic Scæuola[c]: Semissem patrimonij & portionis restituãt, id est, patrimonij in portiones diuisi. Sic Iustinianus, Exigat quod legitimè, vel quod pacto debetur, id est, legitimo pacto. Cui non absimile, cùm lex, Arguamus, inquit, id est, arguendo conuincamus[d]. 5

b l. cùm fundus. §. fructi. si cert. peta.
c l. Lucius. §. Caio. ad senatusc. Treb.
d l. iiii. §. possumus, naut. caup.

PROLEPSIS, quædam † anticipatio, quæ fit ex mente defuncti, credentis id aliquo tẽpore futurum quod prius acciderat. vnde dicitur posthumus, etiam qui viuo testatore post testamentum natus est[e]. Cui non absimile, cùm insulam appellamus, quæ amplius non est, sed fuit. Sed & ex destinatione, animi nomen attribuitur, cùm dos dicitur, quæ verè dos non fuit[f]: sed destinatione tãtùm: & cùm venderes, interpretamur, id est, vendere velles[g]. Cæterùm & quandoque diuersas res præcedentes neutro adiectiuo omnes terminamus, quod Zeugmatis genus est, vt cùm dicimus, vxori vestẽ, ornamenta, mundũ aurum, argentũ, quod eius causa paratũ esset omne lego[h], intelligitur legata etiam vestis eius causa non parata. 6

e l. iii. §. j. de inius. rup.
f l. si seruus. ff. de iu. do.
g l. si rem. §. si cùm mihi. de præscri. verb.
h l. heres. §. vxori. de leg. iii.
i §. sed ius. Inst. de iur. nat.

ANTONOMASIA † est cũ ius ciuile Romanorũ appellamus, per excellentiã[i] κατ᾽ ἐξοχήν. Sic vrbs absolutè pro Roma: quę & quandoque vrbs æterna dicitur[k]. Ausonius: 7

k l. i. C. de suar. lib. x.

Vrbis

Vrbis ab æterna deductam rege Quirino.

vt errent qui ibi Hectoreæ legunt.

8 SYNECDOCHE, †cùm pro toto lego portionem domus, in qua consueuimus morari[a], intelligitur etiam de tota: nam & plerunque de parte ad totũ in iure ratiocinamur. Huc pertinet etiã, cum totũ pro singulis sui partibus ponimus[b], vt quo anno, pro qua anni portione: pro tempore, id est, pro quacunque temporis parte: sic & eodem die dicimus, pro eius diei quacunque parte.

a l. vxori. in prin. de leg. iii.

b l. quæ de tota. de rei vend.

PROTHESIS, vt cum dicimus, de dote prælegata[c]. præ, abundat.

c gl. in rub. de do. præl.

9 HYSTEROLOGIA, †conuersus ordo, vt cùm Iurisconsultus prius determinat secũdam quæstionem quàm primam[d]: dicitur etiam hysteron proteron.

SYNCOPA, cum de medio tollitur, vt, heres meus dare damnas est, id est, damnatus. alij tamen *damnes* legũt. ea ratione qua & copes dicitur copiosus. Sed ego veterem lectionem magis probo.

d l. iii. §. Labeo. deincẽd.

LYPTOTE, id est, defectiua, cùm minus dicimus, plus intelligimus: vt quum Scæuola interrogatus[e] de eo, quẽ mater in actis professa erat ex alio, quàm ex marito sibi natum, respondit veritati locum superfore. intellexit enim non stari dicto matris, & præsumi filium mariti, si in domo, vicinis scientibus, natus sit. Idem est, quũ non
10 ademit legatum, dicimus[f], id est, dedit. Eius contraria †
AVXESIS, id est, augmentatiua, vt quũ Papin.[g]: huius inquit, rei fortissimum argumentum est, quum loqueretur de argumento à contrario sensu, quod tamen plerunque subuertitur: sic & quãdoque euidentissimum dicitur, quod solis coniecturis constat[h]. PLEONASMOS,
11 quum †dictio abundat: vt quum quis dicit, se oculo vidisse monachum[i]. Cui nõ multum apud grammaticos dissidet PARELCON, quæ est superflua vocis additio: sed apud nos frequẽtior est, quæ Græcè παρεργία dici potest; id est, vt ita dicam, otiositas, quũ aliqua dictio vel etiam clausula additur, quæ minimè ad rem de qua agitur, necessaria sit, ita vt etiam si ea desit, nihilominus idem iuris fuerit constituendum[k]: & propterea vulgò solet dici, ex verbis facti narratiuis enũciatiuisve non sumi argumentũ[l], nisi in eis specialiter lex decisionẽ suã cõstituat.

e l. fi. de probat.

f l. legata. de adi. leg.

g l. i. de offi. eius.

h l. si constãte. solut. mat.

i xx. q. iii. præsens.

k l. qui Romæ. §. Callimachus de verb. oblig.

l gl. in l. i. C. quando non pet.

26 *Iuriſconſultos verbis ab aliis non receptis vti.*
27 *Iuriſconſultis peculiaria verba.*

VM ſuperioribus libris à nobis de quadruplici verborum ſignificatione non indiligenter ſit ſcriptum, ſupereſt vt de figuris,& tropis aliqua ſubiiciamus:quæ cum mixtæ cuiuſdam ſint naturæ, operæpretium viſum fuit in hunc locũ eas reſeruare, quòd ſat commodè non videbantur poſſe ſupradictæ diſtinctioni coniungi:nam figurarum quædam ſolum ornatum reſpiciunt, & hæ ad proprietatem ipſam pertinent:imò elegantiorem, & magis perſpicuam orationem, quàm ex ipſa proprietate deprompta verba faciunt,vt meritò Fabius Quintil. ſcripſerit, Quæ bene tranſlata ſint,etiam propria dici ſolere.Quædam ad improprietatem penitus pertinent, & in vitium orationis inclinant † eſt earum maxima pars,aliæ ab vſu prudentium auctoritatem ſumunt: nonnullæ ferè nihil à verbis mutuātur, ſed ex interpretatione vim omnem accipiunt,veluti vt plurimũ ſunt parœmiæ. Meritò igitur in vltimum librum recipiendum hunc tractatum cenſui, præſertim cùm ſic quoque gratiorem me rem facturum hiſce opinarer,qui iuris ſcrupuloſitatibus offenſi, in amœniora ſtudia diuertere deſiderant; his enim hic libellus magis arridebit, qui non pauca ex humanioribus ſtudiis contineat,quantáque veterum Iuriſconſultorum in eis diligentia fuerit,declaret.Velim tamen hi ſciant, me non omnino ex Grammaticorum,aut Rhetorũ declarationibus,ſed craſſiore minerua, quod noſtratibus Doctoribus magis placere deprændi, huiuſmodi ſchemata,& tropos interpretari:& ſicut apud Annium Neoptolemus philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe,ſed paucis:nã omnino,haud placere: ſic & ipſi mihi video cum Rhetoribus aliquantiſper conuerſandum eſſe, omnino, haud placet.Quòd ſi ipſi in hoc argumento à Grammaticorũ traditionibus receſſerunt,æquo animo ferre debent, ſi Iuriſconſultus eos & ipſe non omnino ſequar, ſed aliqua conſultò innouanda duxerim,quæ huic noſtræ profeſſioni magis conducere exiſtimaui.Ex his igitur † lon- 2

gè fre-

gè frequentissima est quam μεταφορὰν, id est,translatio-
nem vocant,sine qua nec quotidianus quidem sermo cō
sisteret, cùm propter vocabulorum augustiam similibus
plerunque vti cogamur, vel quia proprium deficiat, vel
quia trāslatum proprio elegantius sit: vt cùm Iuriscon-
sulti adulterinam monetam, adulterinam scientiam vo-
cant,& adulterari rationes dicunt,id est,conturbari, vel
falsò describi [a].Sic ambulatoriam voluntatem, actionē, a l.j. in fi. de ser. corrup. ff.
legis potestatem, stipulationem dicimus:sic viam ape-
rire,sic calcem pro fine, cunabula pro initiis plerumque
reperire est:hinc anfractus litium antiquare,id est,extin
guere;hinc defloratæ species, enucleatū ius, fræni tem-
peries,nuda conuentio:sic in promptu dicimus, ad ma-
num,in pendenti, prima facie,laquei legum: sic inhiare
commodis,quod à lupis translatum est:sic rempub.flore
re,dotem &donationem propter nuptias æquis passibus
ambulare[b],tempora largiri causam capitalē, quæ ad sta- b l.fi.§. si autem. C. de don. ante nup.
tum pertinet,dicimus,& si qua similia, quæ nusquam in
3 quocunque actorum genere non occurrunt: Ab †hac
non multùm distat quæ καταχρησις ,id est , abusio dici-
tur:cùm omisso proprio & peculiari nomine aliud appo-
nimus:vt cum lex Iulia adulterium stuprum appellauit,
generalissimo nomine vsa, cum speciale crimē insequo-
retur:meritò Paulus,lex,inquit,Iulia stuprum,& adulte-
riū promiscuè (vt habent vulgati codices) sed καταχρη-
στικωτερῶς appellat φθορὰν; qua figura etiam parricidam
dicimus, qui matrem interfecit: Sic & Gaius inter ge-
stum & factum,inquit, καταχρηστικῶς nihil interest. Sunt
qui generaliter catachresin diffiniant,quæ nomen suum
proximo accommodet. Metaphoræ quoque affines sunt
parœmiæ,de quibus Erasmus Roterodamus locupletis-
simum,& immortalitate dignum opus iamdiu edidit,in
quo solus videtur mihi veteres omnes superasse:is enim
4 sic diffiniuit:Parœmia †est celebre dictū , scita quapiam
nouitate insigne. Sunt autem in iure id genus quamplu
rima adagia, quorum insigniora vir ille diligentissimus
perquā eleganter explicuit:qualia sunt,Glauci & Diome
dis permutatio [c]: Nec omnia , nec passim , nec ab om c l.solert. ff. de offic.proconsul.
nibus: Nō soli atridæ vxores amant:Pecunia absque pe-
culio fragilis-Officere luminibus:Cum sacco adire:Ma-

næ longa, manu breui: Actũ ne agas: Leonina societas: Il-
lotis manibus: Longè latéque: Sarta tecta: Ruta cæsa. Cæ-
terũ n quædam & nos ab eo, fortè consultò, prætermissa
adnotauimus, quæ quãuis non ita forsan elegantia sint,
non tamen eiusmodi visa fuerunt, vt silentio omittenda
duceremus. Ea sunt, HERCVLIS CLYPEVS, in
Hexastico quod Iustinianus ipsis Digestis præposuit:

Οἷα τις ἡρακλῆι ταλαύρινος ἀσπίδα τεύξας.

Dicitur autem de re pulcherrima, & variis ornamẽtis in-
signi: ab Hesiodo sumptũ, in opere cuius titulus ἀσπίς.
DVPONDII iuuenes: studiis tantùm initiati, in proœ-
mio, à dupõdio nummo, quasi duobus assibus æstimaren-
tur: seu à pondere dupondio, quod & stater dicitur, &
τετράδραχμον: sunt enim adhuc modici valoris, nos pupil-
los vulgò dicimus. Eòdem pertinent, LYTAE & Proly-
tæ: quo nomine vocantur postquàm perfecti, absolutíq;
in ea disciplina fuerint. Sic eodem loco edictum perpe-
tuum, sparsim & quasi PER SATYRAM collectum
dicitur prouerbiali schemate, à satyra lance ex variis fer-
culis nullo ordine collatis composita. Vnde & Sallustius
in Iugurthino Quasi per Satyram sententiis exquisitus
in deditionem accipitur: id est, non seruato ordine, vt se-
niores priùs sententiam rogarentur: sed vti ipsi Impera-
tori libuisset. Eòdem pertinet, quòd Sabinus à Pompo-
nio[a] Cato sui tẽporis dictus est. Sic SATVRNINVM
recentiores quidam vice versa vulgò dicunt, qui phanta-
sticas, absurdásve opiniones in iure ciuili sectatur[b]: ab
huius nominis Saturnino, quem Vlpianus notat[*]. πρὸς
ἔπος, id est, ad verbum prouerbialiter Vlpianus[c] dixit, de
his, qui congruenter interrogationi sibi factæ respon-
dent, quod à nobis in Dispunctionibus lib. 3. cap. 10. diffu-
sius explicatum est. Id Cice. RESPONDERE AD
ROGATVM dixit in oratione pro L. Flaco: Nunquã
nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus
quàm ad rogatum. EREMODICIVM Iurisc õsulti[d]
appellant, quoties in iudiciis, absente altera parte, ius di-
citur. Vnde qui facilè & citra contradicentem victoria
potiuntur, eremodicio potiores dici possunt. Lucianus e-
tiam ad calumniatores transtulit. Demosthenes separa-
tim ἐρήμην δίκην appellat. In periuros quoque prouerbia-
le est

a l. ij. de ori-gi. iur.

b l. j. de se-nat. Bald. l. j. C. de sac. sanct. eccl.

c l. de ætate. §. quod au-tem. de inter rog. act.

d l. & 6 fine. §. fi. ff. de min.

le est dictum, Vlpiano auctore. προτοῦ ὡς μὴ ὄμνυε, temerè ne iura: quod illis[a] superindici solebat, cùm fustium vel flagellorum ictibus subiicerentur. DVBIVS EVENTVS LITIS ex Scæuola[b] dici solet, apúdq; nos ferè prouerbij loco vsurpatur, apertissimámque habet significationem. PROBATIONES de domo[c] vocantur non tam suspectæ, quòd domestici testes non recipiantur, quàm confessiones, & ipsius accusati rationes, cùm quis proprio ore conuincitur, & suo, quod dicitur, gladio iugulatur: quo sensu & Græcum adagium accipi potest, οἰκοθεν ὁ μάρτυς. VESPERTILIONEM* appellari in iure[d] apparet eum, qui ne creditoribus satis faciat, latitet, & vespere tantùm exeat, vel rationes conturbauerit: opinor ex Æsopi fabula, qua inter cætera proditur vespertilionem cum mergo societatem nauticam contraxisse, & summersa naui, cum vterque decoxisset, vespertilionem non nisi noctu, metu creditorũ vagari, mergum frequẽter in vndas se demittere, mercimonia amissa perquirentẽ: vt proculdubio malè sentiant, qui vespillonẽ*, vel versipellem pro vespertilione legunt. Traditur & quandoque IACTVS retis[e], pro re dubia, & mera spe, qua plerunque homines decipiuntur. A MANV quoq; variæ parœmiæ deduci videntur, vt cùm dicimus, de manu in manum, & per manus tradi[f], & ad manum non habere, & extra manum demisisse, & manus iniectionem retinuisse. Emissam quoque manũ Modestinus dixit[g], pro cautione manu facta. Dicitur & manus pro arte vnde & manus pretium Caio[h]. DOMVM quòque suam vnicuique tutissimũ refugium Caius[i] scripsit ex notissima testudinis opinor fabula, οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. OMNEM fortunam in sinu meo habui[k] prouerbialiter etiam dixisse videtur Scæuola, non solùm eo sensu quo in manu, id est, potestate habere dicimus, sed etiam vt occultam, & sibi soli creditam rem ostenderet: vnde & in sinu gaudere Ciceroni III. Tusculanarum: quanuis & alio sensu alibi accipiatur. ERRONEM quoque, frequenter vagantem, & rebus nugatoriis tempora consumentem ex Vlpiano[l] dicere possumus, metaphora ab erronibus seruis ducta. Ouidius in Epistola Saphûs,

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.

a l. si duo. in fi. de iureiu.
b l. quod debetur. de pec.
c l. p.. de testib.
* Sic in vulga. in Pand. Flo. vispellionem.
d l. si ita quis de euict.
* Vispellionem in Pãd. Flor.
e l. si iactum de act. emp.
f l. quod per manus. ff. de iure codic.
g l. quidam. de probat.
h l. munera. infra eod.
i l. plerique de in ius voc.
k l. qui tesla mentum. de probatio.
l l. quis sit §. erronem. de ædil. edict.

Cui nõ multũ absimilis est & miles qui EMANSOR dicitur, hoc est, vt Modestinus[a] interpretatur, qui diu vagatus ad castra reuertit. FELICI diplomate vti dicũtur[b], qui omnia præproperè agunt: ab his ducto prouerbio, qui cursu publico per dispositos equos omni tempestate cõtempta, nocte diéque iter agunt: quod absque principis diplomate (tractatoriam recentiores Cæsares[c] appellãt) facere minimè concessum erat: cuius rei præter Iurisconsultos Plin quoque ad Traianum, & Cornel. Tacit. meminerunt. Ἐν πλάτει quoque frequenter Iurisconsulti[d] dicunt eo sensu quo nos largo modo solemus dicere, veteres non ad liquidũ appellabant id latius à nobis Dispunctionum libro II: cap XI. tractatum est. Cui significationi non absimile est, quod Vlpianus[e] παχυμερέστερον dixit, id est, crassius & pingui minerua: quo sensu & Aulus. Gell. libro XIIII. capi. I. vtitur. PEDEM in fouea habere, id est, in periculo mortis esse, Pomponius[f] dixit his verbis: Ego dicẽdi cupiditate, quam solam viuẽdi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Iulianus: Et si alterum pedem in sepulchro haberem: adhuc addicere quædam vellem. COLOR quæsitus dicitur[g], cùm id quod verè agimus, simulatione aliqua obtegimus, siue fraudandæ legis gratia, siue alia ex causa id fiat: soléntque hoc loquendi modo Iurisconsulti plerunque vti, metaphora (vt opinor) à Rhetoribus accepta qui verborum coloribus veritatem plerunque offuscant.

FACTVM transactum est[h], de re finita, & quæ amplius in dubitationem deduci non possit. Cicero in Catil. libro III. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactũ est: translatione ab eo ducta quod finis litibus per transactiones imponatur. CONNIVENTIBVS oculis Vlpianus scripsit[i], id est, per dissimulationem, cum is qui videt oculos interdum claudit, dum perspicere non curat. Accursius stricta iuris ciuilis ratione non inspecta interpretatus est.

DE PLANO[k] apud eosdem fieri dicitur, quod facilè & absque causæ cognitione conceditur, origine prouerbij à iudicibus ducta, qui grauiores & arduas causas pro tribu-

a l. iiij. §. ij. ff. de re mili.
b l. cõtinuus. §. j. de verb. oblig.
c l. j. C. de tract. & stationa.
d l. vero pro curator. ff. de solut.
e l. quam Tuberonis. §. j. de pecu.
f l. apud. de fid. lib. ff.
g l. sed Iulianus. ff. ad Maced.
h l. transacta infra. eo.
i l. iiii. in princ. de manumiss.
k l. ne quicquam. §. de plano r. de off. procon.

tribunali sedentes cognoscunt: vbi verò descenderint, in plano constituti, leuiora negotia decîdunt. Honorius Imperaror LEVATO VELO [a] id fieri dixisse videtur: Cùm causæ, inquit, huiusmodi leuato velo cognoscātur: quod & ipsum prouerbiali figura non caret. IN FOLLE offerre Calistratus [b] intellexisse videtur eum, qui ad liquidum rationes non reddit metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita tamen, vt nec qualis quātáve sit agnoscatur: vnde vulgari sermone circunfertur in folle merces non emendas. Illa quoque à prouerbij vsu dissidere non videntur, cùm OMNI exceptione maiōrē, dicimus integerrimæ fidei hominē. ISAVRICVM pro atroci latrone, à vitio generis. VSVRAS nauticas, pro centesimis & magnis. SPARGERE aquam, pro demulcere & blandiri, metaphora ab aquis ducta. HVMANITVS contingere, id est mori. Sed & eòdem pertinet, quod alibi dicitur: SITIENTIBVS agris tuis alienos irrigas [c]. AEQVA quoque LANCE dicimus & PASSIBVS æquis de his quæ similia sunt: vnde & lance vna trutinare apud eosdē reperitur. Iustinianus [d] etiā κατὰ πόδα, fieri dixit, quod alienis vestigiis insistere veteres dicere consueuerunt, cùm quis de suo nihil addit, sed aliena solùm recitat: vnde & VESTIGIIS inhærere ductum est. Vsurpatur eiusdem Imperatoris exemplo [e], de re quæ amplius in vsu non sit, vt AB AVLA recessisse dicamus, translatione ab emeritis Palatinis iudicibus accepta. Idem quoque prouerbialiter locutus videtur, cùm sub finem Institutionum, sufficiat, inquit, hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse: vbi Accursius indicem digitum intelligit: ego posse etiam de tabula, seu, vt Græci dicunt, elencho accipi arbitror. Sed & Gratianus [f] Valent. & Theodos. EMENDICATA suffragia appellauêre, quæ leuiter causam adiuuant, vt potentium commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. Prouerbialiter quoque Gordianus dixit [g], NOXA caput sequitur: quoniam, vt Marcus Cato ait, nequiter factum semper durat, & reum comitatur. Sic & Ouidius,

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Sed & Constantinus Imperator [h], SVO MARTE,

a l. pe. C. de naufr. lib. xj.

b l. cum seruus. C. de cō. & demonst.

c l. præses. C. de seruit.

d l. ij. C. de vet. iur. enuc.

e l. ne in arbitris. C. de recep. arb.

f l. singuli. C. d. accu.

g l. licet. C. an. ser. pro suo fact.

h l. j. C. ne lic. pot.

inquit, cauſæ diſcurrant: id eſt, ſuis viribus, non autem aliunde accerſitis adminiculis. In iure quoque pontificio eiuſdem monetæ pleraque leguntur, quorum aliqua referre non omnino extra rē erit, qualia ſunt: COLLYRIO vno omnibus morbis mederi[a]. FACIBVS ſolem adiuuare[b]: quod de ſuperuacuis & abſurdis dici conſueuit.

FALCEM in alienam meſſem mittere[c]: de cognitionē, quæ ad alios pertinet, ſibi arrogantibus. PARIES dealbatus, ex Actis Apoſtolorū pro diſſimulatore, & fœdo homine[d]. LABYRINTHVS, de re confuſa & inexplicabili: vnde Labyrinthus erroris[e]. MARGARITAE ante porcos. ALTARE ſpoliat, vt aliud operiat. MINGERE ad parietem. Mus in pera, ſerpens in ſinu[f]. Fruſtatim lupus comedit agnū[g]. Malus choraules bonus ſymphoniacus[h]: & ſi qua ſimilia. Cæterum & vulgo ex Accurſio recentioribuſque interpretibus quædam nobis in vſu ſunt, non omnino indecora, vt quibus ſola vetuſtatis opinio deſit, cætera quæ prouerbio neceſſaria ſunt, abunde ſuperſit: vt cùm de re difficili, AFRICANI LEGEM dicimus[i], quod huius Iuriſconſulti reſponſa, quæ paſſim in corpore leguntur, obſcura ſint, & interpretatione indigeant. QVID AD rhōbum[k]? de his quæ ad collationem admitti non debent, vel nihil ad rem propoſitam faciunt: videtur à piſce rhombo optimi ſaporis deductum, cuius cognitionem ex Iuuenalis carmine habuit Accurſius. REM non nouam aggredi[l]: de his qui vxores vetulas accipiunt, obiectum riſus cauſa ab auditoribus Bulgaro, cùm huiuſmodi vxorē duxiſſet, & manè conſtitutionem, cuius initium illis verbis cōceptum erat, auſpicaretur,

Ob ſolum punctum caruit Robertus Aſello[m].

Ortum ex hiſtoria, quam Albericus Roſat. recenſet. Robertus opulenti ſacerdotij, cui Aſinus nomen, vt vocāt, Abbas erat, cæterum auarus, & inhoſpitalis, quapropter carmen, quod pro foribus monaſterij proſcriptum erat, commutato puncto inuertit,

Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto.

Id cùm Pontifex Romanus reſciuiſſet, ſacerdotio hominem priuauit: vnde in fabulam vulgi tranſiit, prouerbialéque

a xxix. diſt. neceſſe.
b vj. q. i. ſi omnia.
c cle. venerabilis de elec.
d xxiii. q. i. paratus.
e xxix. diſt. c. i.
f c. etſi de Iudæ.
g §. quia ergo. xiii. q. i.
h xvj. q. i. legi.
i Iaſ. l. quæ dotis ſo. ma. & gl. auth. licet. C. de na. li.
l gl. l. rem non nouam. C. de Iud.
m Alber. in dict. c. punctus.

lẽque carmen ortum, de modico momẽto rem magnam amittentibus.

OVA hodie præstant, quos lux det crastina pullis[a]. vulgare carmen repræsentationis vtilitatem aduersus procrastinatores ostẽdens, quale est apud Plautum, Nihili coactio: in Aulularia. Sũt coactores, qui in iure Collectarij dicuntur[b]: hi in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere. væneunt autem huiusmodi nomina, cùm mala sint modico pretio, quod vsu etiamnum videmus. Horat. Si præco paruas, aut vt fuit ipse coactor Mercedes sequerer, Meminit & Suet. in Vesp. itémque Seneca. CVI aduenit vnum, non aduenit solum[c]: prouerbialiter dixit Accursius quòd vno ex malo plura consequantur: vnde & poetis CATENATI labores dicti. DOMINVS cùm rogat, præcipit[d]: & id habet apertã significationem. QVALIS veruex, talis offa[e]: videtur non absimilis significationis esse illi, Similes habent labra lactucas: cùm par pari refertur, ASINVS asinum non prændit[f]: de æmulatione, quæ inter æquales est, cùm alteri quis cedere negat, quia paris fuerit cum eo conditionis. HEBRAEVS nihil Hebræo, Catilina Setego[g]: cùm idcirco alteri quis obiicere aliquid criminis nequit: quòd & ipse eodẽ laboret morbo. non absimile illud Iuuenalis carmen, Clodius accuset mœchos, Catilina Setegum. TEMPORE quisque duos lepores sectatur eodem[h], Aut neutrum, aut certè non capit ille duos. vulgatum carmen, illi Iuuenalis non diffidens, Pectora nostra duas non admittentia curas. Nec item illi Palladæ in Epigramm.

Γευόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

Omnia equi gustas, nil proprij, sed habes.

TANTI offa, quanti panis intinctus[i]: de his quæ diuersa existimãtur, cum eadem effectu sint, Citantur & prouerbij nomine ab Accursio Ouidij illi versus:

Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Sicut & ab Iasone[k] illud Vergilianum,

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

In materia difficili & latissima, ad quam tamen extri-

a l. hi cum. de transact.

b l. quisquis. C. si cert. pe.

c gl. in auth. vt iud. sine quo. verbo. illicito.

d gl. l. 1. quod iussu.

e gl. l. quod in herede. §. eligere. de tribut.

f glos. l. 1. §. veteres de acquir. posses.

g gl. l. quoniam. C. de Iudæ.

h glos. l. nemo. C. de assess.

i Ias. l. quæ extrinsecus. de verb. obl.

k Ias. l. re coniuncti. de leg. iii.

çandam pauci interpretes accesserint. Sed & Picus quoties Bartolum, aut alium magni nominis doctorem incesseret, solebat hoc Ouidij afferre:

A cane non magno sæpe tenetur aper.

REVOLVTO mantelo, ex vulgari sermone dixit Accursius[a], cùm cōtrariis exceptionibus quis aduersus diuersos vtitur, ab his ducta metaphora, qui vt scenæ seruiant, mutant pallium. Et hęc quidem quod ad parœmiā attinet, satis & super, ne de fæce (quod ille inquit) haurire videar. Ad reliquas igitur figuras transeundum.

a gl. l. Papinianus. §. sed nec imp. ff. de inoff. testam.

APOSIOPESIS, id est, reticentia, † apud nos est, cùm 5
tacemus, quod dicendum erat, sed ita tamen, vt subintelligi possit. Hæc apud oratores habet affectum vel iræ, solicitudinis, vel id genus similem, apud nos non item, quare quoties Iuriscōsultus quæstionem refert, nec expresse decidit, si affirmatiuè thema proponit, cēsetur etiā affirmatiuè decidere, si negatiuè, censetur & negatiuè respondisse[b]. Ἓν διὰ δυοῖν, quoties ex duobus vnum dicitur: vt, Pateris libabat & auro, id est, pateris aureis. Sic Scæuola[c]: Semissem patrimonij & portionis restituāt, id est, patrimonij in portiones diuisi. Sic Iustinianus, Exigat quod legitimè, vel quod pacto debetur, id est, legitimo pacto. Cui non absimile, cùm lex, Arguamus, inquit, id est, arguendo conuincamus[d].

b l. cùm fundus. §. seruū. si cert. peta.
c l. Lucius. §. Caió. ad senatusc. Treb.
d l. iiii. §. possumus, naut. caup.

PROLEPSIS, quædam † anticipatio, quæ fit ex mente 6
defuncti, credentis id aliquo tēpore futurum quod prius acciderat. vnde dicitur posthumus, etiam qui viuo testatore post testamentum natus est[e]. Cui non absimile, cùm insulam appellamus, quæ amplius non est, sed fuit. Sed & ex destinatione, animi nomen attribuitur, cùm dos dicitur, quæ verè dos non fuit[f]: sed destinatione tātùm: & cùm venderes, interpretamur, id est, vendere velles[g]. Cæterùm & quandoque diuersas res precedentes neutro adiectiuo omnes terminamus, quod Zeugmatis genus est, vt cùm dicimus, vxori vestē, ornamenta, mundū aurum, argentū, quod eius causa paratū esset omnę lego[h], intelligitur legata etiam vestis eius causa non parata.

e l. iii. §. j. de ininst. rup.
f l. si seruus. ff. de iu. do.
g l. si rem. §. si cùm mihi. de præscri. verb.
h l. heres. §. vxori. de leg. iii.
i §. sed ius. Inst. de iur. nat.

ANTONOMASIA † est, cū ius ciuile Romanorū appel 7
lamus, per excellentiā[i] κατ' ἐξοχήν. Sic vrbs absolutè pro Roma: quę & quandoque vrbs æterna dicitur[k]. Ausonius:

k l. i. C. de suar. lib. x.

Vrbis

Vrbis ab æterna deductam rege Quirino.
vt errent qui ibi Hectoreæ legunt.

8 SYNECDOCHE, †cùm pro toto lego portionem domus,in qua consueuimus morari[a], intelligitur etiam de totamam & plerunque de parte ad totũ in iure ratiocinamur.Huc pertinet etiã, cum totũ pro singulis sui partibus ponimus[b],vt quo anno,pro qua anni portione:pro tempore,id est,pro quacunque temporis parte:sic & eodem die dicimus,pro eius diei quacunque parte.

PROTHESIS, vt cum dicimus, de dote prælegata[c]. præ,abundat.

9 HYSTEROLOGIA,†conuersus ordo,vt cùm Iurisconsultus prius determinat secũdam quæstionem quàm primam[d]:dicitur etiam hysteron proteron.

SYNCOPA,cum de medio tollitur,vt,heres meus dare damnas est,id est, damnatus: alij tamen *damnes* legũt. ea ratione qua & copes dicitur copiosus. Sed ego veterem lectionem magis probo.

LYPTOTE,id est,defectiua, cùm minus dicimus,plus intelligimus:vt quum Scæuola interrogatus[e] de eo,quẽ mater in actis professa erat ex alio, quàm ex marito sibi natum,respondit veritati locum superfore. intellexit enim non stari dicto matris,& præsumi filium mariti, si in domo,vicinis scientibus,natus sit. Idem est, quũ non

10 ademit legatum, dicimus[f], id est, dedit.Eius contraria† AVXESIS,id est, augmentatiua, vt quũ Papin.[g]: huius inquit,rei fortissimum argumentum est , quum loqueretur de argumento à contrario sensu,quod tamen plerunque subuertitur:sic & quãdoque euidentissimum dicitur,quod solis coniecturis constat[h]. PLEONASMOS,

11 quum†dictio abundat:vt quum quis dicit,se oculo vidisse monachum[i]. Cui nõ multum apud grammaticos dissider PARELCON,quæ est superflua vocis additio: sed apud nos frequẽtior est,quæ Græcè παρέργον dici potest; id est,vt ita dicam,otiositas, quũ aliqua dictio vel etiam clausula additur,quæ minimè ad rem de qua agitur, necessaria sit,ita vt etiam si ea desit, nihilominus idem iuris fuerit constituendum[k]:& propterea vulgò solet dici, ex verbis facti narratiuis enũtiatiuisve non sumi argumentũ[l],nisi in eis specialiter lex decisionẽ suã cõstituat.

a l.vxori. in prin. de leg. iii.
b l.quæ de tota.de rei vend.
c gl.in rub: de do.præl.
d l.iii.§. Labeo.deinceps:
e l.si.de proba.
f l.legata.de adi.leg.
g l.i.de offi. eius:
h l.si constante.solut.mat:
i xx.q.iii. præsens.
k l.qui Romæ.§. Callimachus de verb.oblig.
l gl.in l.i.C. quando non pet.

a l. quod ait lex. de adult.

* nempe P. Flor.

b l. qui se-misses. de v-sur.

c l. quintus. deposi.

d l. Stichus. de man. testa.

e l. j. de reg. Cat.

f l. fi. C. de prob.

g d. l. conti-nuus.

h l. depreca-tio ad legem Rhodiam de iact.

i l. ij. C. de Fabricens. lib. xi.

k l. cùm post. §. gener. de iure de.

Huc pertinent Vlpiani verba [a], quod ait lex, cum filia adulterum deprænderit, otiosum non est: voluit enim in ipsa turpitudine deprændi, quòd Solon & Draco dicunt ἄρθα ἐν ἀρθροις ἔχοντα, id est, obscœna, in obscœnis habentem: veteres tamen codices * ἐν ἔργῳ castigatius habent. Intelligit Vlpianus otiosum, id est (vt nos non satis eleganter solemus dicere) non sine mysterio: quo sensu & Fab. Quintil. freque͂ter vtitur Plinius ad Traianum: itémque Scæuola [b] otiosam pecuniam dixit reposit͂a, ex qua quis lucru͂ non faceret: aliqua͂do etia͂ vacua dicitur [c], EPANADOSIS est quædam correctio, vt cùm dicimus [d], Stichus, imò Pa͂philus liber esto. CAVILLATIO, cu͂ † quis 12 scienter falso argumento vtitur [e], aut verba captat: nam, vt inquit Cicero oratione pro Au. Cecinna: Sermo, hercle, familiaris, & quotidianus, no͂ cohærebit, si verba inter nos aucupabimur: denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit obtemperent. Extat & facetus Aesopi mythologi iocus, qui simulans domini iussis parere, vnicam lente͂ emit, cùm ille indefinitè lentem emi mandasset. Quintilianus metaphoræ speciem esse arbitratur, cùm indefinita pro vniuersali, singulare pro plurali ponitur. HYPERBOLE, † excessus, vt cùm lex probationes luce cla- 13 riores requirit [f], vel momento fieri iubet, quod satis est. si nullo extraneo actu interueniente fiat [g]. Item cùm Antonius Imperator se totius mundi dominum dixit [h], qui nec Persis, nec Scythis, neque Sarmatis vnquam imperauerit. Eodem pertinet & Constantij constitutio [i]: Qui adorant, inquit, Fabricenses nostram æternitatem: quam hyperbolem Ammianus Marcellinus Historiæ libro xv. irridet. Fit quandoque hyperbole etiam diminutionis causa, vt cum locationem dicimus vno nummo fieri: vel cum fundum appellamus palmum terræ: cuius rei Accursius meminit [k], & hac ratione dicit co͂stitutum, ne stipulatio fundi in genere valeat, quia dando palmum terræ debitor liberaretur: viderat, opinor, ipse Accursius Ciceronis carmen in ioculari libello, *Fundum Varro vocat, que͂ possim mittere funda. Ni tamen exciderit, qua͂ caua funda patet.* Hyperboles exemplum est etiam in contracti-

bus,

bus,vt cùm qui venditor commendans,dicit, meliorem esse equum,qui sit in Italia:huiusmodi enim generalitas tanquam ὑπερβολικῶς dicta non obligat, ídque plerisque
14 videtur. Est & ANAPHORA, id est† relatio, cuius varia exempla in iure habemus,cùm & ipsa variis modis fiat: quandoque enim fit relatio ad eandem dictionem in principio orationis [a], quandoque non fit ad dictionem, sed ad tēpus:vt cùm lex dicit [b],nepotes post aui mortem conceptos, illis cognatos dici non propriè, sed per abusionem,vel potius ἀναφορικῶς.quandoque aliis modis. Est
15 & EPANALEPSIS,cum † maiore significatione facta repetitio [c], quam simpliciter nos geminationem dicimus: & multi effectus est siue clausulam geminatam dicamus, siue solam vocem,vt si princeps iudici dicat,tu tu cognoscas,non demādabit alij causam,vt Baldus putauit[d].Illud non dubium geminationem ex interuallo factam,maiorem vim habere:quod & communiter proditū est[e].Est & alia geminationis species,quæ in vitium tranfit, & nullius effectus est,vt PERISSOLOGIA, id est,verborū adiecto superflua,quam & Conculcationem nostrates vocāt[f],cuius quoq; exempla plurima in Iustiniani Authenticis habemus. Vlpianus [g]: Vitium morbúmque ædiles dixerunt tollendæ dubitationis gratia ἐκ παραλλήλου. id etiam à grammaticis τὸ αὐτὸ dicitur.Quandoque eorundem verborum inducitur repetitio, quæ BATTOLOGIA est,cuius exemplum apud Ouidium Metamorph.lib.II:

Et me mihi perfide prodis,
Me mihi prodis,ait

Quādoque huiusmodi geminatio diuersam significationem inducit [h], vt cum dicimus, qualis qualis pro qualicunque:vbi vbi,pro vbicunque. Est & quæ NVGATIO dicitur [i], cum quis verbis quidem aliquid dicere videtur, efficitur verò nihil:vt cùm creditor alienationi pignoris consentit, saluo iure suo. Est etiam PARALLAGE,quæ
16 † per literarum transmutationem fit, vt in eo, qui cùm Cratinum seruum solum haberet, Crastito libertatem legauit [k]: valet enim legatum. Cui non absimile quod dicitur de eo, qui monumentum instar illius, quod erat Publ.Septimij Demetrij, fieri iusserat,cùm solum reperiretur, quod erat Publ. Septimij Damæ [l]. Est & sub-

a l.ii.in prin. C.de off.præfect. præt.
b l.item. de suis & leg.
c l. Balista ad Treb.
d Bal.c.fi.de off.deleg.
e Iaso.l.i.de offi.eius.
f gl.l.lecta.si cer.pe.
g l.j.de ædil. edict.
h l. gerit.de acqu.her.
i gl.l fi.de-bitor.§.j qui-busmod.pig.
k l.qui habebat.de fid.li.
l l. in testamēto.de condit. & demonst.

auditio, qua sepæ Iurisconsultus vel taxatiuam vel augmentatiuam dictionem subintelligit. In taxatiua exemplum est apud Venuleium [a], cùm morbum sonticum dixit, qui perpetuus noceret, non qui tempore finiretur: subauditur, tãtùm. Sed quid si, ex tempore cum antiquis codicibus legas, id est, statim? Melius itaque Vlpianus, Furti actionem [b], nõ dominus rei subreptæ, sed & ipse habet: intelligitur enim non dominus tantùm. Sic Cic. lib. de Offi. II. eam orationem susceptam dicit, non de filio, sed de toto genere: subauditur, de filio tantùm. Augmentatiuæ exemplum est apud eundem Vlpianum [c], dũ scripsit, Si duo filij in potestate patris sunt, eorum munera patrem non subire: intelligitur enim, maximè si in potestate: nam nec emancipatorum quidem subit. Idem apud Callistratum [d]: Scio, inquit, propter rem minimã vel summam quenque non restitui, si maiori rei præiudicetur: subauditur, maximè. Est & AMPHIBOLOGIA cùm ambiguitas oritur, vel ex singulis vocibus, vel ex coniũctis, de qua elegantissimè per Fab. Quintilianum lib. VII. nostri Iurisconsulti sub rubrica, de rebus dubiis, pleraque attigere. Huic affinis est & ille locus quem tractatum τῶν ἀπόρων veteres dixerunt [e], fit, quoties quicquid constituerimus verum esse, falsum reperitur. Eôdem etiam pertinent quæ perplexa dicuntur, quorum exemplum & in successionibus & in stipulationibus habemus [f] Est & τμῆσις, id est, sectio cùm vox in duas partes diuiditur: vt cùm lex iubet [g] satis possessorem dare, vel cum vsu hominem cepisse ait, id est, satisdare, & vsucepisse [h]. Est & DIALYTON, cùm sine coniunctione aliqua clausula conficitur, nostri appellãt solutã orationẽ [i]: figura non solum nobis cum Grammaticis cõmunis, sed etiam cum Rethoribus. Est & quandoque IRONIAM reperire, cùm verba oppositũ eius indicãt, quod nos reuera sentimus: Latini etiã dissimulationẽ vocant: vt cùm lex, Pater, inquit, filium exheredauit [k], maximam scilicet ad illum affectionem ostendens. Videtur & quandoque Iurisconsultus per Oxymorum seu Gryphum, qui ęmingatis est species, voluisse lectorem morari: vt cum dixit [l]. ante diem x. Kalendarum, & post diem x. Kalendarum: vtroque sermone XI. dies significatur, quod loco suo explicaturus sum. 17

a l. fi. ff. de ædil. edict.

b l. j. furti aduer. naut.

c l. iij. §. fi. de mun.

d l. scio. de in inte. resti.

e l. qui CCCC. ad legem Falcidiam.

f l. æquissimum. ad Tertul. l. si Titij. de ver. oblig.

g l. quod si de speciali. de minor.

h l. si post acceptum. de iudic.

i l. sæpe inf. eod.

k l. cum quidam. C. de legat.

l l. anniculus. inf. eod.

Eſt etiam παρυπόνοια, cùm præter expectationem aliquid reſpondetur: vt promittis centum? tu reſpondes, Arma virúmque cano[a]. eius exempla apud Ariſtophanem pleraque. Sed & Plautus in Aſin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centupondium vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabẽ, nec depẽdens, nec propendens, quin malus, nequámque ſis: hæc enim verba, quin malus, nequámque ſis, ſunt per παρυπόνοιαν dicta. Non multùm illi abſimilis ἀπόνοια, cùm à propoſito quis cadit, hoc eſt, ἀπὸ νοῦ. Malum eſt, inquit Auguſtinus, cadere à propoſito[b], ſed peius ſimulare propoſitũ. In id vitium incidiſſe videtur Modeſtinus, dum ſub rubrica de pigneratitia actione. C. Seium quem prius creditorem appellauerat, debitorem dicit: ſi tamen fidelia ſunt exẽplaria. Eſt

18 & TRACTVS, cùm † verbo vtimur quod non ſolum ad præſens tempus refertur, ſed futurum quoque comprẽndit, quòd Iuriſconſulti ſolent παρατατικῶς dicere[c], id eſt, cum extenſione: vnde apud Græcos præteriti perfecti nomen. Vlpianus: Si inteſtatus mortuus eſſet[d], παρατατικῶς non ad mortis tempus referuntur. Sed & alibi hæc verba, neque defenderetur[e], παρατατικῶς ſcripta ſunt, vt neque ſufficiat vnquam defendiſſe, ſi non duret defenſio: neque obſit, ſi nunc offeratur. Qua ratione, egerit, quandoque interpretamur, id eſt, agere perſeuerauerit. Eſt & δύναμις quæ & poſſibilitas. Sabinus[f], qui à fideiuſſione petit τὴν δύναμιν, à reo petit: nam pleraque verba, quæ effectum ſignificant, ad potentiam ſolùm referuntur: vt cùm lex dicit. Si aqua pluuia noceat, id eſt, nocere poſſit[g]. Sic committũt ſe partes prætori[h], id eſt, cõmittere poſſunt. Sic, cõpetit, id eſt, competere poterit[i]. Sic finitum dicitur, quod finiri potuit[k]. Is quoque modus loquendi ad figurã pertinet, cùm præſumptũ pro vero ponitur: vt magnũ damnum non eſt in mora modici temporis[l], id eſt, eſſe non præſumitur. Et natus in domo vicinis ſciẽtibus eſt filius, id eſt eſſe præſumitur. Et ratio eſt, quoniã præſũptio pro veritate in iure accipitur[m]. Sed & quandoque id appellamus eo nomine, quo prima fronte videtur, licet eiuſmodi nõ ſit: vt cùm lex accuſatum arbitrio iudicis[n], pro innocentia perſonę remittit: intelligitur enim prima facie innocẽtem, licet diſcuſſa cauſa reus appareat. Sic & quan

a l. quæ extrinſecus. de verb.

b vij. q. I. certè.

c l. Caius. de pigno. act.

d l. i. vnde leg.

e l. iii. ex quibus. cauſ. in poſſ.

f l. aduerſiùs. de arbit.

g l. i. in prin. de aqu. plu.

h l. i. §. & poſt. de oper. no.

i l. ſi quis prioris. in princ. C. de ſecun. nup.

k l. i. C. de pœn.

l l. ſi debitori. de iudi.

m l. fin. de probat.

n l. i. de cuſt. reor.

doque ab eo quod fieri debet,quis nomen accipit:vt cùm
dicimus,intelligi, id eſt,intelligere debeo [a]. Appellauit
propter violentiã iudicis [b],id eſt, appellare debuit.Alle-
goriam autem † non temere apud Iuriſconſult.reperies: 19
cùm enim perpetua & remota ſit tranſlatio, apud nos in
vſu eſſe nequit, qui ex verbis voluntatem coniicimus:a-
lioquin quot capita tot eſſent ſententię,verúmque id car
men faceremus quod à Iaſone audiui,cùm de recentio-
ris cuiuſdam in tractatum de pactis , interpretationibus
ſententiam rogatus eſſet:Campana [c],ſonat,phantaſticus
quod ſomniat.Sunt tamẽ qui hu- trahant cũ Iuriſconſul-
tus ait [d]:Imperium eſt gladij poteſtas:nec enim de fabrili
gladio materialiter,vt ita loquar,dicitur, ſed ἀλληγορικῶς
de iure puniendi facinoroſos homines.Sunt & alia figu-
rarũ genera,quibus etiã Iuriſcõſulti vtũtur, veluti quod
vni rei proprium eſt,alteri damus nomen,quale eſt apud
Iuſtinianum in prooemio Inſtitutionum: is,quod armis
proprium eſt,legibus tribuit,& vice verſa.Sic enim apud
eũ ſcriptum eſt,Imperatoriã maieſtatẽ non ſolum armis
decoratã,ſed etiã legibus oportet eſſe armatã. Sed eo fi-
guræ dicẽd.q; genere ideo vſus eſt Imperator,vt oſtẽde-
ret leges,& arma mutuis indigere auxiliis:ſicut in ea re
teſtis eſt idẽ [e] Imperator.Iſtorum enim (inquit) alterum
alterius auxilio ſemper eguit,& tã militaris res legibus,
quàm ipſæ leges armorum præſidio ſeruatæ ſunt.Idẽ pe-
nè quoque expreſſiſſe mihi viſus eſt diuinus ille Pſaltes,
Non in curru meo ſperabo,ſed per arma legéſque cuſto
dit Dominus. Conſimili ferè figura vſus eſt præcipuus
apud Latinos poeta Vergilius [f]:

Vngere tela manu,ferúmque armare veneno.

Sed & armari iura gladio dixére Imp.Conſtãtius,& Con
ſtans [g] ad populum Romanum in hæc verba reſcriben-
tes,Cum vir nubit in fœmina viros paritura quid cupia-
tur,vbi ſexus perdit locũ?vbi ſcelus eſt id.quod non pro-
ficit ſcire ? vbi Venus mutatur in alterã formã?vbi amor
quæritur,nec videtur ? Iubemus inſurgere leges : armari
iura gladio vltore,vt exquiſitis pœnis ſubdãtur infames
qui ſunt,vel futuri ſunt rei. Vtuntur & Iuriſconſulti &
Imperatores Anaſtrophe , quam Fabius Quintil.reuer-
ſionem vertit, qualia ſunt vulgò , mecum , tecum , ſe-
cum,

a xxij. q. v. quacunque.
b l. j. §. ſi quis ipſius. quãdo appel. ſit.
c l.peluis.
d l. imperium. de iuriſdi.om.iud.
e l. vnica.C. de Inſtit.cod. confi.
f libr.ix.Aeneid.
g l. cùm vir C.de adult.

cum, apud Oratores & Hiſtoriographos, quo de, qua de re, quibus de rebus agitur. Exempla ius ciuile diligentiſſimis oculis perluſtranti fient obuia. Plurimns quoque gnomarum eſt (quas ſententias dicimus) vſus apud Iuriſconſultos. Huius eſt hæc ad rem tantùm relata. Vlpianus[a], Quid enim (inquit) tam congruum humanæ fidei, quàm ea quæ inter eos placuerint, ſeruare? idē lib. xxvij. ad Edictum[b]. Hoc (inquit) edicto prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit. Quoniam graue eſt fidem fallere, Gnomarum ornatu, grauitate pondereque omnia ferè M. Ciceronis ſcripta ſunt: ex quibus, excerpti ſunt ſelectiorū ſentētiarum libri. Epiphonemate etiam vſus eſt Imperator Iuſtinianus[c]. Is enim poſt narratam Digeſtorum, ſeu pandectarum diſtributionem, ita acclamare mihi viſus eſt & à nobis (ait) ad tanti operis conſummationem electa ſunt. Simili figura vſus eſt & Vergilius[d].

Tante molis erat Romanam condere gentem.

Noemate ſæpiſſimè vtuntur Iuriſconſulti: dum ea, quæ non dicunt, intelligi volunt. Huius ferè generis ſunt permulta Scæuolæ reſponſa. Eo etiam vtimur in ſeruitutibus. Nā ſi quis mihi ius hauriēdæ aquæ cōceſſerit, ius adeundi cōceſſiſſe intelligēdus eſt, idq; Neratius Priſcus libro iij. Membranarū apud Vlpianum[e] ſcribit. Huc pertinent quæ de ſubaudito intellectu diſſeruerunt variis in locis interpretes. Porrò Viſcelius, & Celſus apud M. Fabiū enthymema figurā faciūt. Eſt autē enthymema (diffinitore Fab.) cōmentatio: habètque vnū intentū, quo omnia mēte cōcepta ſignificat. Huius tria ſunt genera: vnū de quo iam nūc dicebamus: alterū, quo ſentētiā cū ratione, aliquando etiā ſine ratione: tertiū, quo certā quandam argumēti concluſionē, vel ex cōſequentibus, vel ex repugnantibus: quanquā (inquit Fabius) de hoc parū conuenit. Hoc figuræ, aut (ſi mâlis argumēti) genere permultæ leges cōſtant extántq; in Codice Iuſtinianeo. Huius generis eſt Impp Diocletiani, & Maximiani ad Menelaum conſtitutio[f]. Actor (aiunt) quod aſſeuerat probare ſe non poſſe, reum neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cùm per rerū naturā factum negantis probatio nulla ſit. Efformemus igitur enthymema.

a l. j. de pact. ff.

b l. j. de conſtit. pecu. ff.

c l. ij. §. qui omnes. de veter. iu. enucl. C.

d lib. j. Aeneid.

e l. iij. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

f l. actor. C. de probat.

Propositio. Reus, quod adseuerat actor, probare non debet. Ratio. Nam is, qui negat probare non debet per rerum naturam. Pronunciatum siue propositio probatur
a l.iiij. C. de edend. superiùs adducta constitutione. Hoc diui Antonini[a] rescripto iuuatur. Qui accusare (inquit) volunt, probationes habere debent, Sed & ei, qui dicit, incũbit onus pro-
b l.ij. ff. de proba. bandi: vt ait Iulius Paulus[b]. Innumera extant rescripta enthymemate circumacto conscripta. Perspiciet igitur Iurisconsultus futurus quantum sibi adiumenti adferant artium ministræ. Grammatica scilicet, Rhetorica, & diligens differendi ratio, quam Dialecticen adpellant. Nam si his destitutus, iuri operam dederit quis, sensus suos ludit inertes, oleum & operam perdit: & illotis (vt est in prouerbio) pedibus, manibúsq; ad iuris ciuilis studium frustrà sese confert.

Schematum anacephalæosis.

Quum schematum vsus vtilis iucundúsve sit, si modò velut parcè asperso condimento vtamur, meritò virtutis nomen ea meruêre. Defendi autem possunt, auctoritate vetustate, consuetudine & ratione. Schematôn tria sunt genera, figura, virtus vitium. Figura aut sunt λέξεως aut διανοίας. Schematôn lexeos duo sunt genera: alterum loquendi rationem vocant: alterum, quod ad collocationem maximè exquisitum est: illud Grammaticum, hoc Rethoricum est. Ad Grammaticum pertinet orthographia. Orthographiæ species sunt, prothesis, epêthesis, paragoge, syncope apocope, ectasis systole, synalepha. Ad Grammaticum schema referri potest prolepsis, zeugma synthesis, synecdoche &c. Ad Rhetoricum schema pertinent, Epanalepsis, paranomasia, asyntherõ, similiter desinens, complexio &c. Figuræ autem διανοίας, mentis sunt, vel Fabio teste. Ad virtutes pertinent tropi. Est autem tropus (vt M. Fabius definit) verbi, vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio, vt metaphora, &c. Quî à figuris differant, tradit idem lib. ix. c. j. Instit. Orator. Ad vitia tandem deueniendum est qualia sunt κακέμφατον, μείωσις, ταυτολογια, μακρολογία, πλεονασμός. Solœcismus quoque raró occurrit, tametsi sunt qui à Solone legumlatore dictum putent, quòd is in legibus suis pingui minerua loquutus sit: nostri enim aucto-

auctores puri sermonis obseruantissimi fuēre: nisi quis solœcum putet, cùm Vlp [a]. si quis in graui valetudine affectus: præpositio enim abundat. Cúmque Caius teneri venditorem ad interesse dixit [b], cùm id in quod interest dicendum fuisset. Sed excusatur exemplo Græci sermonis: sicut & Persius, *Nostrum istud viuere triste*. Et Vergilius: Donat habere viro. Quod & Fab. Quintilianus annotauit, Est & solœci species, quam ἀντίπτωσιν dicere possumus, cùm casus pro casu ponitur: vt eam quam frater instituit [c], nihil prohibet fideicomissum peti: pro ab ea qua. Cui similis ἀλλόθετα, cùm numerus pro numero ponitur [d], cuius exemplum non raró occurrit. Barbarismus verò procul omnino abest, tametsi vulgari consuetudini non parum tribuisse Iurisconsultos appareat: vt cùm liberum pro filio singulari numero dixerunt [e]: & exorcisare cantaminibus mederi [f], ex vulgari impostorum verbo: & denaria neutro genere [g]: sed vtrumque à Græco acceptum est. Quapropter & in Modestini respōsis de excusatione tutorum, & in Iustiniani authenticis, non spectandam Latinitatem faterer, quandoquidem eos constat Græce scripsisse, eorúmque libros in Latinū sermonem ab homine versos, qui nec Græcè, nec Latinè sciuerit. Laurentius tamen Valla, vt maximæ vir doctrinæ, ita & supra vires suas audax, nec à Iurisconsultis quidē temperauit, quo minus illis diem diceret, & de verborum quorundam significatione, ceu Latinæ maiestatis læsæ reos faceret: cuius accusationis nouem & viginti capita breuiter ego confutanda duxi, tum vt tantam eius arrogantiā nescio certè φιλαυτίαν, aliquatenus retūderem, tum vt hi literatores non esse temere à nostris recedendum cognoscerent, & veriora à Iurisconsultis, etiā in alienis professionibus tradi, quàm ipsemet Valla alioquin Grāmaticorum præstantissimus, in propria arte commentari potuerit.

a l.v.ad Syl.
b l.quod sæpe.in fi.de cō trah.emp.
c l. eam quā. C.de fideic.
d l.qui cū tutoribus. in fin. de transact.
e l. agnationis.ff. de partis.
f d l.j.de var. cog.
g l. Publia. dep.

APOLOGIA IN L. VALLAM.

30 Primò Iustiniani † sententiam non approbat, noxam appellantis ipsum quoque serui corpus quod nocet, noxiam verò maleficium, qua in re & Beroaldum sectatorem habuit. Ego apud veteres Noxā à nocendo dictā

inuenio, vnde præter pœnam etiam nocumentum signi ficare. Ouidius, Sine noxa luce bibuntur. Merito ergo seruus qui nocuit, noxa dici potest: sicut & ἄτη illa Homerica, noxa appellatur. Noxia vero, ipsa est culpa seu maleficium. Plautus Bacchid. Sat sic suspectus sum, cùm careo noxia M. Manl. Quinetiã infelix virtus & noxia felix. Vnde meritò Seruius Vergiliũ noxã pro noxia dixisse scripsit, Vnius ob noxã. quo exẽplo & alij veteres sæpius vtuntur, quod & alibi attingam[a]. Secundo Iustinianum irridet, qui testamentum dixerit[b], testationem mentis esse, auctoritatéque Auli Gellij lib. vj. cap. xij. nititur, alioquin & ornamentum, vestimentum, pauimentum, isque genus similia, à mente deducerentur. Quod argumentum dilui t Viglius lib. 2. institutionum sub titulo de testamentis ordinandis, optima sanè ratione, aítque Seruium, Sulpitium & Iustinianum non etymologiam tradere, sed tantùm ad similem vocem alludere voluisse. Quæ sentẽtia plurimis eruditissimis viris probata est. Respondeo, non etymologiam ibi Iustinianus adducit, sed allusionem, qualem Grammatici paronomasiam, Rhetores parison habent, conformitas spectatur: quod & Fabium Quintilianum non latuit, cùm non ad originem vocis, sed ad soni similitudinẽ referatur, vt hoc casu eò melior fuit allusio. quòd veritatem etiam respicit: in testamentis enim mens potissimum dominatur.

a l. plebs. §. fin. de verb. sig.

b Institu. de testa. ordin. in princ. & ibi Viglius.

21 Tertiò † negare videtur mulieris appellatione virginem contineri, quod Caius[c] affirmauerat: at ego idem aio, cùm ad sexum hæc vox refertur: quandoquidem nec etymologia repugnat, cùm Lactantio autore, à mollitie mulier dicatur. Quartò, aduersari Martianum Vlpiano ait, quòd ille munus recte dici, † quodcunque donum sit: 22 hic donum generis nomen, munus speciei asseruerit: sed difficilima non est resolutio, cùm munus generaliter acceptum, etiam officia & onera comprændat, tum etiam quácunque largitionem significet, siue cum causa, siue absq; causa: at si specialiter pro largitione tantùm ponatur, tunc largitionẽ cum causa. Nec mirum est eandem vocem & specialiter & generaliter accipi, vt in iurisdictione adoptionéque dicimus: quam rem sicut & alias ple-

c l. mulieris. infra eo.

plerasq; alibi, nimirũ locis suis. diffusius tractabo. Quintò, Vlpiani[a] sententiam confutat, peculium pusillam pecuniam appellantis: confingítque absque aliquo au- a l. depositi. §. peculium de verb. sig.
23 ctore peculium id esse, quod † quis industria sua lucratur: at aliter ex auctoribus dicendum est, qui peculium patrimonium testatoris appellant: quia olim census Romanorum in pecore erat, vnde & pecunia dicta: cæterùm quoniam deminutiua forma peculium profértur, pro parte census accipi cœptum est, qualem seruis domini concedunt, qualémque filij familias à patre separatim habent. addit & Celsus[b], ex consuetudine rusticorum senum sic eam partem patrimonij dici, quam quis in numerato, & ad casus repentinos repositam habet. Græci thesaurum dicunt quòd reposita sit εἰς ἄυριον, id est, in crastinum, seu futurum tempus fruenda: vnde & θησαυρίζειν reponere est. Sextò in Modestinũ inuehitur, qui possessionem dixerit ab agro iuris proprietate distare: ridiculúmque & imperitum eum asserit, qui substantiam rei diffinire volens, de qualitate disseruerit. At ego (Valla) respondeo, quod alii obiicis vitium, id tibi est, qui nescis veteres possessionem appellasse fundum per vsucapionem acquisitum, quo casu non iure dominij in eius vsu defendimur, sed auctoritate legis: atque ita in lege XII tabularum accipi, Festus quoque Pompeius auctor est. Vnde apparet, non qualitatem, sed substantiam à Modestino diffiniri: quod in eius responsi declaratione infrà latius ostendetur. Septimò, in Nouali visus est à Paulo[c] dissentire, dum terram proscissam esse, quæ anno cesset, Paulus ait: Valla etiam Nouale dici, aruum nuper, & cum magna cura ad culturam redactum: sed & id, opinor, non negasset Paulus. Octauò librum interpretatur partem operis, vt puta duodecim sunt libri Aeneidos: volumen verò minus esse libro, ex Plinij auctoritate: Qui tres, inquit, libri sunt in sex volumina propter amplitudinem diuisi. & ideo Vlpiani[d] sententiam con-
24 futat, qui Si cui centum † inquit, libri legati sunt, centum volumina ei dabimus, non centum quæ quis ingenio suo metitus est, vt Homeri xlviij. Sed sciendum est, quod de significatione verbi agere Vlpianũ, sed de men

b l. si chorus. ff. de leg. iij.

c l. sylua. §. noualis. de ver. signific.

d l. librorum. §. si cui.

te defuncti:quam, nemo est tam à naturali ratione abhorrens,qui probaturus non sit talem esse, qualem Vlpian.credidit. quòd si in modo loquendi eum Valla reprobat,rectè Iurisconsultum loquutum assero,& quid sibi vellet nesciuisse Vallam : siquidem solebant veteres in pugillaribus scribere,quos inuolutos,&duobus inclusos vmbilicis manu gestabant:vnde & enchiridia Græcis dicuntur, nobis à pugno pugillares, & ab inuolutione volumina:fiebant autem non secundum librorum distinctionem, sed secundum gestantis commoditatem quod satis Plinius ipse ostendit. Cùm igitur Vlpianus nō de diuisione librorum ab auctore facta, legatum illud ex mēte testatoris intelligeret, sed ex diuisione quā testator in concinnādo,vnicóque corpori conglutinando fecerat,dixit xlviij.libros,id est,vnum Homeri volumen pro libro accipiendos,nimirū voluminis voce metaphoricôs vsus,vt sicut vnū corpus in pugillaribus, etiam nō obseruata auctoris in libros diuisione, volumē dicitur:ita in codicibus, cum asserculis tabulísve concinnatis,vnum corpus etiam volumen dicitur,cum nec etymologia repugnet : vnica enim inuolutione constat. Quòd si probatur Vergilij,Valeriíque Maxi. loquutio, qui volumen in cauda serpentis dixerunt, quantò magis probandus est Iurisconsulti sermo,propter maiorem rei affinitatem longè clarior?cùm & Cicero librum pro corpore accepisse videatur,Epistolarum ad Quintū fratrem libro ij.Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora)an vtrosque nescio.Nonò,probrum & Opprobrium Vlpianus[a], idem est, inquit:Valla Probrum ipsum dedecus esse,opprobriū dedecoris exprobrationē: non tamen negat & apud Ciceronem ad Atticum, & apud Liuium, probrum etiam pro ipsa dedecoris exprobratione poni:vnde satis defenditur Vlpianus, qui non generalem diffinitionem horum verborum posuit, sed in edicto prætoris declarauit idem significare. Decimò, Modestinum[b] insectatur, qui adulterium in nuptam committit, stuprū in viduam, virginem, puerúmve scripsit: nam existimat Valla etiam adulterium stuprum dici posse auctoritate Quintiliani. Sed vt ego non negauerim generalius esse stupri nomen, vt quod à turpitudine dicatur

a l.probrum de verb.sig.

b l.stuprum. de adult.

dicatur, vnde & Plautus Amphit. Stupri dedecoris à viro argutam meo: ita Modestini verba non rectè intellecta affirmauerim: cùm enim concubitus cum nupta speciale adulterij nomen habeat, non fuisse satis generali stupri voce vti: id enim propriè dicitur, quod peculiari, & sibi tantùm conuenienti voce appellatur, vnde & proprium pro peculiari doctiores accipiunt. Vergil.

Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem.

Quintilianus quoque optimè id proprium interpretatur, quo nihil inueniri potest significantius. Qua ratione & vndecimum accusationis caput non consistit, dum Paulum[a] damnat, qui parentes vsque ad tritauos proprio vocabulo dici asseruit, vlteriores verò maiorum appellatione contineri: nam quanuis etiam maior dicatur pater, auus, proauus, tamen hoc non est proprio, id est, ipsis tantùm conuenienti nomine, sed generali: Iurisconsultus autem de proprio vocabulo agit. Duodecimò, Vlpianum[b] improbat, qui dixerit nō dubium esse, quin stragula vestis sit omne pallium: sed incidit Valla in deprauatos codices. Vlpianus enim non omne pallium, sed omne στρῶμα scripsit: certissimum autem est, Græcè sic dici omne quod insternitur, & circum iniiciatur.

a l. Iurisconsultus. §. parentes. de gradib.

b l. instratum. de ver. sig.

Decimotertiò, Officij apud Vlpianum differentiam damnat, qui[c] Verberare, dixit, est cum dolore cædere, Pulsare sine dolore: aitque verberare potius esse cum verbere, seu flagello cædere: pulsare cum graui & vehementi ictu. Sed profectò Iurisconsultum non latuit, verberare à verbere, flagello, seu ferula dici, vt qui alibi attestatus sit, verberasse abusiuè dici & eum qui pugnis ceciderit: sed in lege Cornelia, quam tunc interpretabatur, quæ actionem iniuriarum ei dabat, qui se pulsatum verberatúmve diceret, non potuit alia capi interpretatio: si enim Vallam sequeremur, qui sine graui impetu saxo percuteret, verbis legis non contineretur, quia saxo non diceretur verberasse, qui sine impetu non pulsasset, quæ sententia oppido quàm futilis est. Meritò Iurisconsultus maluit verberare cum dolore in ea lege accipere verbo illo lata significatione accepto: & pulsare sine dolore, cùm frequentatiuum sit à verbo pello, vnde fit pulto, pulso: impellitur autem quis etiam sine dolore,

c l. Cornelia. ff. de iniuris.

a l. Masurius. ff. de verb. signifi.

Decimoquartò [a] Masurij Sabini sententiam non omnino videtur sequi, pellicem pro concubina accipientis, quod apud Oratores Pellex dicatur, quæ cum eo, cui vxor sit, iungitur. Sed ego veram quoque Sabini sententiam arbitror: siue enim à Græco παλλακὴ veniat, siue Latina sit vox, à pelliciendo, quod auctoritate Plauti in Pœnul. magis probo, qui Allex viri ab alliciendo dixit, vtraque etymologia interpretationi Sabini conuenit, cui & Q. Curtij & Iustini auctoritas accedit: quorum veterem scripturam interpollauere plerique Vallam secuti: cùm eos ex antiquis codicibus constet pellicum scripsisse, non pallacarum, quæ vox ante Plinium Tranquillum in sermone Latino nulla erat: in Græco verò non aliud significat quàm pellicem, vt appareat Vallam, quíque ei consentanea tradiderunt, pellicis significationem non ex auctoribus accepisse, sed regula planè Lesbia vsos, auctores ipsos inuertisse, vt id quod ipsi sentiebant, attestarentur.

b l. si calumnietur. ff. eod.

Decimoquintò [b], Caium obliquè perstringit, qui sentire videatur, idem esse cauillari & calumniari, sed quomodo hoc Valla collegerit, nõ video: cùm enim Caluiri verbum apud veteres esset frustrari, metaphora à caluis militibus ducta, quãuis & Cauillatio, & Calumnia inde deducatur, non tamen consequens est, alterum cum altero idem esse: sicut cùm dicimus, à verto fit versus, & versura, nõ sequitur versuram idem quod versum esse.

c l. natura. ff. eod.

Rursus impetit Vlpianum [c], quoniã Cauillatio dicatur etiam si ab euidenter veris ad falsa non fiat transitus. Respondeo, Vlpianum loqui quãdo cauillatio pro argumento sophistico accipitur, quod Græcè non σκῶμμα, vt ipse credidit, sed σόφισμα est. Decimosextò, præuaricari, tergiuersari, calumniari, generalius accipienda existimat, quâm Iurisconsulti docuerint, nimirum oblitus, nõ docere eos simpliciter eorum verborum significationem, sed specialiter in S. C. Turpilliano quomodo accipi debeant, vt eius pœnæ locus sit. Decimoseptimò, portare ait id etiam significare, quod quis corpore suo baiulat, cùm tamẽ Iuriscõsultus aliter docuerit. Sed ego arbitror ex origine verbi Iurisconsultum adiuuari: siquidem πορθμεύειν Græcè, traiicere est, vnde Portus, in quẽ naui res deportantur: sic & exercitum

citum nauibus deportari Liuius plerunque dixit. Quapropter etiam si quis iumento ducat, hac similitudine portare dicitur: quod si ipse ferar, non propriè, sed μεταφορικῶς putauerim portare dici. Decimooctauo, Conuicium negat à vocum concertatione quasi conuocium dici, & aduersus Labeonis [a] sententiam, etiam sine vociferatione conuicium fieri putat: sentitque à vitio potius, vel à vitando deduci: qua in re, opinor, egregiè fallitur: quid enim tūc coniunctiua illa particula operaretur? Cur item si à vitio deducitur, secundam syllabā producit conuicium? cùm constet vitium corripi: nam & Cicero, quem ipse adducit, petulantiorem iactationem in conuicio requirens, pro Labeone est: vt mirer eum tam leuibus argumentis, à recepta vbique Labeonis sententia desciuisse, quæ & orthographiæ ratione defenditur, cùm per c, cōuicium non per t, scribatur. Decimononò, versicolores Vlpianus [b] appellat lanas, quæ natiuum colorem mutarunt, siue purpura, siue cocco, siue alio colore infectæ sint. Valla ex variis auctoribus ostendit, versicolorem aliquam rem dici, quæ variorum colorum sint. Sed Vlpiani locū à Valla non intellectū arbitror, alioquin quæ à se dicuntur, satis agnouisset Valla, nihil Vlpiani sententiæ aduersari. Igitur sciendum, ex origine vocabuli eam rem esse versicolorem, cuius color in aliū versus sit: sicut & versipellis non cui varia pellis, sed quia in aliam pellem versus est: vnde homines in lupum mutati, versipelles Plinio appellantur. Eadem ratione lanæ versicolores dicuntur, quæ per tincturam in alium colorem sunt versæ. Dubitat igitur Iurisconsultus, lanis versicoloribus legatis quid contineatur: & primò respōdet, legatis simpliciter lanis, versicoloria apud veteres nō cōpræhensa: legato verò lanarum versicoloriū, eas intelligi, quæ tinctæ sunt & (quod dubitabilius erat) etiam netæ, dummodò neque detextæ, neque cōtextæ adhuc sint: tūc enim non lanæ, sed vestimentorum appellatione contineantur [c]. Neta lana dicitur, quę stamen & substamen est: detexta dicitur, cùm perfecta est, & à textrinis instrumētis detrahi potest: vnde & detexere, auferre est. Plautus: hunc ego hominem detexam pallio. Quapropter & Vergilius x. Æneid. Dum texit Imaona Alesus: id est,

a l.item apud.ff.de iniuriis.

b l.cui.§.i. de leg.iij.

c l.vestimētum.de aur. & arg.leg.

ſpoliat. Contexta eſt, quæ quidem in opere conſummato eſt, ſed cui tamen deeſt prætextura, quam *Camoſiana* vulgò vocamus. Ex his apparet verſicolores veſtes varij coloris idcirco dici, quia ex verſicoloribus lanis cõficerentur: à qua ſimilitudine, & verſicoloria arma Vergilius, & verſicolorem plumam Propertius, & verſicolorem caudam Cicero dixit. Viceſimo, penes[a], idem quod apud, ſignificare oſtendit, cùm tamen Vlpianus ſcripſerit penes te, amplius eſſe, quàm apud te. Sed nec Vlpianus puto negaſſet differentiam illam ſuam ab auctoribus quandoque confundi, quæ tamen ex vi verbi veriſſima ſit: deducitur enim à dictione penitus, vnde & peniſſimus, & penitiſſimus, vt Plaut. cæteríque antiquiores dixerunt. Viceſimoprimò, Vlpiani ſententiam confutat, qui victus appellatione etiam veſtem contineri ſcripſerit, cùm plurimæ gentes in AEthiopia abſque veſtibus æuum degant, quaſi Vlpianus AEthiopũ leges interpretetur, & non Romanorũ, qui abſque veſtibus non viuunt: & quaſi qui in Italia victum amico legauerit, de eiuſmodi victu ſentiat, quo AEthiopes ſe tolerant, & nõ ipſi Itali, quo nihil abſurdius dici poteſt. Viceſimòſecũdò, Pignus & Hypothecam idem eſſe, cum Martiano[b] ſentit, ſed alterã Græcam, alteram Latinam vocem: cùm tamen Vlpianus[c] propriè eſſe pignus & dixerit, quod creditori traditur, hypothecam cùm interuenit traditio: & ideo in mobilibus pignus, in immobilibus hypothecam eſſe. Sed hæc non tam Vallæ oppoſitio, quàm ipſorũ inter ſe Iuriſconſultorum quædam quaſi antinomia eſt: ea ſic diſſoluitur: Ex proprietate quidem ſermonis veram eſſe Vlpiani ſentẽtiam, ſiquidem à pugno pignus dicitur, & ideo in rebus mobilib⁹ oppoſitis ſic dici, in immobilibus verò ſolitos veteres Iuriſconſultos potius Græca voce vti, id eſt hypotheca, quæ Latinè ſuppoſitio dici poteſt: & ad vtraque eorũ ſermone trahitur. Catullus oppoſitionem dicit: Furi villula noſtra non ad Auſtri flatus oppoſita eſt, nec ad Fauoni, Verùm ad millia quindecim & ducenta: ſubaudiuntur autem ſeſtertia. Viceſimotertiò, Ferruminare dixit eſſe conſolidare, & conglutinare, non ſolùm per eandem materiam, vt Iuriſconſulti tradiderunt, ſed etiam per aliam idque plurimis

Plinij

a l. penes. ff. de verb. ſig.

b l. res. §. inter. ff. de pig.

c l. ſi plures. §. pignus. de verb. ſignifi.

Plinij exemplis probat, qui ferruminari surculum, ferruminari aqua muros, ferruminari in lapides dixit. Sed cum ferruminatio propriè sit ferri ipsius vi ignis liquefacti conglutinatio, apparet metaphoricè hoc verbo vti Plinium, & ideo Iurisconsulti sententiæ nihil aduersari.

Vicesimoquartò, Pōponium, inquit, atque Vlpianum corrūpere linguam Latinam, qui quot mēsibus, vel quot diebus scripserint, pro singulis mēsibus singulis diebus: cui ego dixero, tale conuitium Plauto quoque M. Catoni, & denique doctissimo omniū Varroni cōmune esse. Plaut. in Stich. Meministis quot Calendis petere demēsum cibum. Cato de re rustica, Capita oleagina quot mensibus fodere oportet. Varro, Sacra quot mensibus feruntur in arcem: quod ante nos & alij notarunt.

Vicesimoquintò: Turbam non multitudinis hominum perturbationem, vt Labeo scripsit, sed simplicem perturbationem, etiam duorum existimat, & à tali perturbatione turbam pro multitudine dictam, quod multitudo non ferè vacet perturbatione: vnde vulgatum carmen: Septem conuiuium, sunt nouem conuitium. Sed mihi hæc controuersia non admodum ei absimilis videtur, quam Censorinus tradidit, priusne ouum fuerit an gallina. Labeo prius significatum turbæ, id est multitudinis, atque inde factam posteà perturbationem: tu perturbationem priorem contendis: sed nec quos adducis autores, sententiam tuam adiuuant, qui μεταφορικῶς potuerunt turbam etiam duorum dicere: nec etiam Græcus sermo τύρβη, in quo eadē potest esse hęsitatio: vt & demus opinionem tuā veriorem, in edicto certè prætoris, quod Labeo interpretatus est, probabilior est Iuriscōsulti sententia. Verba edicti sunt[a], *Cuius dolo malo in turba damnum quod factum esse dicetur*: ea non possunt commodè de perturbatione intelligi, quæ semper eum afficit, cui dānū infertur: necessariò igitur de multitudine accipiendū,

Vicesimosexto[b], Iulianum improbat, qui exauctorationem à principe simpliciter factam, ignominiæ notam inurere scripsit: contrà Valla, cùm exauctorare sit simpliciter militem missum facere, quod T. Liuij testimonio variis locis probatur. Respondeo, in veteri Republica hæc sententia posset procedere, quo tempore ex solo

a l. prætor supra de incen. rui. nau.

b l. ij. de his qui not. infam.

commeatu vel ducis licentia milites exauctorabantur: verùm ordinata ab Augusto successoribúsque militia, à qua non nisi post viginti stipendia mittebantur, tributa quoq; illis sunt militaria insignia, quorum detractio infamiam irrogat, quoniam non nisi turpi missione dimissis detrahuntur. Vicesimoseptimò. Depectum simpliciter pactum significare ait, ex auctoritate Terentij Phorm. Depascisci mortem cupio: cùm tamen Vlpi. in edicto de calumniatoribus, depectus, dicat, est turpiter pactus. Sed mihi videtur & verba Terentij, & Vlpiani [a] declaratione posse intelligi, & etiam Cicer. ad Her. lib ij. Depectus cum hostibus, vt arma relinqueret. Sed & idem auctor in Verrem actione v. Scito te biduum cibo tectóque prohibitum, biduum in foro custodiis detentum, neque antè dimissum, quàm ad cõditiones eius depectus est. His accedit, quòd huiusmodi præpositio, *de*, quandoq; in malam partem accipitur, vt desperatus, demens, dedecet, deformis, degener. Vicesimooctauò. Lapillum si magnus est, gemmam esse adserit: quo nomine & margaritam dici posse arbitratur, aduersus Sabini, Vlpianíque [b] sententiam, gemmas pellucidæ materiæ esse existimantium, vt smaragdos, chrysolithos, amethystos: non transflucentes verò, lapillos, vt obsidianos, & veientanos: at margaritas nec lapillos, nec gemmas esse, sed conchas, seu vniones. Verùm vt in sententiam Iurisconsultorum ego trãseam, illud me in primis mouet, quòd etymologia pro illis est: videtur enim gemma dicta, quasi gemina, propter transflucentem naturam. deinde videmus à similitudine gemmas dici, vt Fab. auctor est, & in Catone Maiore M. Cicero. Vnde ostenditur, non ideo dici gemmas, quia magnę sint. Idem & Plinij auctoritate constat, in anulis gemmas deferri adfirmãtis: vnde & dactylothecæ dictę, quod profectò maioribus non conuenit. Ad hæc, quæ rationes à Valla adducuntur, sanè quàm frigidæ sunt: Lapillus, inquit, generale nomen est: bene sanè, sed cum transflucet, peculiariori nomine gemma dicitur. Rursus: Gemmas, inquit, accipimus multorum cubitorum inueniri. Accepit forte à Luciano de veris narrationibus: miraculi certè loco refertur alueolus trium pedum in triũpho Pompeij in ex duabus gẽmis. Subiicit: Quid si nõ perluceant, quia

[a] l. iij. de calum.

[b] l. etsi non sunt. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg.

quia adhuc incomptæ & imperfectæ? atqui satis est, si natura sui pelluceant, posśintque manu artificis in hunc vsum poliri. Addit, hac ratione etiam marmor Parium gemma esset, quia translucidæ est natura: quasi Iurisconsultus omnia translucẽtia definiat gemmam esse, & hũc honorem etiam speculis tribuat, qui de lapillis, non de marmoribus loquitur. Postremò, inquit, reperiuntur qui partim perluceant, partim non perluceant. Respondeo, de his nihil à Iurisconsulto dictum, & fortè ex regula iuris qualitas potentior in his obseruaretur. Addit secum sentire Q. Curtium, itémque Horatium, quorum alter, Lapilli, inquit, ex auribus pendebant candore & magnitudine insignes: alter, Niueos, inquit, viridésque lapillos. Ipse quid horum verba sententiæ nostræ obstent, non video, puto nec ipse Valla satis norat, cùm absque scrupulo ex Iurisconsultorum distinctione possint intelligi. Illud non diffiteor, differentiam hanc inter gemmam & lapillum non semper ab auctoribus obseruari, vt cùm Catullus dixit: Aut pelluciduli delitiis lapidis: aut Plinius cum generaliter sub capite de gemmis, omnes lapillos descripsit: sed Iurisconsultus de proprietate loquitur, non de abusu & translatione. Vicesimononò, Venuleij [a] diffinitionem confutat, qui veteratorem ex Celsi sententia non spatio seruiendi, sed ex genere & causa esse existimãdum ait: magísq; approbat hac in re Vlpianum [b], qui veteratores, trita & veterana mãcipia appellat, quæ difficile sit reformare. Quibus verbis apparet spatio seruiẽdi diffiniri veteratorẽ, erigítq; hoc loco in Iurisc. cornua tãquã contraria inuicẽ scripserint: quẽ & alij recentiores sequuti, pro antinomia nominatim hũc locũ citãt. Sed profectò æquius fuisset, & etiã magis nomini suo cõsuluissent hi Grãmatici, si intra professionis suæ cãcellos cõstitissent: quãdoquidẽ vulgò dicitur, Quã quisq; nouit artẽ, in hac se exerceat: non enim sutores supra crepidã iudicassent, nec ceu testudines porrecto extra testã capite, periculis se obnoxios fecissent. Igitur distinguẽdi tres sunt casus: Aut loquimur in vẽditore, seu mangone, qui mancipium distrahit, ex edicto ædilium non potest veteratorem pro nouitio vendere, cúmque nouitius, secundum Vlpia-

a l. fi. de ædil. edic.

b l. præscipiũt. eod. tit.

ni ſentētiam,ex tyrocinio ſeruitutis accipitur, veterator qui diu ſeruiuit, & iam ea in conditione callum fecit. Aut loquimur [a] in ipſo patrefamilias de ſeruis ſuis nouitiis,veteratoribúſque diſponente:&quia hoc omne ab eius ſententia dependet, pro nouitio habuiſſe videtur, quem nulli miniſterio præpoſuit: rurſus pro veteratore duxiſſe, quem in veteratorum numero habuit, vt quia muneri alicui præpoſuit,in quod veteratores deſcribi ſolent. Meritò igitur Celſum ſequemur, vt ex genere & cauſa conſtituamus, quem dominus pro veteratore habuit. Aut de cauſa vectigalis agitur: & cùm Reſpublica hac in re voluntatem emptoris ſeu patrisfamiliás non ſequatur, ſimpliciter Veterator accipietur,qui anno ſeruiuit, Nouitius,qui minùs anno: vt hic vectigal pendat, ille non pendat, & hoc caſu Martiani ſententia eſt pro banda.Ex his igitur cōſtat,non inuicē pugnantia ſcripſiſſe Iuriſconſultos, ſed diuerſa diuerſis caſibus tradidiſſe. Poſtremò fuere ex Grammaticis,qui Iuriſconſultos noſtros manifeſti furti arguerent, quod bonam partem legis ſecundę de origine iuris,itémque pleraque de officio præfecti prætorio,proconſulis, præſidis,à Feneſtella ſubripuerint,eius nuſquā facta mentione.Sed hi velim mihi eius rei fidem faciāt,à Feneſtella Iuriſconſultū accepiſſe: qui enim titulo Feneſtellæ liber circumfertur à Pomponio Læto ex variis auctoribus in quandam farraginem compoſitus fuit,eo indito titulo,vt vendibilior hoc nomine, impreſſoribúſque lucroſior fieret:idq; ego à Iano Parrhaſio non ſemel accepi,qui ſuā quoque hac in re operā illi adhibuiſſe ſe teſtabatur:ſtylúſque ipſe plenè indicat,vnius auctoris opus illud non eſſe.Et hæc quidē in Laurentiū præter animi mei ſententiam, vt qui minimè litigator,aut φιλαίτιος ſim, ſcribenda duxi:quoniā eius exemplo adeo excreuerat quorundam grammaticorum inſolētia, vt in ſuis commentariis vbique errorē aliquem Iuriſconſultis noſtris impigerent,nimirū quod ipſi non perceperāt, errori ſtatim adſcribentes.Spero autem cùm viderint,quibus hoc in argumēto ipſorū primipilus Valla tenebris offuſus eſt, modeſtiores eos,& alieno exemplo cautiores fore.Sed hæc hactenus.Non negauerim tamen apud Iuriſconſultos quædam reperiri, quæ delica-

tum

[a] l.fi.§. quoties.depublica.

tum lectorem possint aliquantisper remorari: sed si qua
26 vitium sonant †, librariorum incuriæ proculdubio tribuendum: nam & Gaij, *Interesse*, cuius suprà meminimus, in antiquis codicibus non reperitur, in quibus simpliciter venditorem teneri scriptum est, apparétque à glossematico aliquo margini adscriptum, deinde scriptorum imperitia in ipso contextu relatum. Vnde & Vlpianum[a] scripsisse, siquis graui valetudine affectus: arbitror non in graui: tametsi sint, qui ingrauem iunctim dictum putent, quasi valde grauem, sicut incanamenta Vergilius dixit: & *in difficilem casum* Scæuola[b]; in quo tamen veteres cōdices refragantur, in quibus scriptum est, ille casus, *In difficili est*. quam lectionem castigatiorem arbitror. Nam & in diui Seueri rescripto[c], quo vulgò legitur, eos qui testamento quid alienari vetant, nullius momenti scripturam esse, correctiora exemplaria, *Eorum*, scriptum habēt. Sicut & in Pauli responso[d], dum dicitur, *Econtrà*, si inter virū & vxorem facta sit donatio, simpliciter *Contrà*, scribendum est, *Ad instar verò*, quod Iuriscōsulti quandoque scripserint, non instar tantùm, exemplo veterum non caret, suntque huiusmodi controuersiæ non tam doctrinæ, quàm iudicij sicut cùm, *Exequi* passiua significatione Vlpianus dixit[e], quærebatur an iudicis sententia, Exequi possit: vel idoneior Modestinus: sic & quod in meo fundo nasciturum est, dixit Pomponius[f]: sic &, *Præstaturus* verbo, pro, *Præstiturus*, vti Tribonianus non erubuit. Erunt & quibus omnino non placebit, *Deuirginare ancillam*, dixisse Paulum[g]: & à Modestino scriptum, decreto Adriani plectendos, qui mensuras & pondera, *falsassent*[h]. Idē & sordidum verbum existimabunt, *Certiorare*, pro eo quod est, certiorem facere, quo passim Iurisconsulti vtuntur, eadem ratione deductum, qua & veteres, *Meliorare* dixerūt. vnde L. Columellæ, *Meliorescere*. Sed &, *Colonicam* agrum colono locatum quandoque appellant, cum alio
27 sensu antiqui ea voce vtantur. Sane illud † diffitendum non est, apud eos quasdam dictiones esse, quæ aliis in auctoribus nusquā eo sensu reperiantur, vt cū *Exhibere*, verbo plerumque pro eo vtuntur, quod est alere, *Donare ad processus*[i], id est, vt eo donatarius vtatur in pompa, vel cum in principis est comitatu: id enim significat

a l.iii.ad S.C.Silla.
b l.Gallus. § fina. de libe.& post.
c l. filiusf. §. diui. de leg.j.
d l.si inter. de don. int. vir.
e l.cum quæ dam. de iurisd.om.iudi.
f l. quod, in rerū.de le.j.
g l. fi.de offic.præf.
h l. pen.de fal.
i l.nam Imperator. de do.inter.vir

processus: vnde & alibi dicitur [a], Cùm *Processisset Imperator, salutatus est*, &c. Et *Copiarum* negotiũ pro mercimoniis earum rerum, quæ ad victum pertinẽt [b], & ad exercitum deferuntur: & *Dardanariũ*, pro his, qui annonã flagellant, qui & à Græcis προπώλαι dicũtur. Est & apud eos, *Friusculum* [c], pro digressu temporario vxoris ob iurgium cum marito, vox nusquam alibi à me lecta, vt fortè frigusculum dicendum sit, cùm maritalis amoris ardor aliquantisper refrigescit. *Friuola* [d], pro supellectili inquilini, tametsi & hac voce vsus videri possit Iuuenalis: Iam friuola transfert Vcalegon [e], *Lanipendia* mulier, pro lanifice, seu quæ lanificibus ipsis pensa diuidit. *Latrunculator*, pro iudice rerũ capitaliũ seu (quod magis arbitror,) præfecto apparitorum & militum, qui latrones conquirunt, *Notaria*, pro denuntiationibus delictorum, quas Irenarchæ deferebant, *Panniculariaratio* [f], quæ ad eas vestes viliores pertinet, quas rei & dãnati rerũ capitaliũ habent, cũ ad suppliciũ ducũtur *Perfunctoriè*, est leui cura, & aliud agẽdo: vnde perfungi, & defungi, pro eo quod est, vtcũq; explicare, *Pessundat*, pedibus percutit, nouè dixit Paulus, cùm in edicto ædilitio, Bouem, inquit, qui cornu petit, vitiosum, item mulas, quæ pessum dant. *Spectabiles* quoque & *Speciosæ personæ*, gradu quodam dignitatis insignes in iure plerunque dicũtur, cùm hoc sensu hæ voces apud Ciceronem & antiquiores nullæ sint. *Reliquare* quoque apud eos dicitur, qui æs alienum integrè nõ soluit: vnde reliquatores vectigalium, qui reliqua publico debent. *Sequioris vitæ* eum appellant [g], qui sibiipsi alimenta suppeditare nequeat, sed de alienis laboribus pendet: vnde & Sequior sexus, ni fallor, Apuleio, id est, muliebris. *Solarium* [h] pro vectigali, quod publico præstatur, ob soli publici occupationẽ: sed idẽ quoq; in priuatis videtur. Vlpianus [i]. Si quis in lapidicinis cædere voluerit, nõ aliter hoc faciat, nisi prius solitum solarium domino præstet. quamuis Accursius nunc salarium, nunc solatium legat. *Schemata cognationum* in antiquis codicibus dixit Paulus, emendatius, vt arbitror, quã stemmata Iuuenalis. Imagines enim in gẽtilitiis armariis vsui erãt, at coronę non erãt: cùm enim stemma vox Grçca esset, mirum fit apud Grçcos pro gradu cognationũ, vel imaginibus nunquam reperiri.

a l. j. C. de sent. pass.
b l. ob negotium. de cõp.
c l. cùm hic status. de do. inter.
d l. solutum. de pig. act.
e l. sed si vir. de don. int.
f l. diuus. de bo. damnat.
g l. cùm hi. de transact.
h l. ij. ne quid in loco pub.
i l. ven. com. præ.

reperiri. *Venenarij* sunt, qui aliquem veneno sustulerunt, eiusque criminis sunt rei. Sunt & apud eos aliæ dictiones, vtique & ipsæ raræ, sed tamen ab aliis quoque auctoribus vsurpatæ, quas simul referre operæ pretium duxi, *Auerosine locare, affirmatores, antapocha, antidora, antipherna. apocha, archiuium, arrogatio, auditorium. Basilica, belissimè, breuiarij rationes, calciarium, Kalendariũ, chloacarium, cœnacularium, cœnaticum, cancelli, cancellarij, capsarius, captiosus, captatorius, castratus, chatelus, chasma, commentariensis, coactio, collectarius, colonarium, conturbare, chorus pro congregatione, decidere, decretalis possessio, damnas esto, decoctor, dominica pecunia, delicatus debitor, depositarius.* eadem forma qua, *Alimentarium,* dixerunt, *commodatarium, donatarium, mandatarium, legatarium,* & similia, *Dilapidat bona, dimisit creditores,* id est, soluit, *diariũ, dietarij, diffisus dies, desultor, emansor, equitiũ, errones, serui, ex ore, exiguiores res, fœnebris pecunia, fœnerauit,* id est, accepit fœnera, *fiduciaria hereditas,* id est, fideicommissaria. *Functiones,* pro tributis. *Genuina pietas*[a], quamuis vulgati codices habeant gemina. *Hama,* pro instrumento ad arcendum ignem. Debet, inquit lex[b], præfectus vigilum noctu coerrare cum hamis. Sic Iuuenalis, Dispositis prædiues hamis. Meminit & Cæcilius Plinius. *Imaginaria venditio, incontinenti, informatur actio, in pendenti iurisdictio restituenda, impossibilis, impersonalis, insolidum,* id est, pro parte[c], *in summa,* id est, breuiter, *in tantum, inuentariũ, largitur annus, largiuntur tẽpora, licẽtia, lucratiuus titulus, manuaria mola, medianũ cœnaculũ, missilia, magis est, nudus sermo, nudum pactum, nugatoriæ res, in necem.* id est, in damnum, *optiones: obrepere iudici, officiales*[d], *opistographum, orcinus libertus, pantherõ rete, paraferna partiar ius colon*[e], *pedanei iudices, peregrini pro deportatis, periculũ.* quãdoq; pro spe nautici fœnoris, quãdoq; aliter, vt in Rubrica codicis de sẽtẽtiis sine* periculo recitãdis. Sic enim habet & codex Theodosianus, vt appareat de periculo, seu experimẽto memoriæ accipiẽdũ. *perpetuarius emphyteuta, pagani,* pro quibuscunq; nõ militãtibus, *plaga* pro parte fundi, *polia,* pro grege equorũ, *prabẽda iocare, præiudiciũ, prætorium,* pro domo rustica, *promercalis res, persona : potius hostiũ,* id est, captus ab hostibus, exemplo Plauti in Captiuis: licet in titulo de Captiuis, à quibusdam malè fit im-

a l.iij.de lib. ho.exhib.

b l.ij.de offi. præfect. vig.

c l.ad ea. de regu.iur.

d l. præsidis, si cert.pet.

* ex breuiculo recitan. Budeus.

mutatum: *pulsare*, id est, agere, vel conuenire: *quæstuarius*. quo de agitur per inuersionē, reatus, recepritia dos; regimenta Reipublicæ, *repertorium*, *repetita die*, *repedare*, *restaurari*: *religiosissimus princeps*, *in sacris patrū*, *synedria nauis*, *strata terrena*, *strena*, *suspendiosi*, *suus heres*, de cuius vocis significatione interrogatus à Socino Angelus Politianus, obmutuit, cùm tamen gloriatus esset in glossematis iuris ciuilis se vel Accursum superare posse. *Simplaria venditio*, *topia eius seruus*, *temporaneus tutor*, *testamentarius* pro tabellione, qui testamentum scripserit: *testimonium*, pro ipsius testis asseueratione in scripturam redacta: *velamentum*, *opera venalium seruorum*, *venter* pro infante necdū nato: ventrem facere, paries, cum in vicini ædes porrigitur: *vestiarium*, *viaticum*, *vinarij* qui & *vinosi*, vinacia. *voluntarium*, *voluptarium*, *vsia*, Græca vox pro substantia, *vsurpare*, id est, vsucapere, *vtensilia*.

ANDREÆ

ANDREAE ALCIATI IVRECONSVLTI MEDIOLANENSIS,

De Verborum & Rerum significatione, Rubrica.

SVMMÆ.

2 *Verborum acceptio multiplex.*
4 *Proprietatis causæ res, persona, negotium & figuræ.*
5 *Limitationum causæ.*
7 *Figurarum genera & vsus.*
15 *Verba potentialiter plerunque accipi.*
16 *Subaudienda, reijciendáque quandoque verba.*
19 *Verba peritorum vsu in quouis actu accipi.*
21 *Abusui non, nisi ex causis, locum esse.*
24 *Interpretamur ex mente leges: hominum actus non isem, nisi ex causis.*
26 *Argumenta ad interpretationem referri.*
28 *Res signáque plerunque significant.*
30 *Verbi dictionis, reíque discrimen.*
32 *Verba voce, dictionem sensu intelligi.*
33 *Significationes pro personis & rebus sumendæ.*

1 DE VERBORVM. Cùm inuenta sint verba * vt dicentis intentionem exprimant, meritò eius voluntas in primis spectanda est. Cognoscitur autem ex eo, quod
2 verba ipsa indicant. Ea quatuor † modis accipiuntur: ex proprietate, ex vsu, ex abusione, & per interpretationem. Prima species ita intelligitur, vt in

quacunque materia, etiam pœnali, verba * eatenus ca- 3
piantur, quatenus proprietas sermonis ferre potest [a], nisi non ita voluisse autorem præsumamus: tunc enim ex coniectura restringuntur. Ea variis † ex causis as- 4
sumitur. Ex re. Quid enim si de re tam modica vel leui agatur, vt operæpretium non sit dispositionem legis generaliter in ea seruari? Ex persona, vt cùm lex imponit certam pœnam delicto, & iniquum esset, si amplissimi gradus homines ea coercerentur [b]. Nam † ex 5
amicitia, adfinitate, odio, paupertate, maxima excellentia, multa constituta sunt quibus à generalibus regulis recessum est. Ex negotij qualitate, vt si necessitas suadeat, vel periculum sit in mora, vel absurdum aliquid consequatur, résve ad eum casum deueniat, quem maximè autor abominetur, & si qua similia. In hac parte etiam continentur, quæ figuratè dicuntur: quoniam figuræ ad ornatũ orationis pertinent, & *proprie- 6
tati cohærent: posséntque ferè omnium tam quæ à Grammaticis, quàm quæ ab oratoribus traduntur exempla, apud Iurisconsultos reperiri, sed satis sit, pauca admonendi causa in medium attulisse. Et † in pri- 7
mis latissima ea est species, quæ † per translationem fit: 8
vt cùm domus pro familia, ciuitas pro ciuibus, venter pro eo qui adhuc in vtero est, ponitur. Parricida non qui patrem * solùm occiderit, sed & qui cæteros con- 9
iunctos, quorum lex Pompeia meminit, intelligitur. Custodia pro ipsis custoditis, seu carcere inclusis [c] accipitur. Sic cùm lex noxium in ære puniri mandat, in bonis patrimonióve exercendam vltionem interpretamur. Sic & si is qui apud se fugitiuum * receperit, 10
plecti mandetur [d], non de eo qui iuxta se tenuerit, simpliciter accipimus, sed qui refugium præstiterit in domo sua, vel aliena, idque occultandi causa.

AD HANC cognitionem etiam pertinent alia figurarum genera, vt quod affectionem * voca- 11
mus: veluti cùm in lege quandoque, adulter, fur, aleator dicitur, qui hæc crimina affectat, quamuis non perfecerit. Et fugitiuus, qui consilium fugiendi habuit [e], licet adhuc fugam non arripuerit. Huic non absimilis est anticipatio seu prolepsis *, cùm id nomen quod po- 12
sterius

[a] L. cùm lege. suprà, de testam.

[b] Rom. rep. §. de viro. l. si verò. suprà solut. matr.

[c] l. custodias. suprà de public. iud.

[d] l. j. §. su-prà de ser. fugit.

[e] l. fugitiuus infrà eod.

sterius res sumpsit, ante tempus describitur. Qua ra-
13 tione litem * quandoque appellamus antequam conte-
stetur, tametsi propriè post iudicium acceptum, hoc no-
14 men habeat. Sic & pecuniam [a] mutuam * dicimus a l. malum. §.
quæ adhuc mutuò non data est, sed ea destinatione ha- ij. infra eod.
betur, vt mutuetur. Huic figuræ ea eloquutio contra-
ria est, qua rem ea appellatione signamus, quam olim
habuit, licet in præsentia non habeat: vt cùm Procu-
lus insulam appellauit eum agrum, qui olim insula fuit,
licet hodie propter alienationem desierit. Sic & in in-
strumentis [b], etiam Titio mortuo aliquis se filium Ti- b l. eius qui·
tij appellat: súntque plurima id genus similia. Adscri- suprà si cer.
15 bi † schematis quoque potest, cùm verbum actus signi- pet.
ficatiuum de potentia intelligimus: vt lege x i i. tabul.
si aqua pluuia nocet, id est, nocere poterit. Et apud
Labeonem [c], si rationes tractasse videbitur, id est, vi- c l. Labeo. de
16 deri poterit. Est & † frequens in iure subauditio, vt statulib.
cùm dicimus, Iurisdictio est [d] iudicis dandi licentia, d l. imperiū.
pro in licentia. Sic & quandoque taxatiuam dictionem suprà de iu-
subaudimus, quandoque è conuerso augmentatiuam risdict. omn.
maximè: quandoque dictionem reiicimus, vt cùm du- iud.
17 plex negatio * pro vnica ponitur, qui duodecimus est
solœcismi modus: quandoque vnam coniunctio-
nem pro alia addimus. Sed in his omnibus id genera-
liter traditū sit, vt quoties figura vel ornatus, vel neces-
sitatis vel emphaseos causa apponitur, semper de ea cen-
seamus, quod & de proprietate iudicādū est: alioqui ad
abusum potiùs vel interpretationē pertineat, de quib[9] in
feriùs dicetur. Sícque explicitus sit primus tractatus.

18 SEQVENS articulus de communi * loquendi vsu
erit: is etiam proprietate potentior est [e]. Tametsi e l. anniculus
19 quod * ex prudentum consuetudine obtinuit, non du- l. in vsu. infrà
bitem propter eorum authoritatem propriè dici: alio- eod.
quin tyrannus impropriè de malo principe diceretur,
cùm olim sui natura qualemcunque significaret. quod
20 de religioso, & deuoto * dicendum esset, cùm olim hæ
voces in malam partem solùm acciperentur: at hodie
solùm in bonam. Is vsus variè accipitur. In testamentis
patrisfamilias consuetudo spectanda: in contractibus
ipsorū contrahentiū: in priuilegiis eius qui cōcedit: præ-

sumitúrque secundum eum vsum, qui communiter in ciuitate obseruatur, quemlibet agere nisi de contraria obseruatione probatum sit, vt ille vsus super & citra decennium inualuerit: nec enim verisimile est, tam citò omnes in eius obseruantiā consensisse. Per abusum † verba 21 regulariter nō accipiuntur, nisi aliter actus vel periret[a], vel elusorius redderetur. Idem & si eadem ratio nos inducat, vt quod ex proprio sensu dictum est, ad improprium trahamus: nam ex præsumpta mente disponentis huiusmodi etiam in statutis & correctoriis dispositionibus admittetur. Hócque casu nihil nos deterrebit, quò minus personam de vniuersitate dicamus, testamentum de codicillis, curatorem * pro tutore[b]. Idem & tunc di- 22 cendum erit, cùm aliter verba legis captarentur, fráusve illi fieret. Quapropter si lege * municipali triticum ex- 23 tra territorium absportare nemini liceat[c], nec farinam deferri concessum erit. Ex interpretatione † quæ admit- 24 tuntur, si extra vim verborum veniant, solíque menti innitantur, nec in contractibus, nec in testamentis obseruantur[d]: quoniam in eis licet primum locum mens obtineat, attamen eam oportet aliquo modo verbis saltem impropriis exprimi. Non ita est in legibus, quoniam vel sola mens legis obligatus: quapropter in eis argumentum de similibus ad similia passim seruatur: & (si eadem ratio subsit) vna lex * ad aliam trahitur: nisi correctiones 25 vel pœnalia, odiosáve aliqua inducerentur. Quæ non ita generaliter in contractibus & testamentis locum habent, si verba aliquo modo non patiantur, nisi vel natura rei, vel consuetudo adiuuet. Idem si aliqua alia ratione suadeatur. Et ad hanc † speciem pertinent plura argu- 26 mentorum genera, vt quod à contrario sensu dicitur, & quod à connexis: fitque per interpretationem, vt quod commune est, dicatur meum, vt verbum maioris summæ significatiuum minorem contineat, vt quod per me non possum per alios facere prohibear: vt in vno capite dicta, in sequens repetita videantur, vt in simplicibus mixtum contineatur: aliáque quàm plurima argumenta, quorum exempla in Topicis Cicero refert.

RERVM. Verba * significant, res significantur, tamet- 27 si & res † quandoque etiam significent, vt hieroglyphi- 28

ca

a l. cùm filio. suprà de leg. iij.

b Alex. l ij. suprà de legat. j.

c ciuitas. de sent. exc. in 6.

d l. quidam cum filium. suprà de hære. inst.

e c. certum. de regul. iur. in vj.

ea apud Horum & Chæremonem, cuius argumenti & nos carmine libellum composuimus, cui titulus est, Emblemata. Sed & ex certis signis præsumptiones oriuntur, verùm hæc minimè ad hunc tractatum pertinent. Capitur hic ergo significatio & in actionis &
29 in passionis sensu, sicut & testamenti * factio [a]. Potest & hic locus ex dialecticorum traditionibus interpretationem assumere, qui(vt Fortunatianus tradit)
30 hanc differentiam † inter verbum, dictionem, & rem constituunt, vt verbum sit quod ex se & materialiter (vt vulgò loquimur) prolatum est: dictio, verbi ipsius sensum habet, qui in proferentis animo cùm latuisset, per verbi expressionem exiit: sic verbum cum sensu di-
31 ctio est. Res est, quæ exprimitur, & ex verbo * dictionéque declaratur: vt si interrogem, verbum Si quis,
32 quid comprehēdit? Si quis † quatenus nudam pronuntiationem propter se respicit, verbum est: quatenus sensum habet, quem ego antè animo concepi, dictio est: masculi verò & fœminæ ex eo verbo significati, res sunt. Quam rem sic Vergilius explicuit,

Littera rem gestam loquitur, res ipsa medulam
Verbi, quam viuax mens videt, intus habet.

Sanè in antiquis codicibus aliqui negant verbum, RERVM, reperiri, simpliciterque scriptam rubricam, De verborum significatione.

33 SIGNIFICATIONE. Sumitur † hæc significatio varijs modis: nunc habito respectu ad ipsum proferentem, vt si vir imperitus sit, crassa minerua accipiantur verba: nunc considerata eius persona, ad quē verba diriguntur: plerunque & secundum naturam eius rei de qua sermo habetur, vel quæ in contractum deducitur: accipitúrque huiusmodi declaratio, etiam si præcisa, indefinita, generalia verba sint: quoniam nihil impedit, quin ad habilem verisimilémque casum retrahantur, & boni viri arbitratu intelligantur, qui cō-
34 suetudini * loquentis multum tribuit, & proximis clausulis mentem coniectabit, quandoque & distantium rationem ducet, interpretabimúrque, vt cum effectu prolata sint, vt secundùm dubium ordinem, vt actus potius sustineatur, quàm pereat, [b] vt non superuácua

[a] l. filiusfam. suprà de testam.

[b] l. quoties. ij. suprà de reb.dub.

sint, sed aliquid operentur, vt in potiorem sensum disponant, vt ad ampliationem * inducta non diminuant, ad liberationem non obligent, ad fauorem non noceant, vt naturalem sensum potius quàm ciuilem admittant, vt simpliciter prolata, prima vice officio suo fungantur, vt ad id quod principaliter gestum est, potius referantur, quàm ad accessoria, vel demonstratiua, vt captiosa non prosint, vt clara non offuscentur, vt superflua nō noceant, vt mitiora velint, odiosa abhorreant, possibilia inducant, vt ad maiora * expressis non trahantur. 35 36

SVMMÆ.

1 *Si quis verbo, etiam fœminas teneri: ex causis contrà 5.*

2 *Appellatiuo mari fœminas non contineri: ex causis contrà.*

4 *Fœminas virile verbum excludit.*

9 *Filijs fœminas contineri in statutis & contractibus.*

LEX I.

ERBVM. Quia † articulus hîc refertur ad hominem, quæ dictio est communis, meritò etiam ex sermonis ꝓprietate fœminas cōprendit: alioquin masculina † appellatiua, vt Alius, cubicularius, equus, adoptiuus, non propriè eas comprenderent, sed per extēsionem eámque communi vsu approbatam, vt Baldus scripsit [a]: vel (vt Ancharano visum est) per expositionem ex legis mente deductam [b]. Quod verò conformis nominis non est, vt frater, non nisi ex interpretatione ad sororem traheretur [c]. qua ratione nec auunculi appellatio ad materteram, sicut nec patris ad matrem pertinebit [d], idque vsus probat, licet alij contrà [e], prætérquàm cū in numero plura'i quis de fratribus dixerit: * nam & soror eorum, hac appellatione veniet [f]. 1 2 3

MASCVLOS. † Vnde si expressa mentio facta est de masculis, fœminæ excludentur. Idem, si de 4

a Bald. c. ad audientiam, de rescript.
b Anch. consil. cxij.
c Capra. cōsil. lxij.
d Corn. consil. cclxxj. in iiij.
e Deci. l. fœminæ. infrà tit. j.
f Paul. in l. tres fratres. de pactis.

viro

viro: nam & id nomen nullo modo potest ad fœminas pertinere.

5 COMPLECTITVR. † Nisi aliter sensisse auctorem appareat [a], vel ex coniecturis, vt cùm separatim de vtroque sexu actum est [b], vel quia dispositio non benè fœminis conueniat. Quid enim, si testa-
6 tor * filios tutores, vel etiam executores * consti-
7 tuat, si lex propinquorum consilium requirat? Cer-
8 tè hæc fœminis non conueniunt. Quid si filiis * feudum acquiratur? ab his enim fœminæ excluduntur. Quid si hæreditatem relinquat, à qua fœminæ ex lege municipali, existentibus masculis reiiciuntur [c]? Quid si ei qui primus nascetur, castrum dono promissum sit? non enim consueuere hæc donari fœminis [d]. Idem & si lex perquàm dura simúlque pœnalis sit [e], vel testatoris dispositio odiosa est, vt cùm filium suum exhæredat [f]. Idem & in contractibus, vt si pater sibi & filiis aliquid acquirat: sibi enim imputet qui legem apertiùs non dixit. Et id communi consensu traditum est, quod mihi nunquam placuit.
9 Satis † enim manifestè loquitur, qui iuris regulam sequutus est: quæ si in edicto prætoris pœnali locum habet, quantò magis in contractibus seruanda est? quapropter & in lege municipali seruabitur: nisi correctoria sit, vel odiosa, vel nisi cautum sit, vt in ea ad literam verba accipiantur, quod Baldus & Cornæus existimant [g]. Sanè & cùm pater filiis tanquam hæredibus stipulatus sit, tunc dubio procul etiã fœminæ admittentur, nec communis sententia (vt ego arbitror) reclamabit, quod & aliqui hic dixerunt.

a l. Lucius. §. quæsitum. suprà, de l. iij.
b l. si ita. de lib. & posth.
c Ias. l. si quis id quod suprà, de iurisdict. omni. iud.
d Guido Pap. quæst. ccccc v
e l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.
f l. j. §. quare. suprà, de vent. in poss. mit.
g Bald. consil. ccccl x. in v. Cor. xiiij. in ij.

SVMMÆ.

1 *Mœnibus cincto continentia ex causis intelligi.*
3 *Ciuitatem pro ciuibus & vicanis dici.*
6 *Roma continentia comprendi: in adiectiuo contrà. idem in aliis.*
8 *Patriam variè accipi.*
9 *Vrbem, ambitu aucto, dici.*

LEX II.

VRBIS. Idem † in ciuitate, castro, villa, oppido [a]. Nam hæ dictiones id propriè significant, quod ambitu murorum continetur. Quod tamen non admittitur, vbi aliam mentem proferentis coniiceremus, vt si dispositio elusoria redderetur. 1

a c. si ciuitas. de sent. excõ. in vj.

Sed & in * beneficiis principum tam angusta interpretatio minimè esset admittenda [b]. Quinetiam si quis castrum vendat, de omni iurisdictione actum intelligetur, quatenus in eius agro exerceri consueuit [c]. Sed & † ciuitas quandoque non pro loco, sed pro ciuibus accipitur: vt cùm quis ciuitati vel ciuibus aliquid mandat. Et tunc etiam eos comprehendi, qui ex vicis, oppidisve eius vrbis sint, Bart. credidit [d]. Alexander dissentit, si de ciuibus dictum sit: quoniam vicani non propriè ciues [e] sint. Id ego non probo: cùm lationem plerunque habeat significationem quod de ciuibus dicitur, quàm de ciuitate [f]. Vnde in Hispania, Gallia, cæterisque prouinciis erant pleraque oppida, quorum incolæ ciues *Romani dicebantur, vt est apud Liuium, Pliniúmque, & Strabonem, qui tamen ipsi in Italiam nunquam venerãt, nec idcirco vrbs sua Romana dicebatur. Quapropter communẽ sententiam sequor [g], vt nihil intersit, siue de ciuitate, siue de ciuibus agatur. 2 3 4

b l. j. §. cùm vrbem. suprà de offi. præfect. vrb.
c l. si quando. C. de bo. vac. lib. x.
d l. qui ex vico. suprà ad municip.
e §. si quis igitur. in authẽ. quib. mo. nat. effi. sui.
f l. j. §. procul. C. de lat. lib. toll.
g Alexan. in rubr. sol. mat.

Et in *priuilegiis similisque argumenti actibus, incolæ tantùm ciuitatis suburbiorúmque continebuntur ciuium appellatione: alioquin etiam vicani admittẽtur, nisi forte vel vsus loquendi, vel qualitas negocij aliud indicent. 5

SVMMÆ.

1 *Diei acceptio varia.*
3 *Horarum genera. 7. 10. notæ. 11.*
6 *Legis, Vrbis, sensus.*
8 *Diei pars longior ob operas, manè.*

§. ROMAE. Quid si dictum sit † vrbis Romanæ? & aiunt idem acsi Romæ, quoniam vrbs de Roma accipi- 1

cipitur. Et ideo videtur adiectio ampliationis causa facta. In quo dissentio : cùm verisimilius sit propter declarationem accessisse. Nec enim vrbs propriè de Roma solùm dicitur, sed per subauditionem, vel potiùs) κατ' ἐξοχὴν [a]. Quid item si dixerim, in ciuitate Perusina? & traditur id tantùm contineri, quod muris clauditur: si verò è conuerso, Perusinam ciuitatem appellauerim, etiam de continentibus ædificiis agi: vt id sit obseruandum quod priore loco fuerit pronun-

a §.ij. Instit. de iure nat.

2 ciatum [b]. Quod ipse nequaquam probo, cùm * adiectiuū demonstrationis loco substantiuo accedere grammatici fateantur. Quapropter si vrbs Roma dictum sit, cùm nullum adiectiuū hic proponatur, perinde habebitur, ac si Roma simpliciter dictum esset [c]. Sanè pa-

b l. si seruus communis. de stip. ser.

c l. nam quod insi. de pe. le.

3 triæ † quoque lata significatio est, nec solis mœnibus terminatur [d]: quin & quandoque patriam de prouincia dicimus, vt Bald. probat. [e] Quod ergo hîc de Roma dicitur, id & in cæteris vrbibus obseruandum est, si continentia quoque ædificia habeant, quamuis ferè omnes absque suburbiis sint, & murotenus claudantur [f].

d l. vxorem. §. legauerat. de lega. iij.

e Bald. auth. sed omnino. C. ne vxor pro ma.

f d.l. nam quod.

4 Finitur. Quid † si ampliora mœnia maiorísque ambitus nuper constructa fuerint? Et quod eis continebitur, vrbs erit. Nec refert, vt Bartolus sentit, hîc dubitare, possintne populi sua sponte ciuitatem condere: quia etiam si non possint (quod tamen iure gen-

5 tium falsum est) iam conditam ampliorem * munitiorémque reddere non prohibentur.

6 Cuiusque diei. Tribus † modis dies accipitur. Primò secundum Romanæ Ecclesiæ morem [g], qui & Atheniensium fuit, vt ab occasu solis incipiat, & in sequentem occasum finiat: & hoc vulgò vti-

g c.ij. de feriis.

7 mur. Est & * dies ciuilis [h], qui à media nocte incipit, & sequentis noctis media finitur. is in præsentia apud Gallos, Germanósque plerisque in locis est in vsu. Est etiam naturalis ab ortu ad occasum solis, vt Censorinus autor est. Is vulgò semper horarum duodecim erat [i], quæ cum ipsa luce vel augebātur, vel minuebantur, cuius horologij rationem lib. vlti. explicat M. Vi-

h l. more. supra de fer.

et apud Hispanos omnes, et Indicas occidentales.

i l. j. suprà de manumis.

8 truuius. † Quapropter huiusmodi horæ καιρικαὶ, siue (si

malis) καιρὶα id est, temporales * vulgarésue appellatæ 9
sunt. Huius meminere Palladius rei rusticæ autor, Asconiúsque Pedianus, & Plautus cùm horam æstiuam pro longa dixit. Sic & Vergilius tardos menses * appellauit Iunium, & Iulium, quòd horæ tunc 10
sint longissimæ. Hinc & in Euangelio habetur, Nónne duodecim sunt horæ diei? De † hoc à Iurisconsul 11
to hic agi plerique crediderunt; quamuis de eo intelligi quoque possit, qui imparibus sit horis, † quas 12
Græci ἰσημερινὰς vocant: nam & in Italia & in prouinciis, maximus dies est quindecim horarum, quod ex Ptolemæo, Proclíque in sphæram commentariis facilè dignosci potest: vt † meritò sequens pars, licet lōgior, 13
tamen minor à Iurisconsulto existimata sit, quod vesperè nō ita vegeti promptíque sicut manè simus. Vergilius, nono,

Nunc adeò melior, quoniam pars acta diei.

Hesiodus quoque, qui matutius manè operetur, tertiam partem operis conficere ait:

Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν

Qui ergo à meridie ad occasum opus faciet, dimidiam operam * præstitisse non dicetur, nec diurnæ mer 14
cedis dimidium meritò consequetur. Sanè Martialis † 15
quodam epigrammate de vulgaribus horis loquens, prima diei parte solitos Romanos seriis rebus vacare ostendit, reliquum verò palæstræ, toro, conuiuiis iocísque tribui: meritò Iurisconsultus maiorem partem diei esse primarum septem dicat, quo seriis negotiis incumbebant, non postremarum, quo tempore iocis & conuiuiis operam dabant. Carmen poëtæ hoc est:

Prima salutantes atque altera continet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quinta varios exercet Roma labores.
Sexta quies lassis, septima finis erit.

& quæ sequuntur. Extat etiam Grecè similis argumenti distichon,

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δεικνύμεναι ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

In sextam labor vsque horam, nam quæ inde notantur
Litterulis, vita commoda habere iubent.

Cuius

16 Cuius epigrammatis ratio est, quoniam † septima hora per Z significatur, sicut octaua per H, nona per Θ, decima per Iota. Quæ literæ coniunctæ ζηθι conficiũt, quod est, vesci, vt viuas. Sanè Victorinus in rethorica Ciceronis primum Trimegistum diem in duodecim horas diuisisse tradit, cùm sacrum Serapidi animal duo-
17 decies * vrinam fecisse quadam die obseruasset, pari semper tempore interposito: id animal Horus Cynocephalum esse commentariis prodidit.

SVMMÆ.

1 *Iter ex causis arbitrabitur vir bonus.* 2.
4 *Via consueta tutáque eundum.*
6 *Legem in itinere ex causis cessare.*

LEX III.

IN ITINERE. Quid si nauigandum est? & Bartol.[a] quinquaginta milliaria minus esse iusta diei
1 nauigatione arbitratus est. † Ego nihil certum propter ventorum, & mollitiei incertitudinem constitui posse censeo: sed bonus vir arbitrabitur. Hinc Cato, quò pedib. contendi possit, mari minimè eundum censuit: quod etiam Iurisconsulti probant[b].
2 VIGINTI. Atqui † & hoc videtur arbitrio boni viri relinquendum[c]: quod verum est, cùm certa milliaria constituta non sunt, alioquin hæc computatio seruabitur: vt in eo qui absens in ius vocatus est[d]: vt in tutore qui se excusat, & vltra centesimum lapidem abest[e]: vt in eo qui ad præsidem tendit bonorum possessionem sibi decerni postulaturus[f]. Sed & si lex non ipsum iter, sed certam mensuram respiciat, intercapedo non per millia passuum humi mensa accipitur, sed ex aêre, ratione Astrologis peculiari: idque plerisque visum est, cùm municipes constituissent, ne qui per quinquaginta milliaria vicinus esset, Prætor designaretur. Sed hoc Paulus Castrensis,
3 Alexander & Iason non admiserunt[g], cùm vsus * repugnet, constitutióque ipsa homines respiciat, qui ipsi minimè per aëra volitant: quod & nos probamus:

a in tract. de insul.
b l. ij. §. pen. suprà si quis cau.
c l. cõtinuus. §. cùm ita. de verb. oblig.
d l. j. ff. si quis caut.
e §. qui aurẽ de excus. tut.
f l. i j. §. pen. quis ord.
g in d. l. j.

cùm enim de passuum numero agatur, quid hic ad rem facit aëris mensura?

Passum. Per eam scilicet viam, per quam iter fieri consueuit [a]. si varia est consuetudo, præferetur quæ 4 in planicie, etiam si alia breuior reperiretur [b] quapropter Bononiensis Romam vocatus, per Flaminiam & Picenum ibit, licet per Hetruriam citius peruenire possit. Idem si longiore itinere tutius quis iter faciat: nam id potissimum in deligendum est [c].

Integrum diem. Singulis tamen septem diebus vnum habebit in quo requiescat, ísque erit dominicus dies, quod plerique crediderunt [d]: nos iure * 5 non probari id scimus, nec vsquam lectum est prohiberi quenquam eo die iter facere.

Conveniat. Nam † tunc seruanda est fides. Idem 6 si vt certo die adsis, principis edicto, vel legis iussu cōpellaris: tunc enim minimè ad hanc computationem recurrendum est [e].

a l. j. §. j. de his qui deiec.
b Archid. c. statutum. de rescri. in vj.
c l. fin. §. cū enim. C. de iure de lib.
d Felin. cap. cùm olim. de exc.
e Imola d. §. cùm ita.

SVMMÆ.

1 *Hereditatem captiui non dici.*

4 *Hereditas non nisi ex causis seruorum est.*

§. Eius qui. Non potest. Ex summo iure, vt Accursius sentit: nam ex bono & æquo aliter lex Cornelia constituit, quæ antequàm caperetur, mortuum fingit [f]: quæ interpretatio vt vera sit, vniuersali tamen negatiuæ non conuenit. Ego † generaliter dixe- 1 rim, hereditatem eius, qui apud hostes decessit, nullo modo posse dici, licet ex lege Cornelia hereditatem eius qui captus est, dicere possimus, quoniam hæc captura * in ea lege vice mortis succedit. 2

Seruus. Nam hæreditas * est successio in ius 3 defuncti: at serui nullum ius habent. In his † verò 4 casibus cùm lex pro liberis eos habet, hæreditas eorum rectè dicetur [g]; vt cùm ideo non fuit aliquis manumissus, quia tabulæ testamenti, quibus libertas relinquebatur, ex S.C. Syllejano aperiri non potuerunt. Sunt & alii casus quos enumerare operæpretium non est [h].

f l. lex Cornelia. suprà de vulg.
g l. pen. C. de his quib.
h l. seruus. C. com. de succes.

SVMMÆ.

2 *Res in l. pecuniæ j. opum nota.*

LEX IIII.

1 PEcvniae. Rem * id est, substantiam: nec enim est verisimile Proculũ, cùm hoc dixit, generaliter rem
2 accepisse, † sed in eum tantummodo sensum, quo facul
3 tates censúsque significentur: nam * pecuniam antiqui à pecore deduxerunt, quòd vniuersa eorum facultas in pecorum fructu esset, vt Grammatici aiunt: qua ra-
4 tione, & peculium * dictum quod quis sua industria acquirit, vt Valla existimat.

SVMMÆ.

1 *Rem variè accipi.*
2 *Legis, Rei, sensus varius. verior 5.*
3 *Opus non nisi perfectum dici: ex causis contrà.*
8 *Ἀποτελεσμάτων acceptio duplex.*
9 *Astrologia vana damnanda.*

LEX V.

1 REi. Rei † appellatio latissima est, & corporalia incorporaliáque complectitur, & ad omnem obligationem contractúmque pertinet. Hinc æquitatem necessitatem ve aliquando significat, quandoque & veritatem, plerunque & administrationem: sed & pro iudicio, controuersia, sententia, accipitur: habet etiã negotij significatum: pro rei quoque ipsius æstimatione nunc accipitur, nunc pro eo, quod interest: homines
2 * quoque rerum appellatione contineri dubium non est[a], sicut & delicta cæteráque quæ in facto consistũt: sed & officia res appellantur. [Res quoque vtilitatem significat, quo significatu vsus est Vlpianus[b]. Voluptatem quandoque sonat, quale est apud Terentium[c]: His rebus anem præscripsi pater, sæpissimè litem: Res apud Prætorem agitur:] restringitur autem ex subiecta materia, quod alibi differam.

a l. omnia. in fi. de leg. j.
b l. j. de reb. cred. suprà.
c in And.

EXTRA COMPVTATIONEM.

3 Accursius † quatuor interpretationes affert, vt vel de his, quæ in patrimonio nostro non sunt, sed esse possint, accipiamus: vt hereditas iacens: vel de seruituti-

bus, quæ nec in nostro patrimonio, nec extra habentur: vel de actionibus, quasi hæ pecuniæ appellatione non comprehendantur: vel de rebus sacris, quoniã in nullius bonis sint: & hanc probat, cùm sacra* vẽdi 4
& in pecuniam redigi non possint, quod in aliis rebus est. Sed † profectò Iurisconsultus haud ita sensit, sed la 5
tius accipi rem, quàm pecuniam ait, cùm res mea dicetur, etiam quæ in patrimonio nõ computetur: vt si de filio vel consanguineo sentiens commendem tibi res meas, vel cùm de capite periclitans dicam rem meam agi, quod minimè ei significationi conuenit, quam habet pecunia. Ausonius poeta,

Imperium, litem, venerem, cur vna notat res?

Horatius,

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.

& Plaut. in Pœnulo: Tenetis rem? Vix quidem hercle: nam ita pauxilla est, digitulis primoribus, &c.

Opere legato. Alij codices habent locato: vtrunque rectè: cùm enim de opere dicimus, de eo intelligimus, quod veri operis formam habeat: quæ quidem forma * non nisi ex consummatione contingit[b]: 6
quapropter † qui opus debet, partem faciendo, nihil agit. 7
& hæc est ratio cur facti obligatio indiuidua sit[c], licet alij aliter senserint. Sanè mẽs loquentis quãdoque aliud suadet, vt cùm quis argentum factum legat, nam & id veniet, quod elaborari cœptum sit, licet adhuc nõ perfectũ[d]: non enim in obligatione ipsum facere hoc casu vertitur, sed res ipsa præstatur. Qua ratione & si quis partem parietis, foueæ, vel maceriei fecerit, opus illi nouum nuntiari poterit:[e] quia nõ debet damnum alicui, neque ex parte idem operis inferri. Idem & cũ de opere certam formam non habente loquimur, vt paries, fouea, maceries, & similia: nam etiam si solum incœpta sint, dicitur opus factum esse: secus, si certi termini, vel mensura addita proponatur[f].

Græci ἀποτέλεσμα. † Nomen id à perfectione, 8
absolutionéque deducitur: qua ratione Homerus quãdoque τετελεσμένον ἔργον dixit eodem sensu. Sed & ἀποτελέσματα mathematicorum responsa dicuntur, editque hoc titulo Ptolomæus librum, qui vulgo Quadripartitus

a l. j. de vsufruct. leg.

b l. si is qui cccc. §. 1. ad l. Falcid.

c l. in execu. ver. ii. de verbo. oblig.

d l. & si. §. quid ergo. de auro legat.

e l. stipulat. § opus. supra de ope. noui nunt.

f l. stipulat. non diuidun tur. suprà de verbo. oblig.

dripartitus appellatur; meminit etiam huius ſignificationis Euſtathius in Iliados primo, vbi Genethliacorum
9 curioſitatem † damnat, qui omnia ſubiecerint planetarum poteſtati: & proculdubio ridiculum eſt, reſponſa ſua hoc nomine eos appellare, quibus nihil imperfectius, vanius, ſtultitius excogitari poteſt: ars enim
10 illa ab Aſtrologis * conficta fuit, vt cùm ſua profeſſione nihil lucrarentur, à curioſis rerum futurarum principibus, hoc nomine pecunias æruſcarent: & ideo antiquis, ſapiẽtioribúſque Philoſophis damnata, Chriſtianæ legi contraria, ab Imperatoribus[a] etiam capitali vltione coercita: aduerſus quã M. Cicero, Origenes, Phauorinus, & nouiſſimè Ioannes Picus xij. libris decertauit. Quòd ſi quis eorum (quanquam hæc rara auis) qualis Thraſyllus aut Aſcletarion quandoque vera prædixerit, id nõ aſtrorum ſcientia, ſed cacodæmonum aliquo impellente, vel falsò prædicta ad euẽtum perducente, factum eſt, quorum maximè intereſt, huic impoſturæ fidem omnino nõ abrogari: vt mirũ ſit cur domini rerum, qui Chriſtianis imperant, impunè doceri diuulgaríque huiuſmodi apoteleſmata permittãt, quibus, ſingulis annis, ipſi efferuntur, belláque, tumultus, & rerum mutationes: adhæc diluuia, grandines, terræ motus, huiuſmodíque terriculamenta portenduntur, ſicque nocentium animos, vel in ſpem alicuius facinoris incitant, vel innocentium metu, & deſperatiõe cõminuũt, in cauſaq; ſunt, vt à malis geniis multa mala in homines inuehãtur, ne mentiti videri poſſint.

a l. iij. & v. C. de malef. & mathem.

SVMMÆ.

1 *Nominis ſignificatio multiplex.*
3 *Iura non, niſi ex cauſis, rebus comprendi.*
5 *Immunitate ſubditos iuuari.*
8 *Reos variè accipi.*
9 *Votireos obligari.*

LEX VI.

1 NOMINIS. Nomen † hic pro obligatione debitoris accipitur, ſicut cùm dicimus, vendo nomen, lego, obligo, do in ſolutum. alioquin & alias ſignificationes habet: ſic enim cauſam, ſic accepti expenſíque

a l. pen. & fi. C. de conue. fisc. deb. lib. x.
b l. j. ad Macedon.

titulum [a], sic singula in conficiendis rationibus negotia appellamus. Sed & in S.C. dicitur incertis nominibus pecuniam à Macedone filiisfamil. credi solitam [b]. Sic & Horat. epist. lib. II.

Cautos nominibus certis expendere numos.

c l. is qui. de legat. iij.
d l. si in rem. suprà de rei vend.
e l. vendicatio. cod. tit.
f l. j. de stat. hom.
g cap. fin. de præscrip.
h l. Quintus. §. arg. & aur. leg.
i l. Caius de leg. j.

Quandoque & agnationem significat, vt cùm prohibemus fundum de nomine nostro exire [c].

Rei. Licet hæc vox generaliter intelligatur, quandoque * tamen speciali significatione accipienda est: vt 2
† cùm in rem quis agit: species enim designari tunc de- 3
bet [d]. nam & iura non vendicatur [e]. Idem si res omnes legauero: iura enim non continentur, quia nec possidentur: pronomen autem meas, possessiuum est: atque ita Baldus sensit [f], quod ego non probo, cùm grammatici in eam significationem possessiuum non accipiat, in quam Baldus existimauit: quapropter & cùm rem alienam dicimus etiam de iuribus intelligimus [g]. Verius ergo est id legatum per illam adiectionem solùm ad ea coarctari, quæ in dominio nostro habemus [h]. Sanè & cùm res, quas in illo fundo habeo, tibi promittam, iura non debentur, quoniam eo loco non conti-
nentur [i]. Dubium autem non est, quin verba * etiam 4
generalissima per adiectionem restringantur. Sed finge, princeps mihi vniuersisque rebus meis plenissimã 5
immunitatem concessit, an subditi quoque immunes sint? & esse responsum est: sed quoniã ob mei fauorem hæc concessio facta est, non poterunt in domini damnum ea vti: & ad me pertinebit * declaratio, quos ve- 6
lim immunes esse, vt bellissimè Andr. Siculus respon-

k consil. xxvj. in ij.
l l. fideicommissa. §. si rẽ. de legat. iij.

dit [k]. Sanè possumus & genitiuum hoc etiam à reo, id
est, obligato inflectere, vt reus * debendi dicatur, ex 7
quocunque contractu, vel obligatione quis debeat.
Nam & veteres (vt Cic. lib. II. de Oratore inquit) reos 8
appellabant non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. Hincque est, quòd reus non solùm debendi dicitur, sed etiam credendi, & ipse quoque per acceptilationem à nexu liberari censetur: oblatam enim pecuniam non potest non accipere [l]. Dici-
tur & reus voti is † qui diis in euentum conditionis 9
promittit: at vbi conditio euenit, tum etiam damnatus

tus est voti: quod ostendit T. Liuius libr. VII. de bello Punico, & Verg. Damnabis tu quoque votis. quod & Seruius sentit: vt non parum mirer, cur Macrobius
10 *voti damnatos interpretetur, qui vota soluerint, & non potius idcirco obligatos ad obseruationem voti, quia quod petierant impetrauissent. In qua re Nonij quoque Marcelli diligentiam non satis probo, tametsi sciam ex recentioribus plerosque Macrobiũ sequi.

SVMMÆ.

1 *Mentis virtus.*
2 *Mente comprehensa exprimi.*
3 *Mentem certam ratione & argumento argui.*
5 *Extenditur lex interpretatione.*
6 *Vtiles actiones ex tacita, verisimilique mente nasci.*
7 *Rationum vna cessante nisi ex causa, legem cessare.*
10 *Extensio, restrictióve ex ratione oriuntur.*
11 *Mens, non verba, spectanda, ex causis.*

1 §. VERBVM EX LEGIBVS. Quod † mens vnà cum verbis legis possunt, id sola eius mens potest,
2 dum de ea constet. Dum † ergo certa est legis sentẽtia, etiam si verba eam non exprimant, expressus à lege is casus dici potest [a]: & propterea nihil refert, etiam si materia pœnalis vel odiosa sit [b], cùm non per extensionem, sed per expressionem casus censeatur explicatus.
3 Tunc † autem mens dicitur certa, cùm vel in lege exprimitur, vel vnica tantùm ratione (ita quòd nulla alia adduci possit) colligitur [c]: vel per argumentum, necessariò & euidentissimè concludens, ita sensisse le-
4 gislatorem infertur [d]. Et in his *casibus actio in lege directa oritur. Quòd si de mente non constet, sed per
5 † interpretationem Iurisconsultorum lex ad eum casum porrigatur, rem tacitè decisam dicitur, túncque potissimùm de legum extensione tractamus. Hoc autem casu actio quæ conceditur, non directa, sed vtilis est [e]: quoniam ex mente legis præsumpta propter vtilitatem recipitur. Sed & si de aliquo casu nihil actum sit, cùm verisimile est legislatorem, si de eo cogitasset, idem quod de alio simili dispositurum, vtiliter ex ea lege agetur [f].

a l. prætor. de ope. no. nun.
b l. cùm mulier. la j. sol. matr.
c gl. l. quamuis. de fideicom.
d Felin. c. in nostra de rescrip.
e l. curatoris. C. de negoc. gest.
f l. tale. in fi. de pact.

SENTENTIA. Eadem videtur * esse mens,seu sen- 6
tentia,& ratio legis, vt plerique omnes aiunt : aliqua
tamen differentia est, quia ex ratione deducitur sen-
tentia,& propterea nunquam legis decisionem protra
himus,vbi non æquè tanta ratio sit:quo fit, vt † si ex 7
duabus rationibus aliquid sit introductum,si altera tā
tum adferri posit,dispositio locum sibi nō vendicet[a],
nisi clarè constet ex mente legis vel alteram sufficere[b]: qua ratione & tūc ad casum similem, si mens hoc
velit, fiet extensio, tametsi non æquè tanta ratio ea
fieri suadeat, quod Socinus adnotauit[c]. Hinc etiam
est,quòd correcta legis ratione*lex sublata censetur[d], 8
si tamen huiusmodi ratio concludens, non autem im-
pulsiua sit[e].

VERBIS. Ea * tamen præsumitur legis sententia, 9
quam verba ostendunt[f]:quapropter temerè ab eis nō
est recedendum:quoniam plerunque fallimur, dum le-
gis rationem per cōiecturas nos adsecutos credimus,
quòd si de ea constet,non est dubium,quin & inde co-
arctatio †inducatur,& si res suadet, extensio, quod a- 10
liàs admonui. quapropter non tanta est verborū vis,
vt si quis aduersus † sententiam legis faciat, quamuis 11
in eius verba non committat, possit idcirco euadere,
atqui eodem punietur modo[g],acsi verba quoque vio
lasset. quapropter qui triticum vel oleum filiofami-
lias credit,in S.C.Macedonianum incidet[h]: & mulier
cùm intercedere pro alio vellet, si principaliter in se
obligationem susceperit, ex S.C. Velleiano iuuabi-
tur[i].Idem cùm prohibitus donare, viliori pretio ven
dat,vel interposita per fiduciam amico donet[k]. Non
ita in eo est, qui aduersus verba committit, sententiā
seruat:nam id impune licet.

a l.si idem.supra de iur. om.
b §.adfinitatis.de nupt.
c l. ij.§. ex his. suprà de verb.obl.
d l. j. suprà de le.tut.
e §.fœminæ. Inst.de nupt.
f l. prospexit. supra qui & à quib.
g l.non dubiū. C.de legib.
h l. sed Iulianus.§. mutui. suprà ad Ma.
i l. quamuis. §. si cùm. suprà ad Velleia.
k Din.c.fin. de reg.iur.

SVMMÆ.

1 *Sponsio variè accipitur.5.*
3 *Legis 1.C.de suffrag.sensus.*
7 *Legem sponsio.explicare.verius 8.*
9 *Pactorum formulæ explanatio.*
10 *Promissionis,stipulationis,pactique notæ.*

LEX

LEX VII.

1 SPONSIO. Sponsio †videtur solùm de stipulatione
dici: quod ex eo probatur, cùm promissum lex ait
accipi, quod nuda promissione, vel pollicitatione, vel
2 sponsione debetur [a]. Hinc & * sponsalia [b] dicta, quòd
veteribus moris fuerit per stipulationem ea contra-
here. quapropter cùm lex ait [c], eos obligari qui spon-
sione propter suffragium contraxerint, de stipulatio-
3 ne † ego intellexerim, vt qui mihi apud principem suf-
fragatus sit, vt dispensationem aliquam obtinerem,
non tamen ad promissum sibi pacto nudo præmium
agere posit: licet nostrates Iurisconsulti eam legem
non intelligentes contraria opinentur: cuius etiam li-
bro XXII. Ammianus Marcellinus mentionem facit.
Nec quicquam nos mouet quòd hîc dicitur, omnis sti
pulatio promissióque: quasi hoc sensu alterum super-
4 flueret: nam coniunctiua * ostendit pro maiore decla-
ratione id à Iurisconsulto dictum, quòd dubitari po-
tuit, ne stipulatio de sola interrogatione diceretur [d].
5 Sane † & alio significatu sponsio accipitur, nimirum
cùm quis, interposita stipulatione, certam pecuniam
promittebat ni ita esset, sicut adfirmabat: quo sensu
Ciceroni, Quintiliano, Valerio Maximo, cæterísque
veteribus vbique capitur, nec ex Iurisconsultis quidã
6 abstinuere [e]. Hinc * & sponsor dicitur: quamuis Ac-
cursius sponsorem eum tantummodo dici crediderit,
qui sponte à nemine rogatus pro aliena obligatione
intercedat [f].

7 SPONSI. Quidam † interpretantur, id est, promis-
si: quod non cõuenit, cùm promissionis interrogatio
nõ fiat, sed ideo interrogemus, vt promittatur: verius
8 ergo est † vt de sponsalia contrahente intelligamus.
cùm igitur exemplum hoc Iurisconsultus adducat, a-
pertè ostendit sponsionem tãtummodo de stipulatio-
ne dici, alioquin, si quamlibet pactionem sponsionis
appellatione comprændi (prout communis est sentẽ-
tia) voluisset, non erat de vna specie stipulationis solũ
9 hîc exempli causa loquendũ. Nec obstat [g], quòd † si in
nouissima parte pactorum scriptũ sit, Titius rogauit,
spopondit Mæuius, hæc verba non tantùm pactionis

a l. sciendum. suprà de ædi. edict.
b l. ii. de spos.
c L. i. C. de suffrag.
d gl. in l. i. de verb.
e l. si rem. suprà de præsc. ver.
f gl. in rubr. in authen. de fid.
g l. iurisgentium. §. quod ferè. de pact.

loco accipiũtur, sed etiam stipulationis, quia pacti vim habent, non ex verbo, spopondit, sed quia iam in modum pacti promissio præcesserat, & ideo lex in nouissima pactorum parte ita scriptum ait.

a l. i. C. de vsur. l. Titia. §. pen. suprà de verb. oblig.

PROMISSIO QVE. In † scriptura promissio [a] videtur pro stipulatione accipi, quod tamen in testimoniis nõ est, quoniam verba testium ambigua aduersus eum, qui produxit, interpretatur: id autẽ verbum ambiguum esse certum est, cùm etiam simplex pactio promissio dici possit. 10

SVMMÆ.

1 *Oportebit, etiam præsentis nota.*
2 *Præsens ad alia tempora non nisi ex causis trahi.* 5.
4 *Pignoratio ad futura porrigitur.*
6 *Futurum ad alia tempora non referri: ex causis diuersum.*
7 *Futuri & præsentis enallage.*

LEX VIII.

VERBVM OPORTEBIT. Exemplum legis est, cùm quis promittit, quicquid dare, facere † oportebit. nam etiam ex vi sermonis præsens comprehenditur, cùm qui dare facere debet tempore contractus, etiam post contractum dare facere teneatur: nec enim per eum contractum extinguitur præsens obligatio. 1

b l. verbum erit. infrà eo.
c l. is qui in puteũ. §. ait. suprà quod vi.
d l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. suprà de verb. obl.
e l. talis de leg. j.
f l. fin. §. fin. de lib. lega.

PRAESENS. Tempus præsens ad præteritum non refertur, nisi adiunctum participium id suadeat [b], vt cùm dicimus, Troia capta est: aut cùm id præteritum etiam nunc durat [c]. Qua ratione futurũ quoque non comprehendit [d], nisi natura actus aliud inducatur: vt cùm lex punit eum, qui delinquit: futuris enim negotiis lex prouidet. Idem in testatore qui dixerit, quas pecunias legaui, vel lego, sine diei appositione, deberi annua, bima, trima die volo: referetur enim hæc clausula etiam ad ea legata, quæ deinde vel in codicillis faciet [e] nam hæc voluntas durare præsumitur. Sed & dispositio de re præsenti facta, ad futuram actionem trahetur [f]. Quapropter † & qui res ad se pertinentes pignori supposuerit, de acquirendis quoque egisse videbitur. quoniam, cùm obligatio duret, censetur acquirenda 2 3 4

da ex præsumpta contrahentium voluntate loco accessionis cæterorum bonorum esse [a], licet aliam rationem Bartolus adduxerit. Cæterùm & si † præsenti
5 tempori addita sint verba habentia tractum, non est dubium, quin futurum comprehendant [b]. Idem & si de futuris actum esse alia ratione præsumamus.

6 FVTVRVM. Id tempus † regulariter nec ad præsens, neque ad præteritum refertur: nisi dispositio tractum habeat, vt quia in futurum quoque duret: veluti si promittam, quòd dolus malus aberit [c], intelligitur etiam vt in præsenti non adsit: cùm, qui hodie dolus adest, etiam in posterum perseueret: & qui confirmat quod in codicillis scriptum erit, etiam quod codicillis iã factis legauit, cõfirmasse creditur [d].
7 Sed † & cùm materia ita suadet, præsens pro futuro, & futurum pro præsenti sumitur [e].

a l. fi. C. quæ res pig. l. si quis societatem. in fi. pro soc.
b l. si ita quis de leg. j.
c l. nouissima. suprà iudic. sol.
d l. Plotiana. suprà de iure cod.
e xxxij. q. v. si Paulus.

SVMMÆ.

1 *Agunt καταχρηστικῶς excipiens & appellans.*
4 *Exceptiones omnes excludunt.*

1 §. ACTIONIS. Actionis † verbo impropriè accepto contineri exceptionem dubium non est [f], quia excipiens agere dicitur: quod tanto magis procedit, cùm de eo excipitur quod in formam actionis duci potuisset: vt si quis cõpenset: sed Bart. huiusmodi exceptionẽ propriæ actionis verbo contineri credidit, cui nõ assentio: quia lex videri eum agere dixit [g], & propterea cùm cui sacris interdictum sit, licet age-
2 re * prohibeatur, compensare tamen posse existimo [h], quæ sententia humanior est. Cæterùm & is prouocator, cui iudex ex officio succurrit, non propriè agere dicetur, sicut nec reus eo casu excipere, quod pleri-
3 que omnes sentiunt [i]: qui verò * replicationem obiicit, actionem intendere proculdubio dicitur [k].

EXCEPTIO. Eius enim descriptio repugnat:
4 cùm † exceptio sit actionis exclusio, tametsi dilatoriæ & solius intensionis exclusiones, propriè quoque exceptiones dicantur [l], verbum enim generale est, idémque quod præscriptio significat. Fortunatianus tamen

f l. j. suprà de excep.
g l. amplius. in fin. suprà rem rat.
h c. cùm inter. de exce.
i in l. 1. suprà de iurisd. om. iud.
k Instit. de repl. in prin.
l Abb. rub. extrà de except.

rhetor, Præscriptio,* inquit, actionem excludit, translatio differt. 3

SVMMÆ.

1 *Rapere, multipliciter accipi.*
2 *Furis manifesti & raptoris pœna.*
3 *Rumpit, qui frangit & igne vastat.*

LEX IX.

MARCELLVS RAPVISSE. Hoc † clariùs 1 locum sibi vendicat, cùm quis scindit, frangítve vi adhibita, vel eo animo, vt si prohibeatur, vim adhibeat [a]: alioquin rapere, est etiam de manibus auferre [b]: & qui verbis puellam seducit, eam rapuisse dicitur [c]. Sed & furari rapere est [d], improbíor tamen fure, quamuis manifestò est raptor. † Quod 2 cùm ita sit, cur leuiùs punitur? manifestarius enim fur quadruplum cùm rem ablatam infert, damnatur: raptor triplum [e]: an quòd fur potuit dominum latere, raptor minimè, vnde ex furto potuit maius damnum domino inferri, qui nisi noxium deprændisset, nesciuisset aduersus quem ius suum persequeretur? Quapropter cùm vterque * manifestus sit, grauius 3 fur, quàm raptor plectitur: alij tamen aliter sentiunt.

a l. iij. §. non solùm. suprà de incend.
b l. iiij. suprà ne quis eum, q. ii.
c cap. fina. xxxvj. q. j.
d l. si quis ex domo. suprà de fur.
e §. ex maleficiis. de act. Instit.

SCISSVM. Laceratum, * fractum, quassatum. 4 Sanè & verbo corrupisse, scissum, fractúmque contineri in lege * Aquilia dicitur: quapropter sunt, qui hîc rupisse legant, non rapuisse. Subdit † huius re- 5 sponsi argumento Dinus, si lex municipalis certa pœna mulctet eum, qui de domo vicini aliquid rapuerit [f], qui vel solas fores effregerit contineri. Quid si igne adhibito corruperit? & idem dici posse ego existimauerim.

f Alex. consi. cviij. in j.

SVMMÆ.

2 *Debitor est rem reddere debens.*
3 *Persecutionis vi.*
4 *Ciuiles contractus, eorúmque origo.*

5 *Exceptio*

5 *Exceptionis effectus.*
7 *Extraordinarij iuris vis.*
8 *Creditores conditionales, creditores dici.*
11 *Naturalis simplex in l. creditores. accipienda.*
12 *Naturalis obligationis genera, & effectus.*
13 *Donationis remuneratoriæ virtutes.*

LEX X.

1 CREDITORES ACTIONE. Non * tamen
2 reali, cùm qui rei vendicatione conuenitur † impropriè debitor dicatur, vt Accursius & cæteri existimant [a], quod ego non probo: quia negari non potest, qui rem meam possideat, restituere eam mihi debere: nec nos mouet, quòd lex [b] eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis: & ex narrationis argumento apparet nullo iure personam ipsam obligari: sed non ideo consequens est, ratione rei debitorem non esse.

a Instit. de act. in princ. & §. j.
b §. omnium. Insti. de act.

3 PERSEQVVTIONE. Quam † vulgò officium iudicis merum appellamus, ea causæ omnes mixti imperij absoluuntur [c].

c l. pec. §. j. infrà eod.

4 IVRE CIVILI. Hoc † iure stipulatio inuenta est, & emphyteosis, literarúmque obligatio, & quæ ex sponsalitia largitate, vel tutela prouenit: nam & hæc XII. tabularum verbis inuenta est. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium contractibus debetur. id enim ius Quirites approbauêre [d].

d l. iuris gẽt. suprà de pa.

5 SINE VLLA. Qui † ergo ipso iure tenetur, si exceptione perpetua, puta pacti de non petendo, tutus sit, debitor non est nec quid ipso iure sit, curamus,
6 sed quid * in effectu.
7 EXTRAORDINARIO. Cùm † deficiente ciuili actione suggerente æquitate in causis iurisdictionis officium suum prętor impertit, vt cùm filiumfam. tuetur, qui viaticum suum alteri mutuauerit [e], & quosdam casus suprà habemus sub rub. de var. & extraor. cog.

e l. cùm filius suprà si cert. pet.

8 SVB CONDITIONE. Si omnino † sit extitu-

a in l. j. ſi cer. pet.

ra, dubium non eſt, vt Pomp. ait [a], eſſe creditorem. Si verò interea ſit, non eſt creditor, niſi ex larga ſignificatione: at vbi euenerit etiam retro, videbitur propriè fuiſſe creditor [b]: quod in legatis non eſt, nec enim in eis regulariter * conditiones trahuntur 9 retrò [c].

b l. is cui. ſuprà de act. & oblig.

c l. j. §. ſerui. ad Syllan.

NATVRA. De naturali * obligatione quam lex 10 ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea ſuperius actum eſt: cùm de iure ciuili dixit [d], multo minus verò de ea intelligendum eſt, quam lex ciuilis reprobat: quoniam hoc caſu creditor dici non poteſt. † Supereſt 11 ergo, vt de ſimplici naturali obligatione loquamur, quam ius noſtrum nec tuetur, nec infirmat. † Ea 12 duplex eſt [e]: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionem non parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones: exceptioni verò ſufficit, & compenſationi & pignoris retentioni, quoniam id non eſt alium impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſionis ſpecies eſt. In hac creditor propriè non dicitur, quia actionem hac ex cauſa nullam habet: largius tamen accepto ſermone dici creditor poterit, & ideo fideiuſſor illi accedit [f]. Altera verò quæ ad antidora, id eſt, remunerationem pertinet: nec eo quidem iure ex ſe efficax eſt. Quapropter ex ea debitor nullo modo dicitur: iuncta tamen alij actui plurimum poteſt. Hinc † eſt, 13 quòd remuneratoria donatio inſinuatione non indiget: ex ingratitudine, vel filijs deinde natis, non reuocatur, inter virum & vxorem permittitur; quapropter cauſam ſufficientem contractui præſtat; in bono viro præſumitur: alienationem rei ad Eccleſiam, vel minoris pertinentis, alioquin reuocabilem, confirmat [g].

d l. legitima. de pact.

e Bart. l. ex hoc. ſuprà de iuſtit. & iur.

f l. fideiuſſ. oblig. §. ij. ſuprà de fideiuſſ.

g Iaſ. in d. l. ex hoc.

SED CONTRACTVS. Subaudi * quilibet alius. 14 ipſe caſtigatius in antiquo codice ſcriptum inueni, ſeu contractus, quod magis placet.

SVMMÆ.

1 *Creditorem variè accipi.*
3 *Legem, Creditorum. explanari.*

LEX

LEX XI.

1 CREDITORVM PECVNIAM. Videbatur enim ita † tantùm accipiendum, cùm credere dicamur cuicunque rei assentiamus, alterius fidem secuti: sed tamen communis vsus peritorum creditorem generalius accipit, quacunque ex causa quicquam debeatur: meritò ergo vsum magis quàm etymologiam attendemus. Quamuis tamen de creditore ita dicamus, non idem erit de verbo credere, vel
2 nomine creditum: hæc * enim solum indicant, qui alterius fidem sequutus sit, vt Bartol. sensit, atque alij plerique. Tenent Salicetus, Fulgosius, Pontanus contrà [a].
3 CAVSA. Puta delicto, vt ait Accursius. Sed † hîc ego generaliter malim quacunque ex causa, non solùm contractu, sed etiam quasi contractu. Qua ra-
4 tione & cessionarium propriè* creditorem esse cæteris consenserim [b].

a l. i. suprà si cer. pet.

b in d. l. i.

SVMMÆ.

1 *Creditoris loco est in quem delictum est, cuiue relictum.*

2 *Popularis actionis effectus.*

LEX XII.

1 SI CVI EX DELICTO. Id † dubium erat, cùm delinquentis fidem sequutus videri nō possit creditor tamen idem quod in cæteris causis est, quoniam delinquens videtur pœnæ semet obligasse. Idémque est in eo, cui quid ex legato fideíve commisso debeatur: nam hæres adeundo illi promittere censetur [c]. Propriè ergo creditores hi propter vsum auctoritatémque prudentium dicentur, quamuis huic significationi legis fictio causam dederit. Hinc est, quòd hîc dicitur, creditoris loco esse: & alibi, lega-
2 tum * quasi æs alienum solui [d]: alibíque lex non solùm creditoribus, sed etiam legatarijs prouidere se dicit [e].
3 EX POPVLARI. Intellige † in actione, qua

c l. apud Iul. §. si. quib. ex caus. in poss. ess. ea.

d l. i. C. de bon. aut. iud.

e l. fin. §. licentiam. C. de iu. delib.

principaliter iniuriam publicam, seu ius populi prosequimur: nam ante litem contestatam locupletiores non sumus [a], nec fideiussor nobis obligatur [b]; sed si * principaliter aliquis sit læsus, puta quia violatum eius sepulchrum, videtur etiam ante litis contestationem creditoris loco esse: quapropter & tunc procuratorem constituit [c], & alius nemo admittitur, si ipse agere velit [d]: & hoc Accursius probat. 4

a l. pe. suprà de pop. act.
b l. si quis pro. in fine, de fideius.
c l. licet. de procur.
d l. iij. suprà de sepulc. viol.

SVMMÆ.

2 *Soluens tardius, minus soluit.*
3 *Obsignantem non liberari.*
4 *Plus tempore petentis pœna.*
5 *§. Minus. ex causis locum non esse.*

§. MINVS SOLVIT. Idest, soluere vult, vt Iacob. Bartol. & Alber. interpretantur: nam sic creditor (quamuis post tempus solutionem recepisset) non posset amplius illam * accessionem, quæ ex mora orta est, petere [e]. Ipse hanc expositionem non probo: quia † quamuis creditor amplius petere non possit, non tamen sequitur, quin minus sit solutum, licet ideo non petat, quia recipiendo sine protestatione videtur remisisse: faciliterque remissio huius accessionis præsumitur, cùm non nisi iudicis officio debeatur. Quapropter si † creditor nolit recipere, & debitor debitam summam sine temporis accessione deponat, obsignétque, non liberatur: quod omnes hic probant [f]. 2 3

e l. iiij. C. de pos.

TEMPORE. Eadem † ratione dicitur etiam quis plus tempore petere, quando ante tempus petit, & propterea in pœnam duplicantur illi induciæ [g]. Sed nunquid cùm vsuræ hodie † omnino sint prohibitæ, locum habeat hæc lex? & si creditoris nihil intersit esse tardiùs solutum, vt quia non est mercator, nec qui propter hanc moram quicquam damni subiuerit, non procedere, mihi videtur verius. 4 5

f l. obligatione. & ibi nota. C. de solut.
g §. plus. de act. Instit.

SVMMÆ.

1 *Mulier quæuis dicenda, sexu non spectato contrà.*

LEX XIII.

1 MVLIERIS, VIRI POTENS. Et hoc† si verba proprie accipiantur, alioquin ex lata interpretatione etiam nō viri potens mulier est, nimirum quia mulie-
2 bris est sexus[a]: nec etymologia repugnat, cùm *à mollitie dicatur, vt Varro & Lactantius aiunt. Sanè si fœminam empturo venditor dixerit, non esse mulierem,
3 de corrupta* intelligemus[b]: nec enim de sexu verisimile est tunc fuisse dubitatum[c]. Et M. Cicero, cùm obiurgaretur, quòd virginem senex vxorem duxisset, cras, inquit, mulierem reddam.

a l. argumē-to. §. muliebri. ff. de au. & arg. lega.
b l. alioquin. de cōtrahen. empt.
c l. quæritur. §. mulierem. de ædi.

SVMMÆ.

1 *Forma mutata, non satisfieri. ex causis contrà. 13.*
3 *Causæ rerum variæ: eaque definitæ.*
9 *Substantia latè patentis vis.*
12 *Substantia mutata, rem repeti ob extrinsecum non item.*

1 §. RES ABESSE Et propterea† non videtur exhiberi quod, mutata forma, exhibetur[d]: nec commodatum depositúmve reddi, nisi in eadem causa reddatur[e].
2 FORMA. Ex forma enim res ipsa nomē assumit. Quapropter & vbi ea deest, rei quoque nomen deficit, nisi quid minimum de forma mutatum proponatur[f].
3 Sanè materia, substantia, forma, solennitas, simul differunt. Materia est, vnde quid conficitur, vt in scypho
4 metallum, in contractu* consensus. Substantia est, per quam materia in certam speciem deducitur, vt in vasis
5 vel vestibus artificium, in emptionis * contractu pre-
6 tium. Forma † est, quæ certæ illi speciei nomen dat. In iuribus verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinē
7 respicit, vt in stipulatione* quòd præcedat interrogatio, incōtinenti respōsio sequatur[g]. Solēnitas* actui per-
8 fecto extrīsecus accedit, vt authoritas tutoris in pupillorū, agnati cōsensus in mulierū cōtractibus. Promiscuè

d l. Iul. §. si quis. suprà ad exhib.
e l. iij. §. si reddita. suprà commo.
f l. j. in fi. suprà de vent. inspi.
g Bal. in c. j. de no. forma fidelit.

SENTENTIA. Eadem videtur * esse mens, seu sen- 6
tentia, & ratio legis, vt plerique omnes aiunt: aliqua
tamen differentia est, quia ex ratione deducitur sen-
tentia, & propterea nunquam legis decisionem protra-
himus, vbi non æquè tanta ratio sit: quo fit, vt † si ex 7
duabus rationibus aliquid sit introductum, si altera tã
tum adferri posit, dispositio locum sibi nõ vendicet [a],
nisi clarè constet ex mente legis vel alteram suffice-
re [b]: qua ratione & tũc ad casum similem, si mens hoc
velit, fiet extensio, tametsi non æquè tanta ratio eã
fieri suadeat, quod Socinus adnotauit [c]. Hinc etiam
est, quòd correcta legis ratione * lex sublata censetur [d], 8
si tamen huiusmodi ratio concludens, non autem im-
pulsiua sit [e].

VERBIS. Ea * tamen præsumitur legis sententia, 9
quam verba ostendunt [f]: quapropter temerè ab eis nõ
est recedendum: quoniam plerunque fallimur, dum le-
gis rationem per cõiecturas nos adsecutos credimus,
quòd si de ea constet, non est dubium, quin & inde co-
arctatio † inducatur, & si res suadet, extensio, quod a- 10
liàs admonui. quapropter non tanta est verborũ vis,
vt si quis aduersus † sententiam legis faciat, quamuis 11
in eius verba non committat, possit idcirco euadere,
atqui eodem punietur modo [g], acsi verba quoque vio
lasset. quapropter qui triticum vel oleum filiofami-
lias credit, in S.C. Macedonianum incidet [h]: & mulier
cùm intercedere pro alio vellet, si principaliter in se
obligationem susceperit, ex S.C. Velleiano iuuabi-
tur [i]. Idem cùm prohibitus donare, viliori pretio ven
dat, vel interposita per fiduciam amico donet [k]. Non
ita in eo est, qui aduersus verba committit, sententiã
seruat: nam id impune licet.

a l. si idem. suprà de iur. om.
b §. adfinitatis. de nupt.
c l. ij. §. ex his. suprà de verb. obl.
d l. j. suprà de le. tut.
e §. fœminæ. Inst. de nupt.
f l. prospexit. supra qui & à quib.
g l. non dubiũ. C. de legib.
h l. sed Iulianus. §. mutui. suprà ad Ma.
i l. quamuis. §. si cùm. suprà ad Velleiã.
k Din. c. fin. de reg. iur.

SVMMÆ.

1 *Sponsio variè accipitur. 5.*
3 *Legis 1. C. de suffrag. sensus.*
7 *Legem sponsio. explicari. verius 8.*
9 *Pactorum formulæ explanatio.*
10 *Promissionis, stipulationis, pactique notæ.*

LEX

LEX VII.

1 SPONSIO. Sponsio †videtur solùm de stipulatione dici: quod ex eo probatur, cùm promissum lex ait accipi, quod nuda promissione, vel pollicitatione, vel
2 sponsione debetur [a]. Hinc & * sponsalia [b] dicta, quòd veteribus moris fuerit per stipulationem ea contrahere. quapropter cùm lex ait [c], eos obligari qui sponsione propter suffragium contraxerint, de stipulatio-
3 ne † ego intellexerim, vt qui mihi apud principem suffragatus sit, vt dispensationem aliquam obtinerem, non tamen ad promissum sibi pacto nudo præmium agere possit: licet nostrates Iurisconsulti eam legem non intelligentes contraria opinentur: cuius etiam libro XXII. Ammianus Marcellinus mentionem facit. Nec quicquam nos mouet quòd hîc dicitur, omnis stipulatio promissióque: quasi hoc sensu alterum super-
4 flueret: nam coniunctiua * ostendit pro maiore declaratione id à Iurisconsulto dictum, quòd dubitari potuit, ne stipulatio de sola interrogatione diceretur [d].
5 Sane † & alio significatu sponsio accipitur, nimirum cùm quis, interposita stipulatione, certam pecuniam promittebat ni ita esset, sicut adfirmabat: quo sensu Ciceroni, Quintiliano, Valerio Maximo, cæterísque veteribus vbique capitur, nec ex Iurisconsultis quidã
6 abstinuere [e]. Hinc * & sponsor dicitur: quamuis Accursius sponsorem eum tantummodo dici crediderit, qui sponte à nemine rogatus pro aliena obligatione intercedat [f].
7 SPONSI. Quidam † interpretantur, id est, promissi: quod non cõuenit, cùm promissionis interrogatio nõ fiat, sed ideo interrogemus, vt promittatur: verius
8 ergo est † vt de sponsalia contrahente intelligamus. cùm igitur exemplum hoc Iurisconsultus adducat, apertè ostendit sponsionem tãtummodo de stipulatione dici, alioquin, si quamlibet pactionem sponsionis appellatione comprændi (prout communis est sententia) voluisset, non erat de vna specie stipulationis solũ
9 hîc exempli causa loquendũ. Nec obstat [g], quòd † si in nouissima parte pactorum scriptũ sit, Titius rogauit, spopondit Mæuius, hæc verba non tantùm pactionis

a l. sciendum. suprà de ædi. edict.
b l. ii. de spõs.
c l. i. C. de suffrag.
d gl. in l. i. de verb.
e l. si rem. suprà de præsc. ver.
f gl. in rubr. in authen. de fid.
g l. iurisgentium. §. quod ferè. de pact.

da ex præsumpta contrahentium voluntate loco ac-
cessionis cæterorum bonorum esse [a], licet aliam ra-
5 tionem Bartolus adduxerit. Cæterùm & si † præsenti
tempori addita sint verba habentia tractum, non est
dubium, quin futurum comprehendant [b]. Idem & si
de futuris actum esse alia ratione præsumamus.
6 FVTVRVM. Id tempus † regulariter nec ad præ-
sens, neque ad præteritum refertur: nisi dispositio
tractum habeat, vt quia in futurum quoque duret:
veluti si promittam, quòd dolus malus aberit [c], in-
telligitur etiam vt in præsenti non adsit: cùm, qui
hodie dolus adest, etiam in posterum perseueret: &
qui confirmat quod in codicillis scriptum erit, etiam
quod codicillis iã factis legauit, cõfirmasse creditur [d].
7 Sed † & cùm materia ita suadet, præsens pro futuro,
& futurum pro præsenti sumitur [e].

a l.fi. C.quæ res pig. l. si quis societatem.in fi.pro soc.
b l.si ita quis de leg.j.
c l. nouissima.suprà iudic. sol.
d l.Plotiana. suprà de iure cod.
e xxxij.q.v. si Paulus.

SVMMÆ.

1 *Agunt καταχρηστικῶς excipiens & appellans.*
4 *Exceptiones omnes excludunt.*

1 §. ACTIONIS. Actionis † verbo impropriè
accepto contineri exceptionem dubium non est [f],
quia excipiens agere dicitur: quod tanto magis pro-
cedit, cùm de eo excipitur quod in formam actionis
duci potuisset: vt si quis cõpenset: sed Bart. huiusmo-
di exceptionẽ propriæ actionis verbo contineri credi-
dit, cui nõ assentio: quia lex videri eum agere dixit [g],
& propterea cùm cui sacris interdictum sit, licet age-
2 re * prohibeatur, compensare tamen posse existimo [h]:
quæ sententia humanior est. Cæterùm & is prouoca-
tor, cui iudex ex officio succurrit, non propriè age-
re dicetur, sicut nec reus eo casu excipere, quod pleri-
3 que omnes sentiunt [i]: qui verò * replicationem obii-
cit, actionem intendere proculdubio dicitur [k].
EXCEPTIO. Eius enim descriptio repugnat:
4 cùm † exceptio sit actionis exclusio, tametsi dilatoriæ
& solius intensionis exclusiones, propriè quoque ex-
ceptiones dicantur [l], verbum enim generale est, idem-
que quod præscriptio significat. Fortunatianus tamen

f l.j.suprà de excep.
g l. amplius. in fin. suprà rem rat.
h c. cùm inter. de exce.
i in l.1. suprà de iurisd.om. iud.
k Instit. de repl.in prin.
l Abb. rub. extrà de except.

rhetor, Præscriptio,* inquit, actionem excludit, translatio differt. 9

SVMMÆ.

1 *Rapere, multipliciter accipi.*
2 *Furis manifesti & raptoris pœna.*
3 *Rumpit, qui frangit & igne vastat.*

LEX IX.

MARCELLVS RAPVISSE. Hoc † clarius 1 locum sibi vendicat, cùm quis scindit, frangitve vi adhibita, vel eo animo, vt si prohibeatur, vim adhibeat [a]: alioquin rapere, est etiam de manibus auferre [b]: & qui verbis puellam seducit, eam rapuisse dicitur [c]. Sed & furari rapere est [d], improbior tamen fure, quamuis manifestò est raptor. † Quod 2 cùm ita sit, cur leuiùs punitur? manifestarius enim fur quadruplum cùm rem ablatam infert, damnatur: raptor triplum [e]: an quod fur potuit dominum latere, raptor minimè, vnde ex furto potuit maius damnum domino inferri, qui nisi noxium deprændisset, nesciuisset aduersus quem ius suum persequeretur? Quapropter cùm vterque * manifestus sit, grauius 3 fur, quàm raptor plectitur: alij tamen aliter sentiunt.

a l. iij. §. non solùm. suprà de incend.
b l. iiij. suprà ne quis eum, q. u.
c cap. fina. xxxvj. q. j.
d l. si quis ex domo. suprà de fur.
e §. ex maleficiis. de act. Instit.

SCISSVM. Laceratum, * fractum, quassatum. 4 Sanè & verbo corrupisse, scissum, fractúmque contineri in lege * Aquilia dicitur: quapropter sunt, qui hîc rupisse legant, non rapuisse. Subdit † huius re- 5 sponsi argumento Dinus, si lex municipalis certa pœna mulctet eum, qui de domo vicini aliquid rapuerit [f], qui vel solas fores effregerit contineri. Quid si igne adhibito corruperit? & idem dici posse ego existimauerim.

f Alex. conf. cviij. in j.

SVMMÆ.

2 *Debitor est rem reddere debens.*
3 *Persecutionis vi.*
4 *Ciuiles contractus, eorúmque origo.*

5 *Exceptio*

LEX X.

1 CREDITORES ACTIONE. Non * tamen
2 reali, cùm qui rei vendicatione conuenitur † impropriè debitor dicatur, vt Accursius & cæteri existimant [a], quod ego non probo: quia negari non potest, qui rem meam possideat, restituere eam mihi debere: nec nos mouet, quòd lex [b] eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis: & ex narrationis argumento apparet nullo iure personam ipsam obligari: sed non ideo consequens est, ratione rei debitorem non esse.

a Instit. de act. in princ. & §. j.
b §. omnium. Insti. de act.

3 PERSEQVVTIONE. Quam † vulgò officium iudicis merum appellamus, ea causæ omnes mixti imperij absoluuntur [c].

c l. pec. §. j. infrà eod.

4 IVRE CIVILI. Hoc † iure stipulatio inuenta est, & emphyteosis, literarúmque obligatio, & quæ ex sponsalitia largitate, vel tutela prouenit: nam & hæc XII. tabularum verbis inuenta est. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium contractibus debetur. id enim ius Quirites approbauêre [d].

d l. iuris gēt. suprà de pa.

5 SINE VLLA. Qui † ergo ipso iure tenetur, si exceptione perpetua, puta pacti de non petendo, tutus sit, debitor non est nec quid ipso iure sit, curamus,
6 sed quid * in effectu.

7 EXTRAORDINARIO. Cùm † deficiente ciuili actione suggerente æquitate in causis iurisdictionis officium suum prætor impertit, vt cùm filiumfam. tuetur, qui viaticum suum alteri mutuauerit [e], & quosdam casus suprà habemus sub rub. de var. & extraor. cog.

e l. cùm filius suprà si cert. pet.

8 SVB CONDITIONE. Si omnino † sit extitu-

ra, dubium non eſt, vt Pomp. ait [a], eſſe creditorem. Si verò interea ſit, non eſt creditor, niſi ex larga ſignificatione: at vbi euenerit etiam retro, videbitur propriè fuiſſe creditor [b]: quod in legatis non eſt, nec enim in eis regulariter * conditiones trahuntur 9
retrò [c].

Natvra. De naturali * obligatione quam lex 10
ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea ſuperius actum eſt: cùm de iure ciuili dixit [d], multo minus verò de ea intelligendum eſt, quam lex ciuilis reprobat: quoniam hoc caſu creditor dici non poteſt. † Supereſt 11
ergo, vt de ſimplici naturali obligatione loquamur, quam ius noſtrum nec tuetur, nec infirmat. † Ea 12
duplex eſt [e]: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionem non parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones: exceptioni verò ſufficit, & compenſationi & pignoris retentioni, quoniam id non eſt alium impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſionis ſpecies eſt. In hac creditor propriè non dicitur, quia actionem hac ex cauſa nullam habet: largius tamen accepto ſermone dici creditor poterit, & ideo fideiuſſor illi accedit [f]. Altera verò quæ ad antidora, id eſt, remunerationem pertinet: nec eo quidem iure ex ſe efficax eſt. Quapropter ex ea debitor nullo modo dicitur: iuncta tamen alij actui plurimum poteſt. Hinc † eſt, 13
quòd remuneratoria donatio inſinuatione non indiget: ex ingratitudine, vel filijs deinde natis, non reuocatur, inter virum & vxorem permittitur: quapropter cauſam ſufficientem contractui præſtat: in bono viro præſumitur: alienationem rei ad Eccleſiam, vel minoris pertinentis, alioquin reuocabilem, confirmat [g].

Sed contractvs. Subaudi * quilibet alius. 14
ipſe caſtigatius in antiquo codice ſcriptum inueni, ſeu contractus, quod magis placet.

a in l. j. ſi cer. pet.
b l. is cui. ſuprà de act. & oblig.
c l. j. §. ſerui, ad Syllan.
d l. legitima. de pact.
e Bart. l. ex hoc. ſuprà de iuſtit. & iur.
f l. fideiuſſ. oblig. §. ij. ſuprà de fideiuſ.
g Iaſ. in d. l. ex hoc.

SVMMÆ.

1 *Creditorem variè accipi.*
3 *Legem, Creditorum explanari.*

LEX

LEX XI.

1 CREDITORVM PECVNIAM. Videbatur enim ita † tantùm accipiendum, cùm credere dicamur cuicunque rei assentiamus, alterius fidem secuti: sed tamen communis vsus peritorum creditorem generalius accipit, quacunque ex causa quicquam debeatur: meritò ergo vsum magis quàm etymologiam attendemus. Quamuis tamen de creditore ita dicamus, non idem erit de verbo credere, vel
2 nomine creditum: hæc * enim solum indicant, qui alterius fidem sequutus sit, vt Bartol. sensit, atque alij plerique. Tenent Salicetus, Fulgosius, Pontanus contrà [a]. a l. i. suprà si cer. pet.
3 CAVSA. Puta delicto, vt ait Accursius. Sed † hîc ego generaliter malim quacunque ex causa, non solùm contractu, sed etiam quasi contractu. Qua ra-
4 tione & cessionarium propriè * creditorem esse cæteris consenserim [b]. b in d. l. i.

SVMMÆ.

1 *Creditoris loco est in quem delictum est, cuiusue relictum.*

3 *Popularis actionis effectus.*

LEX XII.

1 SI CVI EX DELICTO. Id † dubium erat, cùm delinquentis fidem sequutus videri nō possit creditor tamen idem quod in cæteris causis est, quoniam delinquens videtur pœnæ semet obligasse. Idémque est in eo, cui quid ex legato fideíve commisso debeatur: nam hæres adeundo illi promittere censetur [c]. Propriè ergo creditores hi propter vsum auctoritatémque prudentium dicentur, quamuis huic significationi legis fictio causam dederit. Hinc est, quòd hîc dicitur, creditoris loco esse: & alibi, lega-
2 tum * quasi æs alienum solui [d]: alibíque lex non solùm creditoribus, sed etiam legatarijs prouidere se dicit [e].
3 EX POPVLARI. Intellige † in actione, qua

c l. apud Iul. §. si. quib. ex caus. in possess. ea.
d l. i. Ç. de bon. aut. iud.
e l. fin. §. licentiam. C. de iu. delib.

principaliter iniuriam publicam, seu ius populi prosequimur: nam ante litem contestatam locupletiores non sumus [a], nec fideiussor nobis obligatur [b]: sed si * principaliter aliquis sit læsus, puta quia violatum eius sepulchrum, videtur etiam ante litis contestationem creditoris loco esse: quapropter & tunc procuratorem constituit [c], & alius nemo admittitur, si ipse agere velit [d]: & hoc Accursius probat. 4

a l. pe. suprà de pop. act.
b l. si quis pro. in fine, de fideius.
c l. licet. de procur.
d l. iij. suprà de sepulc. viol.

SVMMÆ.

2 *Soluens tardius, minus soluit.*
3 *Obsignantem non liberari.*
4 *Plus tempore petentis pœna.*
5 *§. Minus. ex causis locum non esse.*

§. MINVS SOLVIT. Id est, soluere vult, vt Iacob. Bartol. & Alber. interpretantur: nam sic creditor (quamuis post tempus solutionem recepisset) non posset amplius illam * accessionem, quæ ex mora orta est, petere [e]. Ipse hanc expositionem non probo: quia † quamuis creditor amplius petere non possit, non tamen sequitur, quin minus sit solutum, licet ideo non petat, quia recipiendo sine protestatione videtur remisisse: faciliterque remissio huius accessionis præsumitur, cùm non nisi iudicis officio debeatur. Quapropter si † creditor nolit recipere, & debitor debitam summam sine temporis accessione deponat, obsignétque, non liberatur: quod omnes hic probant [f]. 2 3

e l. iiij. C. de posf.
f l. obligatione. & ibi nota. C. de solut.

TEMPORE. Eadem † ratione dicitur etiam quis plus tempore petere, quando ante tempus petit, & propterea in pœnam duplicantur illi induciæ [g]. Sed 5 nunquid cùm vsuræ hodie † omnino sint prohibitæ, locum habeat hæc lex? & si creditoris nihil intersit esse tardiùs solutum, vt quia non est mercator, nec qui propter hanc moram quicquam damni subiuerit, non procedere, mihi videtur verius. 4 5

g §. plus. de act. Instit.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Mulier quæuis dicenda, sexu non spectato contrà.*

LEX XIII.

1 MVLIERIS, VIRI POTENS. Et hoc † si verba propriè accipiantur, alioquin ex lata interpretatione etiam nō viri potens mulier est, nimirum quia mulie-
2 bris est sexus[a]: nec etymologia repugnat, cùm * à mollitie dicatur, vt Varro & Lactantius aiunt. Sanè si fœminam empturo venditor dixerit, non esse mulierem,
3 de corrupta * intelligemus[b]: nec enim de sexu verisimile est tunc fuisse dubitatum[c]. Et M. Cicero, cùm obiurgaretur, quòd virginem senex vxorem duxisset, cras, inquit, mulierem reddam.

a l. argumēto. §. mulieбri. ff. de au. & arg. lega.
b l. alioquin. de cōtrahen. empt.
c l. quæritur. §. mulierem. de ædi.

SVMMÆ.

1 *Forma mutata, non satisfieri. ex causis contrà. 13.*
3 *Causæ rerum variæ: eæque definitæ.*
9 *Substantia latè patens vis.*
12 *Substantia mutata, rem repeti ob extrinsecum non item.*

1 §. RES ABESSE Et propterea † non videtur exhiberi quod, mutata forma, exhibetur[d]: nec commodatum, depositúmve reddi, nisi in eadem causa reddatur[e].
2 FORMA. Ex forma * enim res ipsa nomē assumit. Quapropter & vbi ea deest, rei quoque nomen deficit, nisi quid minimum de forma mutatum proponatur[f].
3 Sanè materia, substantia, forma, solennitas, simul differunt. Materia est, vnde quid conficitur, vt in scypho
4 metallum, in contractu * consensus. Substantia est, per quam materia in certam speciem deducitur, vt in vasis
5 vel vestibus artificium, in emptionis * contractu pre-
6 tium. Forma † est, quæ certæ illi speciei nomen dat. In iuribus verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinē
7 respicit, vt in stipulatione * quòd præcedat interrogatio, incōtinenti respōsio sequatur[g]. Solēnitas * actui perfecto extrīsecus accedit, vt authoritas tutoris in pupillorū, agnati cōsensus in mulierūcōtractibus. Prouiscuē

d l. 1 Iul. §. si quis. suprà ad exhib.
e l. iij. §. si reddita. suprà commo.
f l. j. in fi. suprà de vent. inspi.
g Bal. in c. j. de no. forma fidelit.

tamen hæc doct. quandoque accipiunt[a], substantiáque generaliter † definitur, quæ ad rei essentiam necessariò requiritur: quapropter materiam, formam, solennitatémque comprehendit. 9

a l. in venditionibus. de contrahend. emption.

VIDERI ABESSE. Et † propterea res ipsa rursus simpliciter petetur, tanquam si nihil restitutum sit[b]. Secus, si ideo petatur, quia aliquid illi extrinsecus desit: puta cùm quis dedit fundum, nec de euictione cauit. non enim simpliciter fundum petet, sed addita causa, vt de euictione * caueatur[c]. 10 11

b l. etiam. su prà de solut.

c l. Iulianus. §. i. suprà de verb. obliga.

In manus * pretio, id est, artis. Verg. 12

Artificúmque manus inter se, operúmque labores Miratur.

Iulius Solinus: Ea ædes manus Dædali ostendebat. Sed quid † , si per huiusmodi mutationem res facta sit pretiosior? Et ratio Iurisconsulti ostendit tunc rem non abesse: non poterit tamen is, qui restituit, expensas repetere[d]: quia sibi non licuit in re, quam alienam sciebat, esse tam ingeniosum. 13

d §. si quis in aliena. Insti. de rer. diuis.

SVMMÆ.

1 *Furtiuum, nisi rediit non vsucapi.*
2 *Abesse desinere, scio domino, reuersum.*
3 *Attinia legis sensus.*
4 *Possessionem à domino ex causis condici.*

§. DESINERE. Lex † Attinia furtiuam rem vsucapi prohibebat[e], nisi ea in potestatem domini reuersa esset, desiisétque res abesse. Declarat † Iurisconsultus desiisse abesse, si in domini potestatem liberã esset reuersa: quod intellige, dummodo dominus, qui sciuit rem fuisse sibi subtractam, sciat etiam reuersam[f]: nã & tũc, si rursus cõtrectetur, noua actio furti dabitur[g]. Verba eius legis hæc à Gellio commemorantur libro XVII. QVOD SVBREPTVM † ERIT, EIVS REI AETERNA AVTHORITAS ESTO: id est, æternum tempus ad vsucapiendum, vt alibi declarabimus. 1 2 3

e l. sequitur. §. quod auté. suprà de vsucap.

f l. qui fundum, §. pe. suprà pro emp.

g l. inter omnes. in fi. suprà de furt.

POSSIMVS. Sed † & quomodo dominus possessionem rei suæ amittere potest? & si ipse eam per vim recuperauerit, dubium non est, posse ab eo auferri, quoniam 4

niam in interdicto recuperandæ exceptio dominii re-
5 iicitur [a]. Sed & si non * furi, sed successori eius particulari abstulerit, etiam per triticariam condictionem restituere possessionem compelli potest, vt Accursius ait [b]. Idémque est, si dominus sponte rem habuerit ab eo, qui violenter à possessore rapuerit: nam si dominus hoc sciebat, ex æquitate iuris ca-
6 nonici possessori * succurritur [c]: cui nec lex ciuilis aduersatur, vt aliqui sentiunt [d]. Sed & illud expeditum
7 est, * redintegrandæ possessionis beneficio huic pronisum esse [e], quod ex communi sententia etiam malæfidei possessori competit aduersus eum, qui vel titulo possideat [f], quoniam recens hæc possessio clandestina & vitiosa præsumitur [g]. vbicunque ergo aliquo huiusmodi interdicto abstrahi à domino possessio posset,
8 res non desinere * abesse videtur.

a l. si plur. C. ad l. Iul. de vi. publi. vel pri.
b l. ij. in fin. suprà de tri.
c c. sæpè. de rest. t. spolia.
d l. si colo-ni. C. de agr. & cen. lib. x.
e iii. q. i. c. redintegranda.
f l. rem quæ nobis. suprà de acquiren. possession.
g c. licet. extrà de prob.

SVMMÆ.

1 *Absentem variè & pro re accipi.*

§. ABEST. Abesse verbum plurifariam in iure acci-
1 pitur. In † stipulationibus absentes sunt, qui inuicem
2 se exaudire nequeunt: in præscriptionibus [h] * qui in eadem prouincia, seu territorio non sunt. In iudiciis
3 absens est, qui ad eum *, de quo queritur, actum non est citatus [i], vel quamuis citatus, non adest [k]. Idem & in eo, quem citare difficile est. In legum dispositione absens * est, qui lõgè abest vt censuit Baldus [l],
4 si verò propè sit, non videtur absens, sed expectari debet. Illud dubium non est, qui mortui sunt, absentes esse, vel quia mortui non sunt, vt Atticus apud Cicer. in Tuscul. disputat. vel (quod verius est) quia reuerti & adesse amplius non possunt [saltem quantum ad actus humanos gerendos]. Hinc iudex
5 datus * donec præses absit [m], procedet etiam eo mor-
6 tuo, quia non solùm abest, qui ad tempus, * sed & qui perpetuò absens est. Cùm ergo hæc dictio variis modis accipiatur, prudens iudex ex subiecta materia quæ interpretatio capienda sit, diiudicare debebit.

l. 1. in princ. de verb. oblig. ff.
h glo. Inst. de vsucap. in princ. et in l. vlt. C. de præscrip. long. temp.
i l. aliud qui. suprà quod vi.
k l. iiii. §. prætor. vers. abesse. suprà de damn. infect.
l l. fin. §. vbi autem. C. de bo. quæ lib.
m c. si delegatus. de off. delegat. in vj.

SVMMÆ.

1 *Solutione ex caussis non liberamur.*

SENTENTIA. Eadem videtur * esse mens, seu sen- 6
tentia, & ratio legis, vt plerique omnes aiunt: aliqua
tamen differentia est, quia ex ratione deducitur sen-
tentia, & propterea nunquam legis decisionem protra-
himus, vbi non æquè tanta ratio sit: quo fit, vt † si ex 7
duabus rationibus aliquid sit introductum, si altera tã
tum adferri posit, dispositio locum sibi nõ vendicet [a],
nisi clarè constet ex mente legis vel alteram sufficе-
re [b]: qua ratione & tũc ad casum similem, si mens hoc
velit, fiet extensio, tametsi non æquè tanta ratio ea
fieri suadeat, quod Socinus adnotauit [c]. Hinc etiam
est, quòd correcta legis ratione * lex sublata censetur [d], 8
si tamen huiusmodi ratio concludens, non autem im-
pulsiua sit [e].

VERBIS. Ea * tamen præsumitur legis sententia, 9
quam verba ostendunt [f]: quapropter temerè ab eis nõ
est recedendum: quoniam plerunque fallimur, dum le-
gis rationem per cõiecturas nos adsecutos credimus,
quòd si de ea constet, non est dubium, quin & inde co-
arctatio † inducatur, & si res suadet, extensio, quod a- 10
liàs admonui. quapropter non tanta est verborũ vis,
vt si quis aduersus † sententiam legis faciat, quamuis 11
in eius verba non committat, possit idcirco euadere,
atqui eodem punietur modo [g], acsi verba quoque vio
lasset. quapropter qui triticum vel oleum filiofami-
lias credit, in S.C. Macedonianum incidet [h]: & mulier
cùm intercedere pro alio vellet, si principaliter in se
obligationem susceperit, ex S.C. Velleiano iuuabi-
tur [i]. Idem cùm prohibitus donare, viliori pretio ven
dat, vel interposita per fiduciam amico donet [k]. Non
ita in eo est, qui aduersus verba committit, sententiã
seruat: nam id impune licet.

a l. si idem. suprà de iur. om.
b §. adfinitatis. de nupt.
c l. ij. §. ex his. suprà de verb. obl.
d l. j. suprà de le. tut.
e §. fœminæ. Inst. de nupt.
f l. prospexit. supra qui & à quib.
g l. non dubiũ. C. de legib.
h l. sed Iulianus. §. mutui. suprà ad Ma.
i l. quamuis. §. si cùm. suprà ad Velleia.
k Din. c. fin. de reg. iur.

SVMMÆ.

1 Sponsio variè accipitur. 5.
3 Legis I. C. de suffrag. sensus.
7 Legem sponsio. explicari. verius 8.
9 Pactorum formulæ explanatio.
10 Promißionis, stipulationis, pactíque notæ.

LEX

LEX VII.

1 Sponsio. Sponsio † videtur solùm de stipulatione dici: quod ex eo probatur, cùm promissum lex ait accipi, quod nuda promissione, vel pollicitatione, vel
2 sponsione debetur [a]. Hinc & * sponsalia [b] dicta, quòd veteribus moris fuerit per stipulationem ea contrahere. quapropter cùm lex ait [c], eos obligari qui sponsione propter suffragium contraxerint, de stipulatio-
3 ne † ego intellexerim, vt qui mihi apud principem suffragatus sit, vt dispensationem aliquam obtinerem, non tamen ad promissum sibi pacto nudo præmium agere possit: licet nostrates Iurisconsulti eam legem non intelligentes contraria opinentur: cuius etiam libro XXII. Ammianus Marcellinus mentionem facit. Nec quicquam nos mouet quòd hîc dicitur, omnis stipulatio promissióque: quasi hoc sensu alterum super-
4 flueret: nam coniunctiua * ostendit pro maiore declaratione id à Iurisconsulto dictum, quòd dubitari potuit, ne stipulatio de sola interrogatione diceretur [d].
5 Sane † & alio significatu sponsio accipitur, nimirum cùm quis, interposita stipulatione, certam pecuniam promittebat ni ita esset, sicut adfirmabat: quo sensu Ciceroni, Quintiliano, Valerio Maximo, cæterísque veteribus vbique capitur, nec ex Iurisconsultis quidã
6 abstinuere [e]. Hinc * & sponsor dicitur: quamuis Accursius sponsorem eum tantummodo dici crediderit, qui sponte à nemine rogatus pro aliena obligatione intercedat [f].
7 Sponsi. Quidam † interpretantur, id est, promissi: quod non cõuenit, cùm promissionis interrogatio nõ fiat, sed ideo interrogemus, vt promittatur: verius
8 ergo est † vt de sponsalia contrahente intelligamus. cùm igitur exemplum hoc Iurisconsultus adducat, apertè ostendit sponsionem tãtummodo de stipulatione dici, alioquin, si quamlibet pactionem sponsionis appellatione comprændi (prout communis est sentẽtia) voluisset, non erat de vna specie stipulationis solũ
9 hîc exempli causa loquendũ. Nec obstat [g], quòd † si in nouissima parte pactorum scriptũ sit, Titius rogauit, spopondit Mæuius, hæc verba non tantùm pactionis

a l. sciendum. suprà de ædi. edict.
b l. ii. de spõs.
c l. i. C. de suf frag.
d gl. in l. i. de verb.
e l. si rem. suprà de præsc. ver.
f gl. in rubr. in authen. de fid.
g l. iurisgentium. §. quod ferè. de pact.

da ex præsumpta contrahentium voluntate loco accessionis cæterorum bonorum esse [a], licet aliam ra-
5 tionem Bartolus adduxerit. Cæterùm & si † præsenti tempori addita sint verba habentia tractum, non est dubium, quin futurum comprehendant [b]. Idem & si de futuris actum esse alia ratione præsumamus.

6 FVTVRVM. Id tempus † regulariter nec ad præsens, neque ad præteritum refertur: nisi dispositio tractum habeat, vt quia in futurum quoque duret: veluti si promittam, quòd dolus malus aberit [c], intelligitur etiam vt in præsenti non adsit: cùm, qui hodie dolus adest, etiam in posterum perseueret: & qui confirmat quod in codicillis scriptum erit, etiam quod codicillis iã factis legauit, cõfirmasse creditur [d].
7 Sed † & cùm materia ita suadet, præsens pro futuro, & futurum pro præsenti sumitur [e].

a l.si. C.quæ res pig. l. si quis societatem.in fi.pro soc.
b l.si ita quis de leg.j.
c l. nouissima.suprà iudic.sol.
d l.Plotiana. suprà de iure cod.
e xxxij.q.v. si Paulus.

SVMMÆ

1 *Agunt καταχρηστικῶς excipiens & appellans.*
4 *Exceptiones omnes excludunt.*

1 §. ACTIONIS. Actionis † verbo impropriè accepto contineri exceptionem dubium non est [f], quia excipiens agere dicitur: quod tanto magis procedit, cùm de eo excipitur quod in formam actionis duci potuisset: vt si quis cõpenset: sed Bart. huiusmodi exceptionẽ propriæ actionis verbo contineri credidit, cui nõ assentio: quia lex videri eum agere dixit [g], & propterea cùm cui sacris interdictum sit, licet age-
2 re * prohibeatur, compensare tamen posse existimo [h], quæ sententia humanior est. Cæterùm & is prouocator, cui iudex ex officio succurrit, non propriè agere dicetur, sicut nec reus eo casu excipere, quod pleri-
3 que omnes sentiunt [i]: qui verò * replicationem obiicit, actionem intendere proculdubio dicitur [k].

EXCEPTIO. Eius enim descriptio repugnat:
4 cùm † exceptio sit actionis exclusio, tametsi dilatoriæ & solius intensionis exclusiones, propriè quoque exceptiones dicantur [l], verbum enim generale est, idémque quod præscriptio significat. Fortunatianus tamen

f l.j.suprà de excep.
g l. amplius. in fin. suprà rem rat.
h c. cùm inter. de exce.
i in l.i. suprà de iurisd.om. iud.
k Instit. de repl.in prin.
l Abb.rub. extrà de except.

5 *Exceptionis effectus.*
7 *Extraordinarij iuris vis.*
8 *Creditores conditionales, creditores dici.*
11 *Naturalis simplex in l. creditores. accipienda.*
12 *Naturalis obligationis genera, & effectus.*
13 *Donationis remuneratoriæ virtutes.*

LEX X.

1 CREDITORES ACTIONIS. Non * tamen
2 reali, cùm qui rei vendicatione conuenitur † impropriè debitor dicatur, vt Accursius & cæteri existimant [a], quod ego non probo: quia negari non potest, qui rem meam possideat, restituere eam mihi debere: nec nos mouet, quòd lex [b] eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis: & ex narrationis argumento apparet nullo iure personam ipsam obligari: sed non ideo consequens est, ratione rei debitorem non esse.

3 PERSEQVVTIONE. Quam † vulgò officium iudicis merum appellamus, ea causæ omnes mixti imperij absoluuntur [c].

4 IVRE CIVILI. Hoc † iure stipulatio inuenta est, & emphyteosis, literarúmque obligatio, & quæ ex sponsalitia largitate, vel tutela prouenit: nam & hæc XII. tabularum verbis inuenta est. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium contractibus debetur, id enim ius Quirites approbauêre [d].

5 SINE VLLA. Qui † ergo ipso iure tenetur, si exceptione perpetua, puta pacti de non petendo, tutus sit, debitor non est, nec quid ipso iure sit, curamus,
6 sed quid * in effectu.

7 EXTRAORDINARIO. Cùm † deficiente ciuili actione suggerente æquitate in causis iurisdictionis officium suum prætor impertit, vt cùm filiumfam. tuetur, qui viaticum suum alteri mutuauerit [e], & quosdam casus suprà habemus sub rub. de var. & extraor. cog.

8 SVB CONDITIONE. Si omnino † sit extitu-

a Instit. de act. in princ. & §. j.
b §. omnium. Instit. de act.
c l. pec. §. j. infrà eod.
d l. iuris gēt. suprà de pa.
e l. cùm filius suprà si cert. pet.

a in l. j. si cer. pet. — ra, dubium non est, vt Pomp. ait [a], esse creditorem. Si verò interea sit, non est creditor, nisi ex larga significatione: at vbi euenerit etiam retro, videbitur propriè fuisse creditor [b]: quod in legatis non est,
nec enim in eis regulariter * conditiones trahuntur 9
retrò [c].

b l. is cui. suprà de act. & oblig.

c l. j. §. serui. ad Syllan.

NATVRA. De naturali * obligatione quam lex 10
ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea superius actum est: cùm de iure ciuili dixit [d], multo minus verò de ea intelligendum est, quam lex ciuilis reprobat:
quoniam hoc casu creditor dici non potest. † Superest 11
ergo, vt de simplici naturali obligatione loquamur,
quam ius nostrum nec tuetur, nec infirmat. † Ea 12
duplex est [e]: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actionem non parit, quoniam iuris ciuilis sunt actiones: exceptioni verò sufficit, & compensationi & pignoris retentioni, quoniam id non est alium impetere, sed se tueri, quæ naturalis defensionis species est. In hac creditor propriè non dicitur, quia actionem hac ex causa nullam habet: largius tamen accepto sermone dici creditor poterit, & ideo fideiussor illi accedit [f]. Altera verò quæ ad antidora, id est, remunerationem pertinet: nec eo quidem iure ex se efficax est. Quapropter ex ea debitor nullo modo dicitur:
iuncta tamen alij actui plurimum potest. Hinc † est, 13
quòd remuneratoria donatio insinuatione non indiget: ex ingratitudine, vel filijs deinde natis, non reuocatur, inter virum & vxorem permittitur; quapropter causam sufficientem contractui præstat; in bono viro præsumitur: alienationem rei ad Ecclesiam, vel minoris pertinentis, alioquin reuocabilem, confirmat [g].

d l. legitima. de pact.

e Bart. l. ex hoc. suprà de iustit. & iur.

f l. fideiuss. oblig. §. ij. suprà de fideiuss.

g Ias. in d. l. ex hoc.

SED CONTRACTVS. Subaudi * quilibet alius. 14
ipse castigatius in antiquo codice scriptum inueni,
seu contractus, quod magis placet.

SVMMÆ.

1 *Creditorem variè accipi.*

3 *Legem, Creditorum. explanari.*

LEX

LEX XI.

1 CREDITORVM PECVNIAM. Videbatur enim ita † tantùm accipiendum, cùm credere dicamur cuicunque rei assentiamus, alterius fidem secuti : sed tamen communis vsus peritorum creditorem generalius accipit, quacunque ex causa quicquam debeatur : meritò ergo vsum magis quàm etymologiam attendemus. Quamuis tamen de creditore ita dicamus, non idem erit de verbo credere, vel
2 nomine creditum : hæc * enim solum indicant, qui alterius fidem sequutus sit, vt Bartol. sensit, atque alij plerique. Tenent Salicetus, Fulgosius, Pontanus contrà [a]. a l.i. suprà si
3 CAVSA. Puta delicto, vt ait Accursius. Sed † cer. pet.
hîc ego generaliter malim quacunque ex causa, non solùm contractu, sed etiam quasi contractu. Qua ra-
4 tione & cessionarium propriè * creditorem esse cæteris consenserim [b]. b in d. l. i.

SVMMÆ.

1 *Creditoris loco est in quem delictum est, cuiue relictum.*

3 *Popularis actionis effectus.*

LEX XII.

1 SI CVI EX DELICTO. Id † dubium erat, cùm delinquentis fidem sequutus videri nõ possit creditor: tamen idem quod in cæteris causis est, quoniam delinquens videtur pœnæ semet obligasse. Idémque est in eo, cui quid ex legato fideíve commisso debeatur : nam hæres adeundo illi promittere censetur [c]. Propriè ergo creditores hi propter vsum c l. apud Iul.
auctoritatémque prudentium dicentur, quamuis huic §. si. quib. ex
significationi legis fictio causam dederit. Hinc est, caus. in pos-
quòd hîc dicitur, creditoris loco esse : & alibi, lega- ses. ea.
2 tum * quasi æs alienum solui [d] : alibíque lex non d l. i. C. de
solùm creditoribus, sed etiam legatarijs prouidere se bon. aut. iud.
dicit [e]. e l. fin. §. licentiam. C.
3 EX POPVLARI. Intellige † in actione, qua de iu. delib.

principaliter iniuriam publicam, seu ius populi prosequimur: nam ante litem contestatam locupletiores non sumus a, nec fideiussor nobis obligatur b; sed si * principaliter aliquis sit læsus, puta quia violatum eius sepulchrum, videtur etiam ante litis contestationem creditoris loco esse: quapropter & tunc procuratorem constituit c, & alius nemo admittitur, si ipse agere velit d: & hoc Accursius probat. 4

a l. pe. suprà de pop. act.
b l. si quis pro. in fine, de fideius.
c l. licet. de procur.
d l. iij. suprà de sepulc. viol.

SVMMÆ.

2 *Soluens tardius, minus soluit.*
3 *Obsignantem non liberari.*
4 *Plus tempore petentis pœna.*
5 *§. Minus. ex causis locum non esse.*

§. MINVS SOLVIT. Idest, soluere vult, vt Iacob. Bartol. & Alber. interpretantur: nam sic creditor (quamuis post tempus solutionem recepisset) non posset amplius illam * accessionem, quæ ex mora orta est, petere e. Ipse hanc expositionem non probo: quia † quamuis creditor amplius petere non possit, non tamen sequitur, quin minus sit solutum, licet ideo non petat, quia recipiendo sine protestatione videtur remisisse: faciliterque remissio huius accessionis præsumitur, cùm non nisi iudicis officio debeatur. Quapropter si † creditor nolit recipere, & debitor debitam summam sine temporis accessione deponat, obsignétque, non liberatur: quod omnes hic probant f. 2 3

e l. iiij. C. de pos.

TEMPORE. Eadem † ratione dicitur etiam quis plus tempore petere, quando ante tempus petit, & propterea in pœnam duplicantur illi induciæ g. Sed nunquid cùm vsuræ hodie † omnino sint prohibitæ, locum habeat hæc lex? & si creditoris nihil intersit esse tardiùs solutum, vt quia non est mercator, nec qui propter hanc moram quicquam damni subiuerit, non procedere, mihi videtur verius. 4 5

f l. obligatione. & ibi nota. C. de solut.
g §. plus. de act. Instit.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Mulier quæuis dicenda, sexu non spectato contrà.*

LEX XIII.

1 MVLIERIS, VIRI POTENS. Et hoc† si verba propriè accipiantur, alioquin ex lata interpretatione etiam nō viri potens mulier est, nimirum quia mulie-
2 bris est sexus[a]: nec etymologia repugnat, cùm * à mol- a L. argumēto. §. mulieri. ff. de au.
2 litie dicatur, vt Varro & Lactantius aiunt. Sanè si fœminam empturo venditor dixerit, non esse mulierem, & arg. lega.
3 de corrupta* intelligemus[b]: nec enim de sexu verisimi- b L. alioquin. de cōtrahen. empt.
le est tunc fuisse dubitatum[c]. Et M. Cicero, cùm obiurgaretur, quòd virginem senex vxorem duxisset, cras, inquit, mulierem reddam. c l. quæritur. §. mulierem. de ædi.

SVMMÆ.

1 *Forma mutata, non satisfieri. ex causis contrà. 13.*
3 *Causæ rerum variæ: eæque definitæ.*
9 *Substantia late patet. atu vii.*
12 *Substantia mutata, rem repeti ob extrinsecum non item.*

1 §. RES ABESSE Et propterea† non videtur exhiberi, quod, mutata forma, exhibetur[d]: nec commodatum, depositúmve reddi, nisi in eadem causa reddatur[e]. d l Iul. §. si quis. suprà ad exhib.
2 FORMA. Ex forma* enim res ipsa nomē assumit. Quapropter & vbi ea deest, rei quoque nomen deficit, nisi quid minimum de forma mutatum proponatur[f]. e l. iij. §. si reddita. suprà commo.
3 Sanè materia, substantia, forma, solennitas, simul differunt. Materia est, vnde quid conficitur, vt in scypho f l. j. in fi. suprà de vent. inspi.
4 metallum, in contractu* consensus. Substantia est, per quam materia in certam speciem deducitur, vt in vasis
5 vel vestibus artificium, in emptionis * contractu pre-
6 tium. Forma † est, quæ certæ illi speciei nomen dat. In iuribus verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinē
7 respicit, vt in stipulatione* quòd præcedat interrogatio, incōtinēti respōsio sequatur[g]. Solēnitas* actui per- g Bal. in c. j. de no. forma
fecto extrīsecus accedit, vt authoritas tutoris in pupillorū, agnati cōsensus in mulierū cōtractibus. Proinde cuē fideli.

tamen hæc doct. quandoque accipiunt[a], substantiáque generaliter † definitur, quæ ad rei essentiam necessariò requiritur: quapropter materiam, formam, solennitatémque comprehendit. 9

a l. in venditionibus. de contrahend. emption.

Videri abesse. Et † propterea res ipsa rursus simpliciter petetur, tanquam si nihil restitutum sit[b]. Secus, si ideo petatur, quia aliquid illi extrinsecus desit: puta cùm quis dedit fundum, nec de euictione cauit. non enim simpliciter fundum petet, sed addita causa, vt de euictione * caueatur[c]. 10 11

b l. etiam. supra de solut.

c l. Iulianus. §. i. suprà de verb. obliga.

In manus * pretio, id est, artis. Verg. 12

Artificúmque manus inter se, operúmque labores Miratur.

Iulius Solinus: Ea ædes manus Dædali ostendebat. Sed quid † , si per huiusmodi mutationem res facta sit pretiosior? Et ratio Iurisconsulti ostendit tunc rem non abesse: non poterit tamen is, qui restituit, expensas repetere[d]: quia sibi non licuit in re, quam alienam sciebat, esse tam ingeniosum. 13

d §. si quis in aliena. Insti. de rer. diuis.

SVMMÆ.

1 *Furtiuum, nisi rediit non vsucapi.*
2 *Abesse desinere, scio domino, reuersum.*
3 *Attinia legis sensus.*
4 *Possessionem à domino ex causis condici.*

§. Desinere. Lex † Attinia furtiuam rem vsucapi prohibebat[e], nisi ea in potestatem domini reuersa esset, desiissétque res abesse. Declarat † Iurisconsultus desiisse abesse, si in domini potestatem liberã esset reuersa: quod intellige, dummodo dominus, qui sciuit rem fuisse sibi subtractam, sciat etiam reuersam[f]: nã & tũc, si rursus cõtractetur, noua actio furti dabitur[g]. Verba eius legis hæc à Gellio commemorantur libro XVII. QVOD SVBREPTVM † ERIT, EIVS REI AETERNA AVTHORITAS ESTO: id est, æternum tempus ad vsucapiendum, vt alibi declarabimus. 1 2 3

e l. sequitur. §. quod autẽ. suprà de vsucap.

f l. qui fundum. §. pe. suprà pro emp.

g l. inter omnes. in fi. suprà de furt.

Possimvs. Sed † & quomodo dominus possessionem rei suæ amittere potest? & si ipse eam per vim recuperauerit, dubium non est, posse ab eo auferri, quoniam 4

niam in interdicto recuperandæ exceptio dominii re-
5 iicitur [a]. Sed & si non * furi, sed successori eius particulari abstulerit, etiam per triticariam conditionem restituere possessionem compelli potest, vt Accursius ait [b]. Idémque est, si dominus spontè rem habuerit ab eo, qui violenter à possessore rapuerit: nam si dominus hoc sciebat, ex æquitate iuris ca-
6 nonici possessori * succurritur [c]: cui nec lex ciuilis aduersatur, vt aliqui sentiunt [d]. Sed & illud expeditum
7 est, * redintegrandæ possessionis beneficio huic promisum esse [e], quod ex communi sententia etiam malæ fidei possessori competit aduersus eum, qui vel titulo possideat [f], quoniam recens hæc possessio clandestina & vitiosa præsumitur [g]. vbicunque ergo aliquo huiusmodi interdicto abstrahià domino possessio posset,
8 res non desinere * abesse videtur.

SVMMÆ.

1 *Absentem variè & pro re accipi.*

§. Abest. Abesse verbum plurifariam in iure acci-
1 pitur. In † stipulationibus absentes sunt, qui inuicem
2 se exaudire nequeunt [*]: in præscriptionibus [h] * qui in eadem prouincia, seu territorio non sunt. In iudiciis
3 absens est, qui ad eum *, de quo queritur, actum non est citatus [i], vel quamuis citatus, non adest [k]. Idem & in eo, quem citare difficile est. In legum disposi-
4 tione absens * est, qui lõgè abest vt censuit Baldus [l], si verò propè sit, non videtur absens, sed expectari debet. Illud dubium non est, qui mortui sunt, absentes esse, vel quia mortui non sunt, vt Atticus apud Cicer. in Tuscul. disputat. vel (quod verius est) quia reuerti & adesse amplius non possunt [saltem quantum ad actus humanos gerendos]. Hinc iudex
5 datus * donec præses absit [m], procedet etiam eo mor-
6 tuo, quia non solùm abest, qui ad tempus, * sed & qui perpetuò absens est. Cùm ergo hæc dictio variis modis accipiatur, prudens iudex ex subiecta materia quæ interpretatio capienda sit, diiudicare debebit.

a l. si plus. C. ad l. Iul. de vi. publi. vel pri.
b l. ij. in fin. suprà de tri.
c c. sæpè. de restit. spolia.
d l. si coloni. C. de agr. & cen. lib. x.
e iii. q. i. c. redintegrãda.
f l. rem quæ nobis. suprà de acquiren. possession.
g c. licet. extrà de prob.
* l. 1. in princ. de verb. oblig. ff.
h glo. Insti. de vsucap. in princ. et in l. ult. C. de præscrip. long. temp.
i l. haec qui. suprà quod vi.
k l. iiii. §. prætor. vers. abesse. suprà de damn. infect.
l l. fin. §. vbi autem. C. de bo. quæ lib.
m c. si delegatus. de off. delegati in vj.

SVMMÆ.

1 *Solutione ex caussis non liberamur.*

4 *Soluentem ad intereſſe ſolum quandoque teneri.*
5 *Solui intereſſe varius pro re[l]actionibus peti.*
6 *Abeſt domino emptum præterquam à fure.* 13.
7 *Legato emptione renuntiari.*
9 *Legato empta non cedere.*
11 *Pretium rei etiam in particularibus ex cauſis ſufficit.*
12 *Emens ſuum pretium aut rem repetat.*

LEX XIIII.

LABEO ET SABINVS. Videri rem abeſſe. Et propterea adhuc res* petetur, nec ideo aliquis liberatur, quod ita ſoluerit. † Quamuis ergo ſolutione eius, quod debetur, liberationem conſequamur, nō tamen generaliter hoc verum eſt. Nam & ſi res ſoluta * poteſt auferri, vt quia alteri pignorata[a], vel ſub conditione legata[b], non videtur ſoluta. Idem ſi aliquod ius extrinſecus deficiat, vt quia de euictione cautum non ſit[c]. Sed & ſi non eo titulo habuerim, quo mihi debebatur, ſed pretium præſtiterim, abeſſe videtur. Sanè † in noſtro caſu, ſi rei debitæ forma immutata non eſt, & pretium in ſubſtantia, non in arte poſitum ſit, quale eſt in vulgaribus indumentis, videretur rem peti non poſſe, ſed in id, quod intereſt rem non fuiſſe diminutam, agendum[d]: in qua tamen re aliter † ſolet diſtingui, vt in contractibus bonæ fidei actione prima ad rem ipſam agatur[e]: idémque in actione ex teſtamento, quæ bonæ fidei naturam imitatur[f]: in ſtricti verò iuris contractib. actione de dolo agi in id quod intereſt, oporteret[g].

1 2 3 4 5 (right margin numbers beside lines above)

a l. ſi rem. l. quires. ſuprà de ſolution.
b l. non quocúque. ſuprà de legat. i.
c l. Iulianus. §. qui fundū. de verb. obl.
d l. exhibitionis. C. ad exhib.
e l. iii. §. ſi reddita. ſuprà cōmod.
f l. Meuius. §. in fundo. ſuprà de le. i.
g l. & eleganter. §. non ſolùm. ſuprà de dolo.
h Bart. in §. duo fratres. in xii. quæſt. l. qui Romæ. de ver. obli.

IGNORANS. Quid † ſi ſciens? & ſi ab alio emat, 6
idem eſt: quia non ideo videtur furem liberaſſe, quin ab eo rem petere poſſit. Si verò ab ipſo fure emat, hîc videtur probari tunc rem non abeſſe, quod probo. Sed quid ſi † huiuſmodi res ſibi purè legata eſſet, nunquid 7
eam ab herede emendo cenſeretur legato renuntiare? Et Bar. non renuntiatum credidit[h]: quapropter & hoc caſu res videretur abeſſe: ſed contra Bart. crebrior eſt ſententia.

EMERIT. De facto: nam iure * rei ſuæ ſiue ſciēs, ſiue 8
ignorans,

ignorans, emptor nemo est[a] licet pretium solus repe-
9 tat, qui ignorans emit. Et hinc colligitur. si quis † Titio prædia leget præter ea, quæ à Sempronio emit, tamersi emptio ipso iure nulla fuerit, excepta tamen vi-
10 deri. Licet enim in effectu emptio nulla * non sit emptio, appellationem tamen istam de facto sortitur, idque satis est.

11 Qvia videtvr. Et † sic pretium loco rei succedit, quod in vniuersalibus verum est[b], vt in hereditate vel dote[c]: in particularibus minimè[d], nisi cùm quis ideo conuenitur, quia locupletior sit factus[e]: nō enim minus locuples est, qui pretium, quàm qui rem habet: nisi item contra eum agatur, qui debuit id agere vt rē actor sine precij alicuius solutione haberet: nam si id non fecerit, pretium quod actori abest restituet, vt hic in fure, & alibi in herede, qui rem legatam soluere debuit[f].

12 Cvi pretivm abest. Si à fure † ipso ignorans emerim, rem ipsam ab eo petam, vel etiam ipsum pretium, si ita mihi magis placeat: nam qui rem ab eo emit, qui absque pretio dare tenetur, vel ipsam rem rursus petit, vel pretium quod sibi abest[g]: idque crebriore calculo receptum est, licet alii rem in obligatione
13 æstimationem in solutione esse crediderint[h]. Sed † quid si ab alio ignorans emerim? Et non videretur rem abesse, quia tunc pretium non abest: cùm enim rei meæ emptio non valuerit, pretium repetam. Nec dicitur ei abesse pretium, qui ad illud consequendum actionem habet: sed cùm electionem domini esse suprà dixerim, si contra furem agere maluerit, verius est videri rem abesse: & ita Iurisconsultus hîc intelligi debet.

a l. suæ. suprà de contrahé. emp.
b l. imper. §. fi. suprà de legat. ii.
c l. res in dotē. suprà de iur. dotium.
d l. vēditor. 2. suprà de hered. vend.
e l. si ipsa. quod metus caus.
f l. planè. §. quod si rem. de legat. i.
g l. si filio. §. i. l. illud. suprà de dona. caus. mortis.
h d. § . quod si rem.

SVMMÆ.

1 §. *Rem amisisse, sensus & restrictio*, 4.
3 *Abesse dicitur d..ndum.*

1 §. Rem amisisse videtvr. Hoc † verbū proprietatem hîc denotat: si enim anulus mihi in mare elapsus sit, non solùm iuris interpretatione, sed etiam verè cū dicor amisisse.

2 Actionem. Nam qui * actionem habet, rem ha-

bere videtur. Ergo † quod nos alteri dare, vel persona- 3
li actione cogimur [a], abesse à nobis dicitur: & hoc iu-
ris interpretatione verum est, alioquin in † executio- 4
ne facti aliud est, tum propter litis frustrationes, &
dubios euentus, tum quia tutius est rei incumbere.
quapropter lex municipalis quæ in rei suæ venditore
aliquid corrigat, in eo non seruaretur, qui sibi debitã
rem venderet [b]: & ideo minus * est actionem habere 5
quàm rem, vt in regula iuris habetur.

a l. si quis mã dato Titii. suprà de nego. gest.

b Doct. in l. Gallus. §. vidændum. suprà de lib. & posth.

SVMMÆ.

2 *Publica etiam quarumcunque ciuitatum communia dici.*

3 *Reges delectu etiam à Gallis creatos fuisse.*

6 *Gallici regni ex causis mutatio.*

LEX XV.

BONA CIVITATIS. Ius † imperij Romani ad 1
populum pertinebat [c], donec per legem Rhemniã
populus in Augustum Cæsarem ius omne transtulit:
meritò ergo quæ ad rempubl. Romanam † pertinebãt, 2
publica dicta sunt, quasi populica. Ad Romanorum ta
men similitudinem, & quæ in aliis ciuitatibus com-
munia vniuersorum erant, publica dici cœpta sunt:
semper enim apud quascunque nationes ius supremũ
populi fuit, idque vel legis diuinæ instituto ostendi-
tur. Nam cùm hominem creauit Deus, illi in cætera
quidem animantia ius, & dominium concessit, homi
num autem vt alteri alter seruiret, non indixit. Vnde
principio † rerum non diuina iussione, sed ex populi 3
consensu Reges adsumpti sunt: quod & post Romani
imperij occasum seruatum fuit, cùm Carolus † Ma- 4
gnus à populo Rom. Augustus electus est, & à ponti-
fice Leone sacro oleo inunctus, quod ius populi * ho 5
die Gregoriana lege, in septem Germaniæ primates
translatum est [d]. Sic † & Frãci Chilperico eiecto, quod 6
regno idoneus nõ esset, Pipinum πανεκκλητικῷ concilio
substituerunt. Et cùm Pipini proles à maioribus de-
generasset, rursus Odonem, mox eius fratrem Rober-
tum, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad sum-
mum fastigium euexerunt: is Hugo est qui vulgò Ca-
petus

c l. i. suprà de constit. prin.

d c. venerabilem. de elect.

petus dicebatur, vnde oriundi sunt qui etiamnum Frãcorum rebus moderantur, & quod de maximis hisce regibus, nimirum Romano, & Franco dictum est, idem & in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit, deprændet, vt meritò censeam diuina le-
7 ge eum iustum principem* esse, qui ex populi consensu regnet, quod & Arist. tradit: qui verò inuitis domi-
8 netur, eum* tyrãnum esse, etiamsi Cæsar sit, à Septemuiris electus, vel quaqua alia ratione ciuili iure potentiam suam tueatur. Vnde cùm magna regna non ex
9 subditorum consensu, sed per violentiam* primò constituta sint, meritò diuus Augustinus lib. de ciuit. Dei 4. magna latrocinia esse dixit, adducto etiã piratæ cuiusdam exemplo, qui comprænsus, & ante Alexandrum magnum adductus, cùm interrogaretur, qua causa mare haberet infestum. Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: tu quia magna classe, Imperator.

SVMMÆ.

1 *Vectigalis definiti causa.*
3 *Vectigales fundos ob censum locari.*
5 *Publicanos pro repub. non abesse.*
7 *Fiscus priuato ex causis priuilegiatior.*

LEX XVI.

1 EVM QVI. Vectigal † est, quod pro rebus ciuitati inuectis, vel euectis publico soluitur: ea est octa-
2 ua pars [a], vnde Octonarij quãdoque* dicti exactores: a l. ex præstatione, C. de vectig.
3 sicut & Vigesimarij, & Ducenarij. Sunt & fundi* vectigales, qui ciuitatum sunt, & mancipibus ita locantur, vt certum vectigal Reipublicæ pendant: quod in Dispunctionibus à me adnotatum est lib. iij. cap. x.

PVBLICANVM. Quod publicum redimat: simplici-
4 ter enim publicum † accipitur pro vectigali M. Cicer. Tranquillo, & Tacito. Iabolenus: Qui operas, inquit,
5 in publico † quod vectigalium causa locatum est dat, Reipublicæ causa non abest [b]. b l. miles. §. j. suprà ex quib. cau. ma.
6 CIVITATIS. Atqui regulariter † quod iuris de fi-

ſco ſtatuimus, etiam de priuatis cõſtitutum cenſetur, & è conuerſo [a]: quapropter licet verbum, publicè, propriè ad fiſcum pertineat, non tamen idcirco differentia iuris aliqua inducitur. Sunt tamen † quidam caſus, 7 quibus plus tributum eſt fiſco, quàm cæteris ciuitatibus, vt in lege Iulia peculatus, vt aliqui ſentiunt: item in redhibitione rei morboſæ, quæ ex ædilitio edicto fit [b]. Sunt & alij, cùm ciuitatibus omnibus plusquàm priuatis conceditur, vt in præſcriptione, vel vſucapione, quæ vel longiori tempore [c], vel nullo modo conceditur [d]: idem ſi mancipium furto illis ſit ſubtractum [e], atque id genus multa ſimilia [f]. Sed nunquid ciuitatibus concedenda ſit reſtitutio in integrum? & communiter concedi aiunt [g]: quoniam cùm per adminiſtratores regantur, ſi in contractu vel iudicio læſæ ſint, iuſta eſt cauſa reſtitutionis: idémque in oppidis, huiuſmodíque vniuerſitatibus [h]: quod vel maximè procedit, ſi in eis ſint & pupilli, & furioſi, & viduæ, & id genus, qui aliàs iure communi reſtituuntur.

a l. item veniunt. §. in priuatorum. ſuprà de pet. her.
b l. j. §. illud. eod. tit.
c l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.
d l. vſucapionem. ſuprà de vſucap.
e l. mancipia. C. de ſer. fu.
f l. ciuitas. ſuprà ſi cer. pet.
g l. rempub. C. de iure rei publ. lib. xj.
h l. reſpubl. C. quib. ex cau. ma.

SVMMÆ.

2 *Legem, Inter. explicari.*
5 *Fiſci ſenſus: & commoda varia.*
9 *Sal piſcéſque mancipes ſoli venduat.*

LEX XVII.

INTER PVBLICA. Publicæ *res proprio ſermone 1 ſunt, quæ populi Romani ſunt. Sed & quæ † ciuitatum in vſu publico dicuntur [i]; latiſſima verò ſignificatione, etiam ſi in publico vſu non ſint, ita tamen appellantur [k]; quem ſenſum iuriſconſultus hîc ſequutus eſt, & propterea non publica hæc eſſe, ſed inter publica haberi ait. Sanè & quæ iure naturali communia *ſunt, eorum vſus iure gentium eſt publicus [l], & occupanti conceditur; quod non eſt in his, quæ iure ciuili publica ſunt, de quibus hic agitur. 2 3

FISCVS. Ærarium populi *erat, fiſcus principis, donec omnia princeps in fiſcum ſuum tranſtulit. Conſtat † autem (vt Pedianus ait) canone, indictione, oblatione. 4 5

i l. ſed Celſus. ſuprà de cõtrah. émp.
k l. in tantum. §. vniuerſitatis. de rer. diuiſ.
l §. j. de rer. diuiſ. Inſtit.

6 tione. Canon ordinarios * principum reditus significat, vt portoria & eiusmodi, quæ in vrbium exitu, vel
7 ingressu soluuntur Oblatio *nomen sumpsit, quod à popularibus olim oblatum principi id munus sit: eo continetur octaua, vel vigesima, vel quicquid ex consuetudine de rebus promercalibus solet pendi, quarũ
8 mentio hîc habetur. Indictio est*quod edicto principis subditis indicitur, quod vt plurimum certam quantitatem non complectitur. Sed hæc quomodo in iure aliter distinguantur, infrà disseram.

Venalium. Hæc est octaua pars, sicut metallorũ
9 decima [a]. In salinis verò ea est vectigalis natura, vt soli mancipes [b], hoc est, qui à fisco hoc ius emerunt, sal vendant: idque principis monopolium est, quod antiquis quoque institutum fuit: quapropter Liuius Salinator dictus. Denique in piscariis, secundum regionũ quarundam morem obseruatum est.

a l. cuncti. C de metal. lib. xj.
b l. si quis. de vectig.

SVMMÆ.

1 *Munus variè accipi. & 2.*
4 *Munerum personalium genera varia. & 6. & 9. 12.*
5 *Munera pro personis, rebúsve indici.*
8 *Decaprotjorum officium, & periculum.*
11 *Immunitatem ad inopinata non trahi.*

LEX XVIII.

1 Mvnvs. donvm. Cùm † munus pro largitione accipitur, tanquam species doni est, significatque quod ex aliqua causa fit donum: cùm verò, non habito ad largitionem respectu, sumitur, tunc generaliter quælibet munera comprendit: atque ita hic accipiendum est.

2 Altero onvs. Et †hoc sensu tripliciter accipi-
3 tur: est enim munus*patrimoniale, quod ideo sic dicitur, quia cum sumptu fit, [c] patrimoniumque diminuit.
4 Id quandoque † personæ imponitur, nulla faculta-
5 tum ratione habita, vt est *capitatio: quandoque secundùm fortunam soluentis imponitur, vt quam collectam dicimus, vel indictum, superindictúmve: aliquãdo nullo personæ respectu rei ipsi incumbit, vt tributũ, & census: subitúrque vel in ipsa re, vt cùm hospite

c l. 2. § illud. ff. de mun. et hon.

recipimus: vel ex re, vt cùm certam partem fructuum
pendimus: vel propter rem, vt si pecuniam pro censu
præstamus. Est & †munus personale, id nunc dignitati 6
adnectitur, & honor appellatur: nunc sordidum est, vt
calcem coquere, arenam fodere: nunc nec honorificum,
nec vile aliquid in se habet, vt cùm subire curam
publicæ pecuniæ aliquis compellitur. Est & munus
a l. j. suprà de munerib.
*mixtum, vt decaprotiæ [a], id est, decemprimatus: erãt 7
enim Decemprimi †ex decurionibus exactores tribu- 8
torum, qui fiscalia detrimenta de suo ipsi resarciebãt,
publicanis mancipibúsve non multum absimiles. Ex
his †aliqua ordinaria sunt, aliqua extraordinaria: quæ 9
b Bar. l. j. C. de munerib. & honor. non conti. lib. x.
ordinaria sunt, sic definiri Bar. ait [b], vt ea sint quæ à lege,
principéve imposita sunt, & certam formam habent.

IMMVNITATEM. Ea à patrimonialibus * muneri- 10
c l. his onerib. suprà de munerib.
bus nunquam concessa videtur [c]: nec qui à personalibus
immunis est, ab honore excusatus censetur [d]: sed
d l. cui muneris. supra illo tit.
& † si immunitas per amplissima verba cuiquam con- 11
cessa sit, non trahetur ad onus ex improuiso, inopinatóque
casu impositum: vt si bellum superueniat: publicè
enim interest huiusmodi concessiones tunc negligi [e].
e Doct. in l. si ex toto. suprà de leg. j.

MVNIFICOS. Munera †militaria sunt excubiæ, an- 12
gariæ, gestationes in vsum belli, decursio campi, erectio
valli, atque id genus similia: qui ab his muneribus
immunes erant, beneficiarij dicebantur: qui subibant,
munifices. Festus autor est.

MVNICIPES. Qui sint, infrà latius ostendetur [f].
f infrà eod. l. municepes.

SVMMÆ.

1 *Stipulationem, donationem, remißioné sve contractus non esse: ex causis contrá.*
2 *Hereditatem adiens, non contrahit.*
6 *Legem, Iurisgen. de pact. explicari.*
7 *Legis v. §. quod si, de præscr. verb. sensus.*
8 *Συναλλάγματος etymologia.*
11 *Actionis ortus.*
13 *Obligatio sine contractu, eiúsque remedium.*

14 *Obligationum genera.*
16 *Gesta ad quos sui actus referri.*

LEX XIX.

LABEO PRAETORIS VRBANI. Sic aliquem ex libris suis inscripsit Labeo.

1 ACTVM. Hinc ergo † apparet, stipulationem propriè contractum non esse: licet in ea tam reus credendi, quàm debendi dicatur [a]: sicut nec donationem, neque liberationem, aut pactum refutatorium, idque genus remissionis, contractuúmque dissolutiones: nam in his vicissim obligatio non oritur: quapropter, si lex municipalis de contractu verba facit, hi minimè continebuntur: idque receptius est [b] nisi eadem ratio quæ in cæteris contractibus procedit, in his quoque locum habeat: nam cùm ex lata significatione etiam hi contractus dicantur [c], quamuis dispositio odiosa sit, à ratione interpretationem sumet. Quapropter, si lex vetat sine agnati consensu ex contractu mulierem obligari, nec debitorem liberare poterit [d]: constitutum enim ita est, vt mulieris imbecilli consilio succurratur: at tunc vel maximè succurrendum est, cum donare, vel debitorem liberare mulier cupit. Sed nunquid
2 *hereditatem adire prohibetur? & aiunt communiter prohiberi [e]: aditio enim hereditatis etiam ex lata significatione contractus non continetur, licet lex interpretetur eum, qui adeat, quasi contrahere cum creditoribus hereditariis. Nam quamuis dispositio de
3 *contractu loquens, etiam de distractu intelligatur [f], tamen hoc ita accipitur, si verè gestus est ille quasi contractus, non si fictè [g], vt in proposita est quæstione. Plerunque enim lex, non obseruatis verbis, ex aliqua
4 ratione, idem iuris constituit de* quibuscunque obligationibus, quod de contractibus [h]: sed non ideo consequens est, vt in municipalibus statutis, quæ non, nisi ex vi verborum, ductâ interpretationem accipiunt, idem obseruetur.

5 CONTRACTVM. Quod Græci συνάλλαγμα * vocant. Sic dicitur, cùm vltra verba contractus, aliquid
6 vtrinque agitur. quapropter alibi Vlpianus [i], † Iulia

a l. v. suprà de verb. obli.

b l. siue apud C. de transi.

c l. si donationis. C. de iis, quæ vi. met. causa.

d Bart. §. pactus ne peteret. l. si vnus. suprà de pact.

e l. more. suprà de acqui. hered.

f l. si ad resoluendam. C. de præd. mi.

g l. de eo. supra de iudic.

h l. omnē. supra de iudic.

i l. iurisgentium. suprà de pact.

num, inquit, putò rectè à Mauritiano repræhensum in hoc, dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas, manumisisti, euictus est Stichus: Iulianus scribit in factum actionem à prætore dandam, ille ait ciuilem incertam[a] actionem, id est, præscriptis verbis sufficere: esse enim contractum Aristo adiicit συνάλλαγμα, vnde hæc nascitur actio: ita enim reposita in Tusco codice est hæc dictio, hoc sensu: cũ præscriptis verbis actio detur quoties ex vtriusque parte aliquid factum est, quo vterque sit obligatus: meritò in casu nostro ea cõpetet, quia vicissim quædã quasi permutatio Stichi, Pãphilique, vt manumitterentur, interuenit. Et hæc ratio est † cur in contractu innominato, Si faciam, vt des, & posteà quàm feci, cessas dare, præscriptis verbis nõ agatur, sed de dolo[b]: nam hic nõ est συνάλλαγμα, id est, mutuum factum obligatoriũ: potuit enim factũ suum explicari absque meo, & ideo præscriptis verbis non agitur quod non est in contractu, Do vt facias, vel do vt des, cùm dare sit dominium trãsferre, quod nõ nisi in consentientem transferri potest. cùm ergo tibi dederim, & consequenter vtriusq; factum interuenerit, mei transferentis, & tui dominium acceptantis, meritò præscriptis verbis agetur. Dixerit aliquis: Si ratio hæc vera esset, cum traderem, vt des (traditio enim facta est) de dolo agi non posset: non enim tradere possum, quin tu accipias. sed & si facerem, vt faceres, de dolo agendũ esset[c], quod præter Iurisconsulti mentem videtur esse. Cui ego responderim: cùm traditionem acceptans nullũ ius acquirat, merum id factum lex tradenti potiùs imputat, in cuius facti executionem venit: in contractu verò, Cùm facio, vt facias, ideo semper præscriptis verbis agitur, quia vltra promissionem videtur vtrinq; interpositum mãdatum. & secundum hanc declarationem accipienda sunt quę Paradoxorũ lib. v, cap. vii. latiùs disseruí. † Sanè συνάλλαγμα græcè à σύν, quod est simul, & ἀλλήλως, vicissim, & verbo ἀλλάττω descendit, quod mutare vulgò significat: sed eius origo est ab ἄττω verbo antiquo eodémque polysimo quod deducitur ab ἄγω & atticè ἄττω. Significat autẽ ἄττω, impello, conuenio, tracto: qua ratione & cõtra-ctam

a incerti in pand. Flor.

b l. naturalis. §. quod si faciã. suprà de præscr. verb.

c l. cùm proponas. C. de dolo.

ctum dici probabile est. quasi contra, seu vicissim actũ:
id enim hęc vox significat. Vnde Vergilius Homericũ
illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος: trãstulit, quem cõtra sic & cõ
trahere, erit vicissim & mutuò trahere. Est & ἄλλαγμα
9 *pro pretio & munere, quod ab aliquo capitur, vt in-
terpretatur Hieronymus 11. in prophetam Amos com
10 mentario. ἀντάλλαγμα quoque* in Euangelio Matthæi
cap. XVI pro re accipitur, quæ iuxta veterũ comercia
in permutationem datur. Interpres retributionẽ ver-
tit: Quam dabit homo retributionem, &c. vulgatiore
vocabulo Græci contractum συμβόλαιον vocant.
11 OBLIGATIONEM. Ex † contractu enim oritur o-
bligatio, ex obligatione actio [a]: Quapropter ex con a l. licet. supra de procura.
12 tractu actionem * dari, ex obligatione nasci dicimus.
13 Sane & † quædam est obligatio, quæ ex contractu nõ
nascitur, sed ex quadam æquitate datur: ex ea non a-
14 ctione, sed officio iudicis succurritur [b]. Planè & † obli b l. qui per collusionem. suprà de act. emp. in fi.
gationis verbum generale est, & tam ciuilem quàm
naturalem continet. Quapropter mulier, quæ obli-
15 gare* se prohibetur sine agnati consensu, neque pactũ
facere debitori de non petendo poterit [c]. quoniam ex c Bar. d. §. pactus ne peteret.
eo naturaliter nõ petere obligaretur. Sed nunquid sim
pliciter liberare possit? & ex verbis dicendum est pos-
se, nisi ratio legis aliud induceret [d], vt suprà dixi. d Bal. in rub. C. de pact.
16 GESTVM. Cùm rem † sine verbis factam significet,
ad extra iudicialia tantùm trahi Accursius credidit: re-
probántque inde quidam eam petitionem, qua quis
in iudicio gessisse negotia alicuius se adserebat. Sed
hæc merito nõ recipiuntur, cùm ex subiecto argumen
to, gestùm etiam accipiatur, siue ex contractu, siue ali
ter quid factum sit [e]. Caius etiam infrà tanquã leuem e l. ait prætor. supra de minor.
hanc differentiam inter gesta, & facta negligit. Nec du
bium ex communi loquendi vsu nihil hæc differre,
quod Bart. adnotauit [f]. f l. j. de offic. proc. Cæs.

SVMMÆ.

1 *Testamentum restitutione non dilui.*
2 *Alienare vetitum testari.*
3 *Authentica, sacramenta. in testamentis cessare.*
4 *Legem finalem. C. de sen. pas. restringi.*

5 *Testamenta successionésque contractus instar habent.*
8 *Stipulamur in testamentis.*
10 *Donatio causa mortis contractibus & vltimis voluntatibus similis, idque varié.*

LEX XX.

VERBA CONTRAXERVNT. Si † minor testamentum condat, aduersus eius confectionem restitui non potest: quoniam edictum prætoris de eo quod gestum est, loquitur [a]: quæ verba testamentum non comprændunt: atque hoc omnes probant [b]: si tamen dolo fuit inductus, succurretur legitimis heredibus per actionem de dolo [c]. Eadem ratione † adolescens, 2
qui curatorem habeat, contrahendo res suas immobiles sine decreto alienare prohibetur, & tamé testando non solùm ipse potest, sed & concedere cui velit vt alienet [d]. Eodem † modo lex quæ contractus minorum 3
propter iurisiurãdi religionem corroborat, in eorum testamentis locum non habet [e]. Hinc & constitutio † quæ à filio deportati ante patris restitutionem ge- 4
sta confirmat [f], in testamento non intelligitur: súntque id genus plura similia [g]. Quandoque † tamen vi- 5
detur in lege receptum, vt pro contractu etiam testamentum accipiatur: quod ideo est, quoniam olim per imaginariam quãdam venditionem testamenta concipiebantur, quod ex Caij Institutionibus in Topica Ciceronis Boetius explicat. Sunt enim & quædam successiones in contractuum locum subrogatæ, vt bonorum possess. in bonis liberti, quam imago societatis induxit [h]. Nam & de contractibus * ad testamen- 6
ta plerunque argumentamur, ídque argumentum valet, nisi rationis diuersitas aliud suadeat. Ea colligitur pluribus causis, tum quòd testamenta fauorabiliorem interpretationem recipiunt, tum quòd ambulatoria à testatoris voluntate pendent, tum quòd in eis non facilè quis vel falsus vel fallendi consilium habuisse præsumitur [i], tum quòd eorum robur ab aditione heredis incipit. Cæterùm & in testamentis con-
trahi posse * dubium non est. Quapropter & ab † he- 7
rede stipulari legatario in testamento quis potest [k]: & 8
satis

a ad l. ait prætor.
b l. j. §. fuit. suprà ad Trebel.
c l. Lucius. §. Sempronia. de legat. ij. l. non est enim de inoff. test.
d Bald. l. ij. C. quando decr.
e Doctor. in authé. sacramenta. C. si aduer. vend.
f l. fin. C. de sent. pass.
g Ias. in l. quæ delegato. supra de leg. j.
h l. j. suprà de bon. liber.
i Bar. l. si is, qui. de vulg.
k l. fin. C. de fideicom.

ſatis erit ſi duobus teſtibus hoc probetur, vt plerique ſentiunt. cùm verò ex teſtamento hereditas aditur, nō ipſe teſtator, ſed heres quaſi contrahere cum creditoribus hereditariis cenſetur [a], atque id Albericus pro-
9 bat. nam ita proxima *contractuum naturæ eſt vltima
10 voluntas, vt † de donatione cauſa mortis dubitatum ſit, vtri magis aſſimiletur, & eſſe contractum & ſimilem donationi ſimplici omnes fatentur [b]: quantum verò ad efficaciam effectúmve, vltimæ voluntatis naturam imitari [c]. Sed cùm ita ſit, mirum eſt cur, conſentiente patre, filiusfamil. teſtari nequeat, & tamen cauſa mortis donare poſsit [d].

a l. fin. ſuprà ex quib. cauſ. in poſſ.
b gl. l. j. ſuprà de dot. præleg.
c Doct. l. ij. ſuprà de leg. j.
d l. tam is. ſuprà de donat. cau. mor.

SVMMÆ.

1 *Actiones ex conceſsione actiuè paſsiuéque dari mente perfecta ex rebus. & 4.*

5 *Reſtitutionem cum fructibus ad onera præterita trahi.*

LEX XXI.

PRINCEPS, OBLIGATIONES. Id dubium non eſt,
1 cùm † is, cui bona conceduntur, etiam ea petere poſſit, quæ alius debet: actiones enim in bonis ſunt. Sed quid ſi ſuper illis bonis aliquid alteri debeatur? & idem eſſe Accurſius ex hoc reſponſo exiſtimauit, ra-
2 tionemque adfert, quoniam *in beneficiis Principum fit pleniſſima interpretatio [e]: quæ ratio mihi non placet. fit enim pleniſſima interpretatio in eius fauorem, cui princeps aliquid indulget: Sed in propoſita quæſtione damnum eſt impetrantis, vt obligationes ſuſcipere compellatur: quare ipſe ita exiſtimauerim, bono-
3 rum appellatione * ære alieno deducto, intelligendam,
4 idque ex ſermonis proprietate. Ex mente tamen † diſponentis aliter quandoque cenſendum: ea ſic præſumitur, cùm aliàs aliquid abſurdum induceretur [f], veluti quòd quis pro parte tantùm eſſet heres [g], vel quòd omnia onera ad aliquem pertinerent, ad alium verò omne lucrum [h]. Idem eſt in reſtitutione facta à Principe, qua omnia bona alicui concedit. Intelligitur etiam de obligationibus: quia aliàs is, qui reſtituitur, melioris fieret conditionis, quàm priùs eſſet [i]. Idem

e l. ſi quando, x. C. de bo. vac. lib. x.
f l. ſi quis ſer uo. §. ſi. de lega. ij.
g l. iij. ſuprà de bon. poſſ.
h l. cogi. ad Trebell.
i l. j. C. de ſen ten. paſſ.

est si publicata bona alicui donat, nec enim verisimile est voluisse eum in hoc ærarium suum aggrauare, vt æs alienum soluat, omni lucro ad alium spectante. Sed
pone † publicatis alicuius bonis, indicta & exacta à 9
principe est aliqua pecuniaria collectio, deinde ad bona sua exul restitutus est, nunquid in eorum restitutione deducendum est, quod ex ea indictione ad eum soluere pertinuisset? Et Alber. deducendum ait. Idem & ipse sentio, si ad fructus quoque interim perceptos sit restitutus: quod in dubio non est dicendum [a]: nam si fructus non sint restituti, non debemus à proprietate verborum recedere, cùm satis sit, si interim fiscus fructus ipsos lucratus est.

a auth. idem. C. de hæret.

SVMMÆ.

2 *Exhibitio, vendicationis præparatio.*
3 *Interdicti exhibitorij vis.*
5 *Fructus percepti non nisi ex causis, restituendi.*
7 *Deportato restituto alienata non nisi ex causis reddi.*
9 *Restituere verbi acceptio multiplex & vis.*

LEX XXII.

Plvs est in restitvtione. Exhibere* rem 1
dicitur, qui in præsentiam affert [b]: quapropter a-
ctio † ad exhibendum, vendicationes prægreditur, mo 2
biliaque priùs exhibentur, deinde à domino vendican
tur. Hinc & dicta sunt interdicta † exhibitoria, vt cùm 3
prætor, nisi tabulæ testamenti, vel liber homo, vel liberi exhibeantur, interdicit [c]: quod intelligitur, vt videri, tangi, agnoscique possint [d].

b l. ij. ad exhibend.

c l. deinde. de lib. exhib.

d l. quod & lex. §. ait prætor. de liber. ho. exhi.

Restitvere est generalius verbum, quod etiam
*ad fructus refertur, quod accipiunt Oldradus Albe- 4
ricusque, cùm verbum id à lege profertur [e], alioquin si ab homine, fructus non contineri [f]: quod defendi potest, si alia ratio sit in fructibus, quàm in re ipsa. E-
go distinguendum putauerim, † si fructus bona fide 5
sint percepti, nec restitutionis causa retrò inferat, tūc non restituantur [g]: quam ob causam, si princeps deportatum de damnatis eximit, & ex indulgentia bona ei mandat restitui, interim acquisiti fructus nō restituentur:

e l. in condemnatione. in f à ii. j.

f l. qui excubiis. suprà de re milit.

g l. & ex diuerso. §. j. suprà de rei vē.

tur [a]: si verò mala fide percepti sint, dubium non sit, quin restitui debeant. Idem, si restitutionis causa repetita die assumatur, vt cùm quis in fraudē creditorū alienat: prætor enim eum contractum perinde ab ipso principio irritum esse vult, ac si nihil alienatū foret [b].
6 Sanè & à principe restitutio * facta alteri damnū affer-
7 re nō debet: Quapropter ad ea bona non extendetur †, quæ interim alienata sunt [c], nisi de apertissima principis mente constet, vt eùm condemnationem, publicationémque pro infecta haberi velit [d]. Idem si publicæ vtilitatis ratio hoc suadeat: vel si ideo quis restitutus sit, quia iniuste sit condemnatus [e]: nam in his casibus damnum afferre alteri princeps non dicitur, cùm pretium restituere illi debeat: ex facto enim suo secuta est euictio: & ideo non priùs restitui bona existimarim, quàm pretium emptori redditum fuerit: nimis enim graue illi esset, rē cuius possessioni incumbebat restituere, deinde aduersum fiscum experiri.
8 RESTITVTIONIS VERBO. Nam * non solùm fructus continentur, sed etiam causa vsucapionis [f]: habetq; ex iuris interpretatione hæc vox amplam si-
9 gnificationē [g]. Sanè & † restituere princeps dicitur cùm ordini & dignitati restituit [h]. itémque famæ [i], vt cùm quis infamia notatus, hoc ex principali indulgentia impetrat, quo casu infamia facti non aboletur, nec eius effectus: non enim potest princeps facere, quominus alicuius opinio apud graues bonósque viros notata sit [k]: restituuntur, & natalibus qui serui nati sunt, ingenuitatísque iura acquirunt. Restituuntur & in integrū minores, & qui iustam causam, vnde restitui eos æquum sit, prætori probauerunt. Restituitur & dos soluto matrimonio. Restituitur ex S.C. Trebelliano hereditas. Restituitur possessio ex interdictis.

a auth. idē C. de hæret.
b l. videamus. suprà de vsur.
c c. quāuis. de rescript. in vj.
d Car. cap. quia diligentia. de elect.
e l. quòd si minor. §. Scæuola. suprà de minor.
f l. restituere. infrà eod.
g l. fi. infrà eod.
h l. j. C. de sent. pas.
i l. j. §. de qua. de postulan.
k l. Feli. c. testimoniū. de testib.

SVMMÆ.

1 *Rem cum causa accipi ex causis contrà.*

3 *Iudicia generalia.*

4 *Seruitutes petitas cum fundo intelligi: in casibus diuersum.*

6 *Legis, Rei appellatione. sensus.*

LEX XXIII.

REI APPELLATIONE. Accursius † ita intelligit, vt qui rei mentionem facit, etiam de eius 1
causis, iuribúsque intellexisse credatur, veluti cùm
quis generaliter res suas petat: quod exemplum in supplicatione princip porrecta procedere potest: item in
libello † qui in iudicio vniuersali, generalíve datus sit, 2
vt † in petitione hereditatis, tutelæ, vel pro socio 3
actione [a], alioquin in particulari iudicio libellus generalis, parte opponente, non valet. Nunquid ergo si
fundū petierim, ei quoque debitas seruitutes petiisse 4
videar? & si petitus sit cum his quæ ad eum pertinet,
dubium non est etiam de seruitutibus actum, & de his
omnibus quæ ex consuetudine rei emptæ solent accedere [b]. Si verò simpliciter fundus petitus est, aut per
actionem personalem, & seruitutes non debentur:
cùm enim ius id in re sit, actione personali consequi
illud non possumus. Aut per rei vendicationem, &
verius est deberi [c]. Aut non constat quæ actio sit intentata, & humanius est etiam de seruitutibus actum
intelligi, vt hic habetur, nec dissentit Bald. [d] Nam &
rem vendens, eam cum seruitute † imposita distraxisse existimatur [e]; & rei præscriptio ad seruitutes quo- 5
que, huiusmodíque accessiones trahitur [f], quod & de
eius interruptione dicendum est [g]. Alij hanc legem
aliter * interpretantur, vt appellatione rei contineantur causæ, id est, dominia: vt si quis rem legat, eius do- 6
minium legasse videatur, si est dominus, alioquin id ius
quod in re habet [h]: quem sensum si reciperemus, naturam suam coniunctiua non seruaret.

a glo. l. j. suprà de eden.

b Innoc. in c. cū ad sedem. de rest. spoliat.

c l. via. §. si fundum. suprà de ser. rustic.

d l. ij. de cōdit. instit.

e si aqua. de cōtra. empt.

f l. si aliena. §. hoc iure. de vsucap.

g l. fin. C. de ann. exc.

h l. si domus. in fi. suprà de leg. j.

SVMMÆ.

2 *Legis. Nihil. sensus multiplex. verior. 5. 1. 3.*
8 *Hereditas ad res referenda.*
9 *Hereditas vniuersum respicit & vacat.*
11 *Testetur alienare vetitus.*
12 *Hereditas etiam sine corporibus subsistit.*
15 *Hereditate exclusus fratri succedet*

16 *Here-*

16 *Hereditas dicitur etiam ades a, idque ex causis. 18.*
22 *Hereditatem iurisgentium, & ciuilis esse.*
26 *Hereditas spurijs ex causa debita.*
27 *Legitimam tolli statuto: in alimentis contrà.*
28 *Heredem non facto inuentario eorum, quæ habuit, solùm foro potest teneri.*

LEX XXIIII.

NIHIL. Refertur hîc hereditatis definitio, quam ita plerique intellexerunt, vt post defuncti mortem ante aditam hereditatem quoddam ius interim
1 subrogari existimarint, quod loco defuncti * succedit eúmque repræsentat, id hereditatem appellari [a]. Ex-
2 ponitur † itaque hic successio, id est, ius succedens. Sed vix est vt hanc ego interpretationem simpliciter
3 approbem: dictio enim verbalis, successio * rem ipsam in vim nominis significat: non autem ad participium refertur, quod vim verbi assumit, vt Grammatici tradiderũt. Etymologia quoque huic sententiæ repugnat:
4 cùm enim heres idem sit * quod dominus [b] sequitur,
5 vt hereditas † sit rerum ipsarum dominium, non autem ius succedens. Idem etiam ex eo cõfirmatur, quod hereditas p quotas partes in rebus diuisioné recipit [c], quæ vix est, vt congruè iuri huic succedenti quadrare possit: cùm enim diuisio illa de re ipsa dicatur, consequens est, vt & quod integrum est, ad eam rem referatur. Nam & si ius hoc succederet, non in multis, sed
6 generaliter * hereditas personam defuncti sustinere debere [d], & tamen in his quæ facti sunt, non sustinet, nempe quia quæ facti sunt [e]. Ad res igitur potiùs referenda est definitio. Accedit hîc, quòd iurisconsultus [f],
7 cùm de hereditate ad bonorum possessionem * argumentatus esset, bonáque definiret, successionem dixit
8 esse vniuersalem in ius mortui. Vnde † credendum non est, eadem verba hîc de iure succedente, alibi de rebus ipsis intelligi. Na & veteres Iurisconsulti hereditatem in rebus ipsis intellexerunt, quod ex ea finitione appa ret, quam M. Cicero ad Trebatium in Topicis refert: Hereditas (inquit) est pecunia quæ morte alicuius ad

a Bart. rub. de acq. her.
b §. fin. Inst. de hered. qualit.
c l. seruum. §. fin. de hered. inst.
d l. hereditas. de acqui. rer. domin.
e l. vsufruct. de stipu. ser.
f l. iij. de bonor. possess.

quempiam iure peruenit, nec ea aut testamento legata, aut possessione detenta, confecta est. Meritò † igitur 9
sciendum est, quoties paterfamiliâs moritur, omnia eius bona, itémq; iura sine domino remanere: ea simul iuncta quadam vniuersitate compræhensa, id ius constituunt, quod hereditas dicitur, id defunctum repræsentat, & vbi per heredem [a] acquisitum fuerit, fictione legis abusque principio in eius bonis fuisse censetur. Quapropter rectè Bart. [b] quandoque docuit dum successionem hanc pro * ipso patrimonio interpretatus 10
est: quod de vniuersali iurium nominúmq. collectione, non de particulari intelligendum est. Vnde † cùm 11
lex municipalis, matrifamiliâs bonorum mobilium immobiliúmq; alienationē interdiceret, responsum est [c], posse nihilominus eam testari, & extraneum heredem instituere. Cùm enim hęreditas sit successio in vniuersum ius, & à bonis differat, non videtur duram huiusmodi legem ad hunc casum protrahendam: iure igitur hoc casu heres vniuersali in iure succedet, licet † parti 12
culariter mobilia vel immobilia consequi nequeat, sed tamen non ideo minus heres erit [d], tum quia etiā absque corporibus hereditariis hereditas sibi constat, tum quia iura & debitorum nomina consequetur, quæ legis prohibitione non comprænduntur. Et ex hac definitione apparet, † propriè hereditatem dici, cùm adhuc 13
adita non est: alioquin * vbi ab herede agnita fuerit, nō 14
amplius hereditas sed heredis patrimoniū est [e]. Quam obrem cùm plebiscito † muncipali, stantibus mascu- 15
lis, fœmina ab hereditate patris excluderetur, & frater post patris agnitam hereditatem statim decessisset, crebriùs responsum est, sororem non excludi, cùm non amplius patris hereditas, sed fratris patrimonium esset [f]. Idémque traditum fuit, cùm filia patris hereditati renuntiasset, vt ad hanc fraternam extendi abdicatio illa non debeat [g]. Sed tamen scrupulosa ea est sententia, videmúsque plerunque hereditatem appellari quæ adita sit. Vnde † lex falcidia, quæ de heredi 16
tate quartam partem deducit [h], de adita intelligitur: imò etiam in peculio * locum sibi vendicat, quod à 17
substituto tanquam hæreditas accipitur. Sic & in S. consul-

a l. hæres quoque. de acq. hered.
b Bar. d. l. iij.
c Corn. conf. ciij. in ij.
d l. hæreditas. de petit. hered.
e l. sed si plures. §. filio. de vulg.
f l. j. §. veteres. de acqui. possess.
g Soc. conf. lxxv. in iij.
h l. filiusfa. ad l. falcid.

consulto Tertulliano hereditatem[a] ex vi nominis dici Iurisconsultus ait, quæ adita semel fuit, licet deinde in integrum heres restitutus fuerit. Idem & in plurimis legibus probatur, quibus hereditatẽ vendi, cedi, restitui dicitur, & de adita intelliguntur, absurdúmque esset toties impropriè loquutos Iurisconsultos credere. Ciceronis quoque definitio, etiam si adita sit hereditas, locum sibi videtur vendicare. Sed ego a creberrima nostratium sententia recedendum non arbitror, quæ tamen quibusdam casi-
18 bus declaranda sit. Et in primis plerunque in iure hereditas appellatur ἀναφορικῶς ad id quod fuit[b], licet amplius non sit: quod autem per relationem dicitur, figuratè dicitur, nec figura omnino à proprie-
19 tate dissidet. Sic & quandoque insulam dicimus[c], quæ non est, sed quæ insula fuit. Item propter adiunctũ grauamen, vt possit de eo secundũ legis dispositionẽ prouideri, adita hereditas nomẽ hereditatis seruat, quod in supra scripto legis falcid. exẽplo apparet. Rursus quoties de hereditate ipsa disponendum est, vel iussu legis, vel quòd ita ex vsu sit[d], de adita intelligemus: antè enim, quàm adeatur, de ea disponere hæres non potest. Quapropter cùm Mediolani
20 sit lex, ne vlla mulier cum hereditate extra territorium nubat, de adita intelligetur, alioquin non cum hæreditate nuberet, sed cũ adeundi iure[e]: præpositio enim illa, Cùm, de habente intelligitur. Adde quòd ratio legis hoc suadet, ne facultates ciuium in alienigenas transferantur, cùm & alioquin facilimè eluderetur lex, si ante aditam hereditatem nubere non posset[f]. Atqui contrarium ex vi verborum videretur dicendum, ante aditam scilicet nubere non prohiberi: verba enim legis cum heredi tate dicunt, non cum iure adeundi[g]. Sed tamen & hoc casu legi locum esse vero propius est, tum ex vulgari loquendi vsu, quo eam habere hereditatem dicimus, quam adire, quo-
21 ties velit, potest, cùm idem existimetur, siue quis habeat[h], siue habere statim possit: tum quia ius adeundi modus est per quem hereditas acquiritur: vnde prohibito effectu[i], modus quoque vetitus censeri

a l. j. §. si quis adita. ad Tertul.
b arg. l. item præto. §. i. de suis & legitimis.
c l. insula. de acquiren. rer. dom.
d Bald. cons. cccxciii. in v.
e Doct. d. §. veteres. in l. j. de pecul.
f c. si ciuitas. de sent. exc. in vj.
g Socin. d. cõs. 75. in iii.
h Ang. l. itẽ. § petitum. de petit. here.
i l. oratione. de rit.

debet. Et hinc sumitur etiam alia declaratio, vt, scilicet, ex communi vsu loquendi hereditatem dicamus, etiam quæ adita sit. Sunt qui idem existiment, etiam si adita sit, dum tamen rerum hereditariarum possessio adhuc non fuerit apprænsa: propriè enim tum hereditatem dici, ídque eo argumento, quòd lex hereditatis petitionem tum aduersus possessores concedat[a]. Qua ratione proditum est, eam formulam non competere ei, qui semel possessionem apprænderit, sicut nec ei quorum bonorum[b] interdicto prætor: succurrere. Sed ipse non arbitror rerum apprænsione significationem hereditatis variari, cùm per solam aditionẽ patrimonio heredis accrescat, dominiúmque statim transferatur[c]. Illud generaliter fatendum, quoties coniectura aliqua suadeat, de adita actum esse, semper eam interpretationem accipiendam, dum titulo hereditario acquisita sit: quod in proposita specie existimaui. Legauerat testator omnem hereditatem patris, & matris sibi obuentam: responderat Decius[d] de ea quoque actum censeri, quam in solutum à fratre acceperat. Ergo contra, cùm titulo hereditario[e] eam non acceperit, sed ex contractu. Ex eadem quoque definitione creditur iuris ciuilis hereditatem esse, cùm hoc à lege inductum sit, vt id ius ipsi defuncto succedere censeatur. Sunt tamen qui potius iuris gentium successiones esse existiment, cùm in Bibliis, & apud Diog. Laertium appareat vsum testamentorum apud alias gentes, quàm Romanos fuisse, & ex eis hereditates deferri solitas.
Sed eò † deuentum est, vt existimemus origine[f] qui- 22
dem tam testamenta quàm hereditates gentium iuris fuisse, naturalique ratione, & æquitate inductas. Sed cùm deinde Quiritium legibus alia testamẽtorum forma constituta sit, aliusque hereditatum deferendarum modus, iuris ciuilis esse cœperunt. Quapropter qui iura ciuilia amittunt, vt deportati, * nullam testamenti 23
fictionem habent[g]. Hincque consequens est, vt legibus municipalibus & dari, & adimi hereditates * pos- 24
sint, & quoquo modo legislatoribus placuerit, immutari: quoniã ea quæ iuris ciuilis sunt, contrario municipũ iure eorum arbitratu subuerti possunt[h]. Qua ratione

a l. ij. vbi Bart. de fi. here. pet.

b Alex. cõsi. xciiij. in ij.

c d. §. filio. l. cũ heredes. de acquiren. posses.

d Dec. cõsil. lxix.

e l. ij. §. seu ti. de heredi. vendi. Aret. cõsi. cxlviij. Angel. xxx.

f l. testamen ti factio. de testamen.

g l. j. C. de hered. instit.

h Alex. cõsi. .. in ii. in fi.

25 tione cùm † supremus princeps spuriũ filium instituis-
set, respondit Bal.[a] iure ei hereditatem deferri, quoniã
prohibitio successionis in spurio iuris ciuilis est, quæ à
principe potuit conuelli. Quod si is princeps legibus
solutus non esset[b], aliud dicẽdum fuerat. Eadem ratio-
26 ne † & illud receptius est, posse legem municipalem fi-
liis, vel parentibus legitimam ex Iustiniani cõstitutio-
ne debitam auferre, quoniam institutionis titulo præ-
statur, & hereditatis pars est: vsque verò ad alimento-
rum summã non posse[c], cùm iure naturæ ea debeãtur,
quod ciuilibus sanctionibus immutari nequit. Quo-
27 circa etiam deportato * alimenta relinquenda sunt: ea
enim in publicationem bonorum non rediguntur[d].
Hinc quoque à plerisq; illud deducitur, in foro, quod
28 cõscientiæ vocant, † heredem tametsi inuentarium nõ
confecerit, vltra vires hereditarias non obligari: iure
enim ciuili obligatur, quia personã defuncti repræsen-
tat[e]: at iure naturali, vel diuino heres non ideo tene-
tur, quòd autoris personam sustineat, sed quia ad eum
bona peruenerunt, meritò eatenus solùm obligabitur,
quatenus peruenerint[f]: quæ sententia receptissima
est. Eum enim qui repertorium non fecerit, idcirco
lex insolidum obligat, quòd subtraxisse hereditarias
29 res * præsumit: at in foro conscientiæ præsumptiones
huiusmodi legum nullius momenti sunt, soláque veri-
tas obseruatur. Quapropter si constet legatarios, cre-
ditorésve veritatis huius conscios esse, eo in foro non
vltrà consequentur, quàm ad heredem peruenerit.

a Bal. consi. cclxii. in 1.
b Bal. consi. ccclxi. in v.
c Doct. c. Raynutius. de testamẽ.
d l. legatũ. de cap. dimi.
e l. fin. C. de iure deliber.
f in d. rubri.

SVMMÆ.

1 *Vsusfructus genera: vnum esse verius. 2.*
3 *Vsusfru. legato fundo, diuiduus.*
5 *Vsufru. legato proprietatem ex causis intelligi.*
6 *Vsusfru. ex causis inseparabilis.*
8 *Vsusfruct. causalis & formalis discrimen.*
9 *Legis, Rectè. sensus.*
11 *Seruitutes ex causa accepto ferri nequeunt.*
13 *Legem iiii. de vsufru. explicari.*

LEX XXV.

RECTE. Duplicem † esse usumfructum nostrates 1
Doctores prodiderunt, eum, qui seruitus sit, quem formalem appellant, isque nullo modo ad dominum rei pertinet: quia cùm de seruitutum specie sit, seruire illi res sua non potest[a], aliũ qui causam dominij habeat, vnde causalis dicitur, commoditas enim ea domini est, vt re sua vtatur, fruatúrve. Sed ego hac commoditatem † non memini in iure legisse propriè 2
vsusfructus nomine appellari: quamuis enim lex[b] eũ, qui fundum, deinde vsumfructum stipulatus sit ei similem dicat, qui totum, deinde partem stipulatus est, non tamen de hoc vsufructu intelligi potest, qui non similis parti, sed verè domini pars est: vnde de seruitute accipiendum est, quæ in eo est similis parti, quia integram vtilitatem nõ adfert, diuersáque est ab eo fundo: ideóque ea stipulatio, vt aliqui existimant[c], valet, tametsi qui totum, deinde partem stipulatur, secunda stipulatione nihil agat. Non tamen negauerim aliquam similitudinem inter hanc domini commoditatem, & vsumfructum esse. Quapropter si tibi † fundum, alteri eius fundi vsumfructum legauero, vsusfructus iste cõmunicabitur[d], & tu fructuum dimidij fundi perceptionem, alter dimidij vsumfructum habebit. Eadem quoque ratione factum est, vt quandoque alter alteri accrescat: vt si, liberis * heredibus institutis, vsumfructum fundi vxori cum liberis legauero: nam in liberorum persona vsusfructus tanquam seruitus non constabit: cùm enim sint heredes & domini, illi res sua non seruit: & tamen mortuis liberis accrescet vsusfru. vxori, & econuerso, mortua vxore, accrescet filiis[e]. Cùm ergo etiam dominus vsumfru. causæ ipsi, id est, dominio cohærentem habere dicatur, † plerunque accidit, vt vsusfructus appellationem de proprietate intelligamus: vt si, legato vsufructu, prohibeat testator alienationem[f]: nam de proprietate eum intellexisse prohibitio alienationis arguit. Idem, si is, cui vsusfr. pecuniæ legatus est, grauetur alteri restituere: cùm enim ipse, nõ heres, restituere grauatus sit,

a l. vti frui. suprà si vsufruct. peta.

b l. qui vsum fru. suprà de verb. oblig.

c Raph. ibi.

d l. si alii. suprà de vsufru. lega.

e l. si mulieri. de vsu. ac.

f l. Proculus. de vsufr.

6 verisimile est de proprietate actum[a]. Idem si re †legata, modus additus sit vt ea legatarius vti possit[b]. quod & in donatione obseruatur[c]: cùm enim res ad vsum donatur, non fit ea interpretatio, vt ab vsu proprietas separata censeatur. Sed & si duo instrumenta exhibeantur, quorum altero habere proprietatem, altero
7 vsumfructum *dicat, non ideo inuicem aduersantia produxisse existimandus sum: quoniam de vsufructu causali (vt Iason & Socin. existimant[d]) intelligi potest.

8 DOMINIJ. Si de † causali accipimus, dubium non est esse partem, sicut paries pars est domus: vsusfructus enim ille vnà cum proprietate plenarium dominij ius
9 constituunt. Sed Iurisconsultus † de formali hic intellexit, qui licet in se dominium habeat (fructuarius enim illius iuris dominus est[e]) non tamen quicquã habet commune cum eius rei dominio, in qua vsusfructus constitutus est, imò penitus ab eo dissidet: nec si-
10 mul esse *possunt. Quapropter si in libello actor se dominum dixerit, & de vsufructu tantùm probet, obtinebit[f], quia interpretabimur, eum de ipsius vsusfructus dominio intellexisse: sed si fundi dominium dixerit, non obtinebit: quod plerique adserunt: & ego generaliter verum esse probauerim: quoniam aliàs reus rectè certioratus non esset[g].

11 SERVITVTIS. Quapropter † qui fundum stipulatus vsumfructum accepto tulit, nihil agit[h]: quoniam hæc acceptilatio de re, vel parte rei nõ est: quod & in qualibet alia seruitute procedit: differentia tamẽ est aliqua: quoniam vsusfructus portionis instar obtinet[i], quod in cæteris seruitutibus non est: & ideo lex ait,
12 in multis casibus vsumfructum *partem dominii esse[k],
13 quod intelligendum † per interpretationem, nõ quòd verè pars dominii sit. fit autem hæc interpretatio suadente æquitate, vt in fideiussore pro eo vsumfructum promittẽte, qui proprietatem dare obligatus sit[l]: iniquum enim esset, deciperetúrque creditor, qui solius rei fidem sequi noluit, si ex hac subtilitate fideiussoris obligatio nulla esset. Idem si alia ratione verisimile fit
14 à partibus id actũ[m], vt vsusfructus *pars dominii sit.

a l. fin. de vsufr. ear. rer.
b l. species. de aur. & ar.
c l. donationes. §. j. de donat.
d d. l. qui vsumfruct.
e d. l. vti frui.
f Alexan. §. nihil cómune naturaliter. de acqui. possession.
g l. 1. de edẽ.
h l. & per iusiurandum, de acceptil.
i l. cũ filius. §. dominus. de legat. ij.
k l. Mæuius. §. fundo. eo. tit.
l z l. iuu. de vsufru.
l l. si à reo. §. ii. suprà de fideiussor.
m d. l. Mæuius.

SVMMÆ.

1 *Pars seiuncta totum dici partémve.* 2.
3 *Partem voluntate constitui.*
4 *Partem vendit, seiungitque socius.*

§. QVOD QVINTVS. Sententia † Mutij fuit, vt qui
pro diuiso possideret, nō partem possidere, sed totum 1
diceretur. Seruius etiam hoc † casu appellari partem
posse dicit: quod dubium non est, si ad id tempus rela- 2
tio habeatur, quo adhuc nihil diuisum erat[a]. Idem, si
in re, † cuius constitutio à domini voluntate pen-
deat, appareat eum velle, vt pars sit[b], cuius rei exem- 3
plum in fundo accipi potest. Quapropter constat vnū
fundum dici, qui pro diuiso à pluribus possideatur, si
ita ipsi velint[c]. Idem in domo, vt si tu cœnacula om-
nia, ego inferiora possideam: erit enim vna domus[d].
Sed dubitari potest, si ex lege municipali, † qui partem
domus habet, inconsulto socio vendere prohibeatur, 4
an constructo pariete, partem suam separare possit, vt
non pars, sed alia domus videatur? Et posse ego existi-
mauerim, nec in hoc Seruij sententia nobis aduersa-
tur, quæ tunc non procedit, cùm partium voluntas
reclamat[e], legísque ratio non repugnat. Sanè & † fun-
dum, cuius pars pro *indiuiso sit mea, fundum meum 5
appellare possum[f], cùm iuris intellectu non diuisione
corporum in eo partes habeam[g].

a l. insulam. in fi. de acq. re. do.
b l. Caius. de lega. ij.
c Bar. l. stip. non diuidū. §. quæstio. de verbor. obli.
d Alex. cons. xxiiij. in iiij.
e l. magis. §. fin: de rebus cor.
f l. pupillus. in fine. infrà eod.
g d. l. Maenius. §. duorum.

SVMMÆ.

1 *Partum furtiui, nisi ex causis, vsucapi.*

LEX XXVI.

PARTVM. Cùm partus † rei furtiuæ pars non sit, 1
sequitur vt vsucapi à bonæ fidei possessore possit[h]:
quod intelligendum est, nisi apud furem cōceptus sit[i]:
matrem *enim contrectando, & eum contrectasse, qui 2
eius viscerum portio est, videtur: quod in furis herede
non est[k]: licet ipse propter authoris* sui malam fidem
vsucapere nequeat[l]: tollitúrque hinc illa dubitatio, cu- 3
ius innominatus poeta apud Græcos Diodorum iuris-
peritum illudens, meminit hoc epigrammate:

h l. qui vas. §. si ancilla. de furt.
i l. si aliena. §. fin. de vsucap.
k l. si ego. §. partus. de public.
l l. sequitur. §. heres. de vsucap.

Putoræ

Ῥήτορα πρὸς διόδωρον ἀνὴρ δειλαῖος ἀπελθὼν,
  Ἤρετό μιν ποίης ἀμφὶ δικασπολίης.
Ἡμετέρη θεράπαινα φεύγεν ποτὲ, τὴν δέ τις εὑρὼν,
  Ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάτριν ἐπιστάμενος.
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι, τέκεν δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
  Καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι;
Ὃς δ' ὅτε μερμήριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
  Εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον,
Ἢ σοὶ ἢ τῷ ἑλόντι τεὴν θεράπαιναν ἀνάγκη,
  Δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξερέεις.
Δίζεο δ' εὐμενέοντα δικασπόλον, αἶψα δ' ἀποίσῃ
  Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγοις.

Quod epigramma vtcũque Latinè reddidimus, quo eius ſenſus qualicunque lectori ſit apertior.

Rhetora vir quondam pauper Diodoron adiuit,
Sciret vt hac ſpecie quid ſibi iura velint.
Serua mihi aufugit, captam quam repperit olim
Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam.
Atque ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellos
Edidit, ánne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa volumina, tandem
Suſtulit hac vetulum voce ſupercilium:
Hoc opus eſt vernas tibi vel ſeruire, vel illi
Qui tenet ancillam non ſine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex ſit amicus, dummodo iuſtam
Cauſam habeas, punctum protinus omne feres.

SVMMÆ.

3 *Agri acceptio multiplex.*

LEX XXVII.

1 AGER. Ager* ab agendo dicitur M. Varroni: ſicut
2 villa, domus ruſtica, à vehẽdo, *quòd in eam fru-
3 ctus arborum vehantur. Ex mente † tamen teſtatoris quandoque fit plenior interpretatio. Paulus receptarum ſententiarum [a] lib. iii. Villis (inquit) vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit. Barto. villam dicit quæ ſine muris ſit. Subdunt alii, quaſi vallem vallatam

a titu. ix. de vſufru.

LEX XXIII.

REI APPELLATIONE. Accursius † ita intelligit, vt qui rei mentionem facit, etiam de eius causis, iuribúsque intellexisse credatur, veluti cùm quis generaliter res suas petat: quod exemplum in supplicatione principi porrecta procedere potest: item in libello † qui in iudicio vniuersali, generalíve datus sit, vt † in petitione hereditatis, tutelæ, vel pro socio actione [a], alioquin in particulari iudicio libellus generalis, parte opponente, non valet. Nunquid ergo si fundū petierim, ei quoque debitas seruitutes petiisse videar? & si petitus sit cum his quæ ad eum pertinet, dubium non est etiam de seruitutibus actum, & de his omnibus quæ ex consuetudine rei emptæ solent accedere [b]. Si verò simpliciter fundus petitus est, aut per actionem personalem, & seruitutes non debentur: cùm enim ius id in re sit, actione personali consequi illud non possumus. Aut per rei vendicationem, & verius est deberi [c]. Aut non constat quæ actio sit intentata, & humanius est etiam de seruitutibus actum intelligi, vt hic habetur, nec dissentit Bald. [d] Nam & rem vendens, eam cum seruitute † imposita distraxisse existimatur [e]: & rei præscriptio ad seruitutes quoque, huiusmodíque accessiones trahitur [f], quod & de eius interruptione dicendum est [g]. Alij hanc legem aliter * interpretantur, vt appellatione rei contineantur causæ, id est, dominia: vt si quis rem legat, eius dominium legasse videatur, si est dominus, alioquin id ius quod in re habet [h]: quem sensum si reciperemus, naturam suam coniunctiua non seruaret.

1
2
3
4
5
6

a glo. l. j. supra de eden.

b Innoc. in c. cū ad sedem. de rest. spoliat.

c l. via. §. si fundum. suprà de ser. rustic.

d l. ij. de cōdit. instit.

e si aqua. de cōtra. empt.

f l. si aliena. §. hoc iure. de vsucap.

g l. fin. C. de ann. exc.

h l. si domus. in fi. suprà de leg. j.

SVMMÆ.

2 *Legis. Nihil. sensus multiplex. verior. 5. 1. 3.*
8 *Hereditas ad res referenda.*
9 *Hereditas vniuersum respicit & vacat.*
11 *Testetur alienare vetitus.*
12 *Hereditas etiam sine corporibus subsistit.*
15 *Hereditate ex cinsus fratri succedet*

16 *Here-*

16 *Hereditas dicitur etiam adita, idque ex causis.* 18.
22 *Hereditatem iurisgentium, & ciuilis esse.*
26 *Hereditas spurijs ex causa dabilis.*
27 *Legitimam tolli statuto: in alimentis contrà.*
28 *Heredem non facto inuentario eorum, quæ habuit, solùm foro potest teneri.*

LEX XXIIII.

NIHIL. Refertur hîc hereditatis definitio, quam
ita plerique intellexerunt, vt post defuncti mor-
tem ante aditam hereditatem quoddam ius interim
1 subrogari existimarint, quod loco defuncti * succedit
eúmque repræsentat, id hereditatem appellari [a]. Ex- a Bart rub.
2 ponitur † itaque hic successio, id est, ius succedens. de acq. her.
Sed vix est vt hanc ego interpretationem simpliciter
3 approbem: dictio enim verbalis, successio * rem ipsam
in vim nominis significat: non autem ad participium
refertur, quod vim verbi assumit, vt Grammatici tra-
diderũt. Etymologia quoque huic sentẽtiæ repugnat:
4 cùm enim heres idem sit * quod dominus [b] sequitur, b §. fin. Inst.
5 vt hereditas † sit rerum ipsarum dominium, non au- de hered.
tem ius succedens. Idem etiam ex eo cõfirmatur, quod qualit.
hereditas p quotas partes in rebus diuisionẽ recipit [c], c l. seruum.
quæ vix est, vt congruè iuri huic succedenti quadrare §. fin. de he-
possit: cùm enim diuisio illa de re ipsa dicatur, conse- red. instit.
quens est, vt & quod integrum est, ad eam rem refe-
ratur. Nam & si ius hoc succederet, non in multis, sed
6 generaliter * hereditas personam defuncti sustinere
debere [d], & tamen in his quæ facti sunt, non sustinet, d l. heredi-
nempe quia quæ facti sunt [e]. Ad res igitur potiùs re tas. de acqui.
ferenda est definitio. Accedit hîc, quòd Iurisconsultus [f], rer. domin.
7 cùm de hereditate ad bonorum possessionem * argu- e l. vsufruct.
mentatus esset, bonáque definiret, successionem dixit de stipu. ser.
8 esse vniuersalem in ius mortui. Vnde † credendum non f l. iij. de ho-
est, eadem verba hic de iure succedente, alibi de rebus nor. possess.
ipsis intelligi. Na & veteres Iurisconsulti hereditatem
in rebus ipsis intellexerunt, quod ex ea finitione appa
ret, quam M. Cicero ad Trebatium in Topicis refert:
Hereditas (inquit) est pecunia quæ morte alicuius ad

consulto Tertulliano hereditatem[a] ex vi nominis dici Iurisconsultus ait, quæ addita semel fuit, licet deinde in integrum heres restitutus fuerit. Idem & in plurimis legibus probatur, quibus hereditatē vendi, cedi, restitui dicitur, & de adita intelliguntur, absurdúmque esset toties impropriè loquutos Iurisconsultos credere. Ciceronis quoque definitio, etiam si adita sit hereditas, locum sibi videtur vendicare. Sed ego à creberrima nostratium sententia recedendum non arbitror, quæ tamen quibusdam casi-
18 bus declaranda sit. Et in primis plerunque in † iure hereditas appellatur ἀναφορικῶς ad id quod fuit[b], licet amplius non sit: quod autem per relationem dicitur, figuratè dicitur, nec figura omnino à proprie-
19 tate dissidet. Sic & quandoque insulam * dicimus[c], quæ non est, sed quæ insula fuit. Item propter adiunctū grauamen, vt possit de eo secundū legis dispositionē prouideri, adita hereditas nomē hereditatis seruat, quod in suprascripto legis falcid. exēplo apparet. Rursus quoties de hereditate ipsa disponendum est, vel iussu legis, vel quòd ita ex vsu fit[d], de adita intelligemus: antè enim, quàm adeatur, de ea disponere hæres non potest. Quapropter cùm Mediolani
20 sit lex, ne * vlla mulier cum hereditate extra territorium nubat, de adita intelligetur, alioquin non cum hæreditate nuberet, sed cū adeundi iure[e]: præpositio enim illa, Cùm, de habente intelligitur. Adde quòd ratio legis hoc suadet, ne facultates ciuium in alienigenas transferantur, cùm & alioquin facilimè eluderetur lex, si ante aditam hereditatem nubere non posset[f]. Atqui contrarium ex vi verborum videretur dicendum, ante aditam scilicet nubere non prohiberi: verba enim legis cum hereditate dicunt, non cum iure adeundi[g]. Sed tamen & hoc casu legi locum esse vero propius est, tum ex vulgari loquendi vsu, quo eam habere hereditatem dicimus, quam adire, quo-
21 ties velit, potest, cùm idem existimetur, siue quis * habeat[h], siue habere statim possit: tum quia ius adeundi modus est per quem hereditas acquiritur: vnde prohibito effectu[i], modus quoque vetitus censeri

a l. j. §. si quis adita. ad Tertul.

b arg. l. item præto. §. i. de suis & legitimis.

c l. insula. de acquiren. rer. dom.

d Bald. cons. cccxciii. in v.

e Doct. d. §. veteres. in l. j. de pecul.

f c. si ciuitas. de sent. exc. in vj.

g Socin. d. cós. 75. in iii.

h Ang. l. itē. § petitum. de petit. here.

i l. oratione. de ti.

debet. Et hinc sumitur etiam alia declaratio, vt, scilicet, ex communi vsu loquendi hereditatem dicamus, etiam quæ adita sit. Sunt qui idem existiment, etiam si adita sit, dum tamen rerum hereditariarum possessio adhuc non fuerit apprænsa: propriè enim tum hereditatem dici, idque eo argumento, quòd lex hereditatis petitionem tum aduersus possessores concedat[a]. Qua ratione proditum est, eam formulam non competere ei, qui semel possessionem apprænderit, sicut nec ei quorum bonorum[b] interdicto prætore succurrere. Sed ipse non arbitror rerum apprænsione significationem hereditatis variari, cùm per solam aditionẽ patrimonio heredis accrescat, dominiúmque statim transferatur[c]. Illud generaliter fatendum, quoties coniectura aliqua suadeat, de adita actum esse, semper eam interpretationem accipiendam, dum titulo hereditario acquisita sit: quod in proposita specie existimaui. Legauerat testator omnem hereditatem patris, & matris sibi obuentam: responderat Decius[d] de ea quoque actum censeri, quam in solutum à fratre acceperat. Ego contra, cùm titulo hereditario[e] eam non acceperit, sed ex contractu. Ex eadem quoque definitione creditur iuris ciuilis hereditatem esse, cùm hoc à lege inductum sit, vt id ius ipsi defuncto succedere censeatur. Sunt tamen qui potius iuris gentium successiones esse existiment, cùm in Biblijs, & apud Diog. Laertium appareat vsum testamentorum apud alias gentes, quàm Romanos fuisse, & ex eis hereditates deferri solitas.
22 Sed eò † deuentum est, vt existimemus origine[f] quidem tam testamenta quàm hereditates gentium iuris fuisse, naturalíque ratione, & æquitate inductas. Sed cùm deinde Quiritium legibus alia testamẽtorum forma constituta sit, aliusque hereditatum deferendarum modus, iuris ciuilis esse cœperunt. Quapropter qui iura ciuilia amittunt, vt deportati,
23 * nullam testamenti factionem habent[g]. Hincque consequens est, vt legibus municipalibus & dari, & adimi hereditates
24 * possint, & quoquo modo legislatoribus placuerit, immutari: quoniã ea quæ iuris ciuilis sunt, contrario municipũ iure eorum arbitratu subuerti possunt[h]. Qua ratione

a l. ij. vbi Bart. de fid. here. pet.

b Alex. cõsi. xciiij. in ij.

c d. §. filio. l. cũ heredes. de acquiren. posses.

d Dec. cõsil. lxix.

e l. ij. §. sieuti. de heredi. vendi. Aret. cõsi. cxlviij. Angel. xxx.

f l. testamenti factio. de testamen.

g l. j. C. de hered. instit.

h Alex. cõsi. ... in ij. in fi.

25 tione cùm † supremus princeps spuriū filium instituis-
set, respondit Bal.[a] iure ei hereditatem deferri, quoniā a Bal. consi.
prohibitio successionis in spurio iuris ciuilis est, quæ à cclxii. in 1.
principe potuit conuelli. Quòd si is princeps legibus
solutus non esset[b], aliud dicēdum fuerat. Eadem ratio- b Bal. consi.
26 ne † & illud receptius est, posse legem municipalem fi- cccix. in v.
liis, vel parentibus legitimam ex Iustiniani constitutio-
ne debitam auferre, quoniam institutionis titulo præ-
statur, & hereditatis pars est: vsque verò ad alimento-
rum summā non posse[c], cùm iure naturæ ea debeātur, c Doct. c.
quod ciuilibus sanctionibus immutari nequit. Quo- Raynutius.
27 circa etiam deportato* alimenta relinquenda sunt: ea de testamē.
enim in publicationem bonorum non rediguntur[d]. d l. legatū.
Hinc quoque à plerisq; illud deducitur, in foro, quod de cap. dimi.
28 cōscientiæ vocant, † heredem, tametsi inuentarium nō
confecerit, vltra vires hereditarias non obligari: iure
enim ciuili obligatur, quia personā defuncti repræsen-
tat[e]: at iure naturali, vel diuino heres non ideo tene- e l. fin. C. de
tur, quòd autoris personam sustineat, sed quia ad eum iure deliber.
bona peruenerunt, meritò eatenus solùm obligabitur,
quatenus peruenerint[f]: quæ sententia receptissima f in d. rubri.
est. Eum enim qui repertorium non fecerit, idcirco
lex insolidum obligat, quòd subtraxisse hereditarias
29 res* præsumit: at in foro conscientiæ præsumptiones
huiusmodi legum nullius momenti sunt, soláque veri-
tas obseruatur. Quapropter si constet legatarios, cre-
ditorésve veritatis huius conscios esse, eo in foro non
vltrà consequentur, quàm ad heredem peruenerit.

SVMMÆ.

1 *Vsusfructus generis: vnum esse versus. 2.*
3 *Vsusfru. legato fundo, diuiduus.*
5 *Vsufru. legato proprietatem ex causis intelligi.*
6 *Vsusfru. ex causis inseparabilis.*
8 *Vsusfruct. causalis & formalis discrimen.*
9 *Legis, Rectè. sensus.*
11 *Seruitutes ex causa accepto ferri nequeunt.*
13 *Legem vni. de vsufru. explicari.*

LEX XXV.

RECTE. Duplicem † esse vsumfructum nostrates • Doctores prodiderunt, eum, qui seruitus sit, quem formalem appellant, isque nullo modo ad dominum rei pertinet: quia cùm de seruitutum specie sit, seruire illi res sua non potest[a], aliũ qui causam do minij habeat, vnde causalis dicitur, commoditas enim ea domini est, vt re sua vtatur, fruatúrve. Sed ego hac commoditatem non memini in iure legisse propriè 2 vsusfructus nomine appellari: quamuis enim lex[b] eũ, qui fundum, deinde vsumfructum stipulatus sit ei similem dicat, qui totum, deinde partem stipulatus est, non tamen de hoc vsufructu intelligi potest, qui non similis parti, sed verè domini pars est: vnde de seruitute accipiendum est, quæ in eo est similis parti, quia integram vtilitatem nõ adfert, diuersáque est ab eo fundo: ideóque ea stipulatio, vt aliqui existimant[c], valet, tametsi qui totum, deinde partem stipulatur, secunda stipulatione nihil agat. Non tamen negauerim aliquam similitudinem inter hanc domini commoditatem, & vsumfructum esse. Quapropter si tibi † fun- 3 dum, alteri eius fundi vsumfructum legauero, vsusfructus iste cõmunicabitur[d], & tu fructuum dimidij fundi perceptionem, alter dimidij vsumfructum habebit. Eadem quoque ratione factum est, vt quandoque alter alteri accrescat: vt si, liberis * heredibus institu- 4 tis, vsumfructum fundi vxori cum liberis legauero: nam in liberorum persona vsusfructus tanquam seruitus non constabit: cùm enim sint heredes & domini, illi res sua non seruit: & tamen mortuis liberis accrescet vsusfru. vxori, & econuerso, mortua vxore, accrescet filiis[e]. Cùm ergo etiam dominus vsumfru. causæ ipsi, id est, dominio cohærentem habere dicatur, † plerunque accidit, vt vsusfructus appellationem 5 de proprietate intelligamus: vt si, legato vsufructu, prohibeat testator alienationem[f]: nam de proprietate eum intellexisse prohibitio alienationis arguit. Idem, si is, cui vsusfr. pecuniæ legatus est, grauetur alteri restituere: cùm enim ipse, nõ heres, restituere grauatus sit,

a l. vti frui. suprà si vsufruct. peta.

b l. qui vsum fru. suprà de verb. oblig.

c Raph. ibi.

d l. si alii. suprà de vsufru. lega.

e l. si mulieri. de vsu. ac.

f l. Proculus. de vsufr.

6 verisimile est de proprietate actum[a]. Idem si re † legata, modus additus sit vt ea legatarius vti possit[b], quod & in donatione obseruatur[c]: cùm enim res ad vsum donatur, non fit ea interpretatio, vt ab vsu proprietas separata censeatur. Sed & si duo instrumenta exhibeantur, quorum altero habere proprietatem, altero
7 vsumfructum * dicat, non ideo inuicem aduersantia produxisse existimandus sum: quoniam de vsufructu causali (vt Iason & Socin. existimant[d]) intelligi potest.

a l. fin. de vsufr. ear. rer.
b l. species. de aur. & ar.
c l. donationes. §. j. de donat.
d d. l. qui vsumfruct.

8 DOMINIJ. Si de † causali accipimus, dubium non est esse partem, sicut paries pars est domus: vsusfructus enim ille vnà cum proprietate plenarium dominij ius
9 constituunt. Sed Iurisconsultus † de formali hic intellexit, qui licet in se dominium habeat (fructuarius enim illius iuris dominus est[e]) non tamen quicquã habet commune cum eius rei dominio, in qua vsusfructus constitutus est, imò penitus ab eo dissidet: nec si-
10 mul esse * possunt. Quapropter si in libello actor se dominum dixerit, & de vsufructu tantùm probet, obtinebit[f], quia interpretabimur, eum de ipsius vsusfructus dominio intellexisse: sed si fundi dominium dixerit, non obtinebit: quod plerique adserunt: & ego generaliter verum esse probauerim: quoniam aliàs reus rectè certioratus non esset[g].

e d. l. vti frui.
f Alexan. §. nihil cómune naturaliter. de acqui. possession.
g l. 1. de edē.

11 SERVITVTIS. Quapropter † qui fundum stipulatus vsumfructum accepto tulit, nihil agit[h]: quoniam hæc acceptilatio de re, vel parte rei nõ est: quod & in qualibet alia seruitute procedit: differentia tamẽ est aliqua: quoniam vsusfructus portionis instar obtinet[i], quod in cæteris seruitutibus non est: & ideo lex ait,
12 in multis casibus vsumfructum * partem dominii esse[k],
13 quod intelligendum † per interpretationem, nõ quòd verè pars dominii sit. fit autem hæc interpretatio suadente æquitate, vt in fideiussore pro eo vsumfructum promittẽte, qui proprietatem dare obligatus sit[l]: iniquum enim esset, deciperetúrque creditor, qui solius rei fidem sequi noluit, si ex hac subtilitate fideiussoris obligatio nulla esset. Idem si alia ratione verisimile sit
14 à partibus id actũ[m], vt vsusfructus * pars dominii sit.

h l. & per iusiurandum, de acceptil.
i l. cũ filius. §. dominus. de legat. ij.
k l. Mæuius. §. fundo. eo. tit.
lz l. vni. de vsufru.
l l. si à reo. §. ii. suprà de fideiussor.
m d. l. Mæuius.

SVMMÆ.

1 *Pars seiuncta totum dici partémve.* 2.
3 *Partem voluntate constitui.*
4 *Partem vendit, seiungítque socius.*

§. Qvod qvintvs. Sententia† Mutij fuit, vt qui
pro diuiso possideret, nō partem possidere, sed totum 1
diceretur. Seruius etiam hoc † casu appellari partem
posse dicit: quod dubium non est, si ad id tempus rela- 2
tio habeatur, quo adhuc nihil diuisum erat[a]. Idem, si
in re, † cuius constitutio à domini voluntate pen-
deat, appareat eum velle, vt pars sit[b], cuius rei exem 3
plum in fundo accipi potest: Quapropter constat vnū
fundum dici, qui pro diuiso à pluribus possideatur, si
ita ipsi velint[c]. Idem in domo, vt si tu cœnacula om-
nia, ego inferiora possideam: erit enim vna domus[d].
Sed dubitari potest, si ex lege municipali, † qui partem
domus habet, inconsulto socio vendere prohibeatur, 4
an constructo pariete, partem suam separare possit, vt
non pars, sed alia domus videatur? Et posse ego existi-
mauerim, nec in hoc Seruij sententia nobis aduersa-
tur, quæ tunc non procedit, cùm partium voluntas
reclamat[e], legísque ratio non repugnat. Sanè & † fun-
dum, cuius pars pro *indiuiso sit mea, fundum meum 5
appellare possum[f], cùm iuris intellectu non diuisione
corporum in eo partes habeam[g].

a l. insulam. in fi. de acq. re. do.
b l. Caius. de lega. ij.
c Bar. l. stip. non diuidū.). quæstio. de verbor. obli.
d Alex. cons. xxiij. in iiij.
e l. magis. §. fin: de rebus cor.
f l. pupillus. in fine. infrà eod.
g d. l. Mænius. §. duorum.

SVMMÆ.

1 *Partum furtiui, nisi ex causis, vsucapi.*

LEX XXVI.

Partvm. Cùm partus † rei furtiuæ pars non sit, 1
sequitur vt vsucapi à bonæ fidei possessore possit[h]:
quod intelligendum est, nisi apud furem cōceptus sit[i]:
matrem *enim contrectando, & eum contrectasse, qui 2
eius viscerum portio est, videtur: quod in furis herede
non est[k]: licet ipse propter authoris* sui malam fidem
vsucapere nequeat[l]: tollitúrque hinc illa dubitatio, cu- 3
ius innominatus poeta apud Græcos Diodorum iuris-
peritum illudens, meminit hoc epigrammate:

h l. qui vas. §. si ancilla. de furt.
i l. si aliena. §. fin. de vsucap.
k l. si ego. §. partus. de public.
l l. sequitur. §. heres. de vsucap.

Πιτυρα

Ῥήτορα πρὸς διόδωρον ἀνὴρ δειλαῖος ἀπελθὼν,
Ἤρετό μιν ποίης ἀμφὶ δικασπολίης.
Ἡμετέρη θεράπαινα φεύγεν ποτὲ, τὴν δέ τις εὑρὼν,
Ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάτριν ἐπιστάμενος.
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι, τέκεν δ' ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
Καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι;
Ὃς δ' ὅτε μερμήριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
Εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον,
Ἢ σοὶ ἢ τῷ ἑλόντι τεὴν θεράπαιναν ἀνάγκη,
Δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξερέεις.
Δίζεο δ' εὐμενέοντα δικασπόλον, αἶψα δ' ἀποίσῃ
Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγοις.

Quod epigramma vtcũque Latinè reddidimus, quo eius sensus qualicunque lectori sit apertior.

Rhetora vir quondam pauper Diodoron adiuit,
Sciret vt hac specie quid sibi iura velint.
Serua mihi aufugit, captam quam repperit olim
Nescio quis, famulam conscius esse meam.
Atque suo iunxit seruo, quæ fœta puellos
Edidit, anne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa volumina, tandem
Sustulit hac vetulum voce supercilium:
Hoc opus est vernas tibi vel seruire, vel illi
Qui tenet ancillam non sine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex sit amicus, dummodo iustam
Causam habeas, punctum protinus omne feres.

SVMMÆ.

3 *Agri acceptio multiplex.*

LEX XXVII.

1 AGER. Ager* ab agendo dicitur M. Varroni: sicut
2 villa, domus rustica, à vehẽdo, *quòd in eam fru-
3 ctus arborum vehantur. Ex mente † tamen testatoris quandoque fit plenior interpretatio. Paulus receptarum sententiarum [a] lib. iii. Villis (inquit) vel agris separatim legatis, alterum alteri cedit. Barto. villam dicit quæ sine muris fit. Subdunt alii, quasi vallem vallatam

a titu. ix. de vsufru.

appellari, quod ridiculum,& ineptum est.Sanè & ager pro territorio vrbis, & quem Comitatum vulgò appellamus,accipitur. Quare nõ existimauerim agri Auenionensis dici castrum, cuius iurisdictio ad alios, quàm Auenionẽses pertineat,quamuis intra ipsorum fines constitutum sit. Refertur & ager ad longitudinem,vt cùm dixit Horatius:

Mille pedes in fronte,trecentos cippus in agrum.

SVMMÆ.

1 *Stipendii nomina,modúsve.*
2 *Corn.Taciti explanatus locus.*
3 *Gallicorum tributorum æstimatio.*

§.Stipendium. Sic † merces militum dicitur,sicut & salarium: ea erat denarius in singulos dies Tacito lib.j.qui vnciæ argenti octaua pars est. Tributũ etiam appellari Pomponius ait:sed Tacitus lib.xx.tributum accipit,quod prouinciales ipsi præstant: stipendium, cùm militibus datur.Neque quies(inquit) gentium sine armis,neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Loquitur † autem de tributis Galliæ,quæ cũ à Iulio Cæsare in prouinciæ formam esset redacta,impositum illi vniuersæ fuit stipendium(Sestertij nota est Volusio Mætiano) H S.quadringenties,quæ † forma est decies centena millia aureorum,cùm hodie ter tantum de Frãcia, quæ Galliæ pars est,reges accipiant.Stipendiariæ * autem omnes prouinciæ [a] populi Rom.erant,Italia nõ erat,& si quæ vrbes ius Italicum haberent,vel fœderatæ essent.

1
2
3
4

a l.fina.C.sine cens. l. i. suprà de cẽs.

SVMMÆ.

1 *Alienationem varie accipi,eiúsque effectus, & ad quálibet dispositionem refertur.*
3 *Alienare vetita non pignoranda.*
4 *Dominij pignore translati argumenta.*
7 *Alienari vetita non,nisi ex causis, vsucapi.*
9 *Patientiam in vsucapione obesse.*
14 *Hereditatis & legati discrimen.*
16 *Repudians creditores,non fraudat:quandoque contrà.18.*
17 *Tit.qua in fraud.credi.explicari.*

[LEX

LEX XXVIII.

1 ALIENATIONIS. Alienationis † verbum latè patet: nam ad directi & vtilis dominii translationē, ad vsucapionem, ad pignoris nexum refertur[a], ídque siue à lege, siue in contractu, testamentóve prohibita sit[b]. Sed hoc quidam intelligunt, cùm id nominis lar-
2 gè sumitur, alioquin propriè alienationem * esse cùm directa dominia transferuntur[c]. Et ideo si in aliquo argumento odioso, vel pœnali, vel alioquin propriè accipiendo, alienationis mentio fiat, pignoris quod verisimiliter luendum sit nexus[d], vel hypotheca, vsusfru-
3 ctúsve cōstitutio nō prohibebitur[e]. Ergo & istis † casibus propriè alienationē fieri nō dubitauerim: cū enim de iure rei diminuatur, in aliúmque trāsferatur, quod translatum est negari non potest esse alienatum. Sed in
4 eo vertetur coniectura † an de huiusmodi translatione partes egerint, ídque ex ratione legis[f], vel causa cōtractus discernitur, ita vt in dubio à verbis non recedamus. Finge duos tyrannos ita cōuenisse, ne aliquid de territorio alterius in alterum alienari, acquirique possit, de iure hypothecæ interim actum non censebitur[g]: quoniam huius pactionis verisimile est eam fuisse rationem, quòd more aquilarum vicini esse nollent, quæ ratio in simplici hypotheca non procedit, nisi cū iure pignoris dominium impetraretur[h]. Quapropter
5 licebit creditori id ius * alteri cedere, ne verbis pactionis teneatur. Nam & prohibita alienatione, permutatio quandoque permittitur: cùm causa prohibitionis sola fuit, ne quis facultatibus laberetur[i]: cessat enim ratio, cùm tantundem ex permutatione cōsequuturus sit. Idem si rerum particularis affectio nulla fuerit[k]. Sed nunquid quod de alienatione dicitur, locum sibi vēdicet, si lex emptionis venditionísque verbo vtatur? Et idem esse traditum est [l], quoniam lex xii. ta-
6 bularum * emptionis verbo omnem alienationem complectitur[m]: sed in ea lege id erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariā emptionem, sicut & heredis institutio, & emancipatio celebrabatur[n]. Obseruabimus itaque, an ratio legis generaliter procedat,

a l. fin. C. de rebus alien.
b c. nulli. de rebus eccle.
c l. i. C. de fund. dot.
d l. qui habebat. de legat. ij.
e si non alienat. infrà titul. j.
f l. ex hoc. §. j. suprà de alie. iud. mut.
g l. in quorū. suprà de pigno.
h l. i. C. de iure domi. imper.
i l. fin. suprà de iure dot.
k l. peto. §. fin. de leg. ij.
l Bartol. d. l. in quorum.
m l. statuliber. §. Quintus. suprà de statuliber.
n l. fin. C. de præd. decur. lib. x.

vel in ea tantùm contractus specie[a].

Vsvcapionem. Quod tergo alienare prohibe- 7
mur, vsucapi quoque non poterit[b], vt nemo non fatetur. Sed quandoque non procedere videtur: nam minor alienare immobilia non potest, ea tamen hoc iure præscribi poterat[c]: in quo magna est altercatio. Ipse negauerim eorum alienationem simpliciter prohiberi: oratio enim diui Seueri solū se interdicere tutoribus & * curatoribus, ne ea distrahant sine causæ cogni 8
tione adserit[d]. Nec obest, quod adolescentes ipsi etiam alienare prohibeantur, quia hoc non est propter res ipsas introductum; sed quia in his que secum geruntur, præsumūtur propter facilitatem labi[e], quæ ratio in præscribente, qui nihil cum eis agit, locū non habet. Sanè & res litigiosa alienari non potest, & tamen præscribi potest[f]: quod ideo esse Accursius tradit, quoniā vitiū hoc rem ipsam nō adficit. Ego accepi, licet id vitium, perempta instantia duret, non tamen alienationem rei factam, irritam esse[g]. Quapropter nec præscriptionem. Et ex hoc consequens est, vt quibus casibus prohibitio alienationis non efficit, quò minus distractus valeat, vsucapio † quoque procedat[h]. 9

Vix est. Interpretatur enim lex, qui patitur vsucapi, * cum alienare: quæ interpretatio cùm ex 10
iuris antiqui æquiparatione proueniat, generaliter etiam in correctoriis locum habebit. Hinc est, quòd si * ex forma legis municipalis non possit sententia 11
dici nulla, nisi intra triduum, eo lapso, non poterit neque excipi, tanquam iurisdictio in iudice non esset: qui enim terminum labi permisit, magis ex facto suo, quàm ex iudicis sententia videtur exclusus, nec vlterius erit audiendus, vt Paul. Cast.[i] respōdit, cuius sententiam etiam alii probant.

Non vtendo. Alii codices, * abutendo: sed 12
communis lectio magis conuenit. Hincque argumentum sumitur, * idem esse siue expresse quis alienet, si- 13
ue tacitè per lapsum temporis: quandoque tamen tacita hæc alienatio efficacior est[k].

Non intelligitvr. Meritò lex † in hereditate 14
exemplum posuit, quoniam ea non nisi adeunti acquiritur:

a Ias. l. fina. C. de iure emphyteut.
b l. vbi. suprà de vsucap.
c l. fina. C. in quib. caus. in integ.
d l. j. suprà de rebus eorum.
e l. iii. C. de in integr. restit. mino.
f l. i. C. de long. tempo. præscriptio.
g Bar. l. censemus. C. de litig.
h l. ea lege. C. de condi. ob causam.
i Consi. 329. Alexan. 105. in 5. Calc. cōsil. xv.
k l. i. C. qui ad.

ritur: in legatis aliud est, quæ ipso iure in legatarij* dominium transeunt[a] vnde repudiat, dominium sibi iam quæsitum abdicat, meritò alienare censetur[b]. Sed finge Titio legatam quartam partem bonorum, cùm in hoc legato ipso iure dominium non transeat[c], repudians alienare non videbitur. In edicto tamen quo
16 prætor † in fraudem creditorum gesta reuocat, non comprændetur qui legatum repudiat [d], quoniam
7 alienationis verbo † prætor vsus non est, sed simpliciter non permittit fraudationem, quæ minimè interuenisse videtur in eo qui id repudiat, quòd ex concedentis intentione arbitrarium sibi fuit, acciperet, an non acciperet: nec enim hoc egit testator, vt creditoribus prodesset. Planè si quis † ex natura contractus
18 acquirere mihi teneatur, in eo quod dolo malo fecit, ne acquireret, condemnabitur[e]. Idem si non ex natura contractus teneatur, sed vt fraudi lex obuiam eat, in eius rei restitutionem aliquem grauauerit, quæ nō solùm peruenit, sed peruenire ad eum potuit[f].

19 Optionem. Quod prius* mente optauimus, re ipsa eligimus: quapropter promiscuè optio, electióque assumuntur.

a l. à Titio. de fur.
b l. magis. §. fundum. de rebus eor.
c l. si quis bonorum. de. legat. j.
d l. qui autē. quæ in frau. credit.
e l. ij. §. non tantùm. de hered. vend.
f l. sed si. §. perinde. suprà de petit. hered.

SVMMÆ.

2 *Oratio sine coniunctione, coniunctim accipienda.*

1 §. Oratio. Coniunctiua[1] dictio vtriusque rei con-
2 cursum requirit, disiunctiua alterutrius. Finge 1 ergo me ita stipulatum, *Titium, Pamphylum, Seium dabis?* si de mente contrahentium non constet, disiunctiuè deberi Iacobus sensit, vt ad minimam summam interpretatio redigatur. Accursius idem hoc casu arbitratur, vt aduersus eū, qui ea verba protulit, fiat interpretatio tametsi cessantibus coniecturis non neget ea cōiunctim prolata potiùs videri. Ipse à verbis nō recederem, quæ in coniunctam erunt: nam & simili casu quandoque
3 Accursius apponendum punctum affirmat,[2]* quod cōiunctionis loco sit.

SVMMÆ.

2 *Coniuncta quandoque disiungit.*

3 *Disiuncta plerunque iungunt.*
5 *Patre & filio institutis, illum solum succedere.*
8 *Obligationes ex aequo diuisa.*
9 *Legis, Coniunctionem, sensus.*

LEX XXIX.

CONIVNCTIONEM. Grammatici *coniunctionem 1
simpliciter vocant etiam quae disiuncta est: qua-
propter †Iustinianus[a], coniunctionem (inquit) Aut, 2
pro Et, accipi, vt videatur copulatiuo modo esse prola-
ta, vt magis sit συνάπτειν, vt & primam personam, &c.
Ita enim legendum, & vox Graeca ex antiquis codici-
bus restituenda: sicut vice versa rhetores disiunctam 3
orationem† vocant, etsi concursum enuntiatorum re-
quirat, dummodo κῶλα, id est, membra orationis sepa-
ratim proferantur: cuius rei Aquila Romanus autor
est. Sed Iurisconsulti aliter accipiunt, & disiunctionem
appellant, *quam vulgò alternatiuam dicimus, de qua 4
inferiùs latiùs dicetur.

PRO DISIVNCTIONE. Quapropter † si pa- 5
ter filium, & ex eo nepotes in potestate habens ita in-
stituat, *Filium & nepotes instituo*, Coniunctio naturam
suam non seruat: quoniam *ordo charitatis, adfectio- 6
nisque, neque non institutionis necessitas suadent, vt
donec pater viuat, filii non admittantur, sed ipse solus
heres sit, vt communiter traditum est[b]. quòd si neces-
sitas haec vel affectio nō subsit, à natura verborum nō
recedemus.

MEO. Atqui mentio heredis videtur superfluè ad-
di, cùm quis dari sibi stipulatur[c], vtique heredi * quo- 7
que stipulatur, imò si alteri ex heredibus tantùm stipu
lari vellet, non posset: quoniam cùm lex xii. tabular.
obligationes †aequis portionibus inter heredes diui- 8
dat, supra contingentem portionem censentur extra-
nei, & alteri extraneo nemo stipulari potest. Sanè illa
stipulatio, *Mihi heredique meo*, non semper disiunctiuè
accipitur, verùmque est Labeonis exemplum, † cùm in
stipulationem id deductum non est quod tractum ha- 9
beat, vt si mihi, heredi que meo centum promittas: sed
si per

[a] l. Cùm quidam. C. eod.

[b] l. Gallus §. j. suprà de lib. & posth.

[c] l. cum qui. §. j. suprà de verb. oblig.

si per te [a], heredémque tuum habere licere promittas, item per te heredémque tuum [b] vim non fieri, coniunctionis vim attendemus: infráque latiùs hæc attingentur.

a l. stipul. ista. §. j. suprà de verb.
b l. si sic stipulatus. in princi. suprà illo tit.

SVMMÆ.

1 *Arborum genera & discrimina. 4.*
2 *Caduatum arborum species.*
3 *Caduas non, nisi vsu, accipi.*
6 *Arboribus fructiferis, aut non caduis, non nisi ex causis vtendum: in emphyteusi contrà. 8.*
7 *Arbores grandes variè accipi.*
9 *Stirpium definitarum vsus.*
10 *Culmus quid.*
11 *Legem, Sylua. emendari, & explanari.*
12 *Spicilegium & racematio permissa.*

LEX XXX.

1 SYLVA. Arborum † aliæ fructiferæ sunt, aliæ cæduæ,
2 aliæ non cæduæ. Cæduas † esse hîc apparet, quæ excisæ repullulant, siue ab eodem stipite, siue ex stirpibus, vt salix, arundo, ornus, fraxinus, laurus, alnus, bætula, sambucus, populus, æsculus, quercùs [c], multæq́;
3 id genus species: quod † ita intelligendum est: si in eum vsum haberentur vt cæderentur, siue materiæ causa, seu lignorum [d]: alioquin, si in eum vsum habitæ non sint, ex prima, quæ hîc refertur, opinione, pro cæduis non erunt. Quid enim, si animi recreandi causa platanum, vlmum, fagum, fraxinum, ilicem educauerim? quid si syluam antiquam eandémque glandiferam habeam, quam nunquam cædere solitus sim, sed subulcis locare? an sola arborum cupressus non cædua erit, quia sola non repullulat? quod Aretinus & Picus [e] senserunt. Sed dubio procul malè. Inter hæc arborum
4 genera non leuis differentia est: † nam fructiferas fru-
5 ctuarius * non cædit [f], nisi vetustate consumptas [g].
6 quòd si vi † ventorum deiectæ sint, in vsum suum, vel villæ, si aliunde nõ habeat, accipere potest [h]: reliquum ei auferre extra agrum, ne solo officiant, permittitur [i], ad dominum tamen pertinebit. Cæduis verò sicut

c l. cùm manu. §. sylua. de contrahẽ. emp.
d l. item. §. si. de vsufru.
e rep. §. Titia. q. xxxvj.
f l. æquissimum. §. fructuarius. de vsufr.
g l. agri. eod. tit.
h l. arboribus. eod. tit.
i l. Proculus. eod. tit.

paterfamiliàs cædebat, vti, vel per frondatores ramos decutere potest, pedamentáque (sunt hi pali teretes vi-
a l. ex sylua. eod. tit. tium sustinendarum causa) conficere [a], & etiam alteri vendere. In non cæduis id solùm conceditur, quod pro ipsius vineæ vsu necessarium sit: dum fundus deterior ea causa non fiat, vel arbores grandes non sint: huiusmodi enim voluptatis causa solùm habentur,
b d. l. ex sylua. quam, decussa coma, amitterent [b]. Harum & M. Varro rei rusticæ lib. iij. cap. iiij meminit, † videtúrque gran- 7
des arbores intelligere, quæ in sylua cædua relinquuntur, nec vnà cum cæteris amputantur: possunt tamen etiam intelligi grandes arbores, quæ decacuminationem, (quam Græci ἀποκόπτω vocant) non ferunt: vt picea, pinus, abies, palma, addunt aliqui cupressum, & cedrũ. Quid si grandem arborem intelligamus, quã Græci ἀξιολογώτατον vocant, videlicet prægrandibus ramis, ordinatis, paribúsque numero, qualis fraxinus, sorbus, picea? In † conductore emphyteutáque aliud di- 8
cendum est: fructiferas enim demortuas vt lucretur,
c l. in fraudẽ. §. pen. de iur. fisc. substituere alias debet [c]: quod etiam in non cæduis opinor [d]: cæduas indistinctè cædit [e]: modo ex consue-
d l. diuortio. §. puto. solut. matri. tudine regionis, vel patrisfamiliàs locatoris, si aliud actum non præsumatur, accepto: nõ minus enim, quàm fructuarij horum est ius.

e d. l. cum manu. STIRPIBVS. Sunt stirpes* ferulæ, seu virgulta, quæ 9
de radicibus nascuntur: ea & germina dicuntur, hinc
f d. §. puto. & germinalis arbor [f]. Accursius quæ stirpes sunt pedamenta esse arbitratur, contra M. Varronis, & Columellæ, cæterorúmque antiquorum autoritatem.

STIPVLA ILLECTA. Culmus † est, cum spica non 10
collectus, sed in metendo derelictus, quem, cùm otiũ adest, rustici deinde metunt. Et quod dicitur † deiectæ, 11
melius quadraret relictæ secundo casu, quamuis & illud defendi possit. Sanè ex lege veteri, quæ in Deuteronomio habetur, præceptum est, † ne stipulam illectã, 12
oliuas relictas, racemósque remanentes dominus colligat, sed aduenæ, & pupillo, & viduæ permittat, vnde spicilegium, racemationémque facere possint: quod præceptum etiam in præsentia à plerisque obseruatur. Aduertendum tamen, ne non vacauerint, hic legen-

hæc consuetudo viget per totam ferè Hispaniam, et maximè in provincia Bethica, Hispaniarum fertilissima.

legendum sit, sed occauerint, quòd rustici primò messes faciant, deinde occent, fodiántque vineas, quo opere tanquam magis necessario perfecto, spicilegium faciant: solere enim post messes occari vineas, autor est Palladius lib. vij. & viij.

SVMMÆ.

1 *Noualem variè accipi.*

4 *Integra terra, non depasta.*

1 §. NOVALIS. Græci †νεαγλὼ (vel vt in pandectis Græcis νεαλλὼ) seu vt alij νίομα vocant: & duplici significatione accipitur, vt terra sit, quæ anno cessat, quod Paul. hic ait, itémque ager nunc primùm coli cœptus [a], cùm priùs sylua esset, vel alio modo incultus: atque ita etiam Hieronymus interpretatur [b]. Addit Appia-
2 nus lib. j. decimam * partem fructuum reipublicæ soli tam pendi pro vectigali eorum agrorum, qui deserti ad culturam redigerentur: hínceque apparet inculta lo-
3 ca * in dubio præsumi reipublicæ, nec fieri occupan-
4 tis quod & alij tradiderunt [c]. Sanè proscissa * dicitur terra, quæ primum aratrum experta est grandioribus glebis relictis, Catoni, Plinio, cæterísque.

a l. fin. in fin. de ter. mo.

b c. j. c. quid sit terra. eod.

c l. j. de acq. possess.

5 INTEGRA. Vt si quis †vendat terram integram, intelligetur nondum à pecore depastam: licet Accursius pascendi verbum hîc pro pinguefaciendi, contra rationem sermonis intellexerit [d].

d l. j. de glã. leg.

SVMMÆ.

2 *Caduca casum minantia.*

§. GLANS CADVCA, QVAE EX ARBORE CE-
1 CIDIT. Vnde interdictum * de glande legenda compe-
tit. Sanè hæc expositio ex proprietate sermonis non
2 est: quoniam caducus †nõ qui cecidit, sed qui facilè casurus est, ruinámque minatur, significat: vnde & paries caducus.

SVMMÆ.

2 *Pascentia pecora non nisi ex causis retineri, sed de damno agi.*

1 §. PASCVA SYLVA. In qua ius est * pascendi causa

pecora mittere. †Sed finge deprændisse me pecora vi- 3
cini in agro meo, quo iure mihi prouisum est? & lege Aquilia agendum est [a], non autem iure pignoris pecus retinendum, nisi illud diu aluerim [b], cùm dominum ignorarem: videtur enim, quia in rei vtilitatẽ alimenta versa sunt, eorum ratione retineri pecus posse [c].

a l. quamuis. ad leg. Aqui.
b l. hoc amplius. §. de his. de damno infect.
c l. si non fortem. §. si centum. suprà de condict. indeb.

SVMMÆ.

1 *Pratum fructu, constitutionéque sine impensa paratum.*
2 *Prato legato, etiam inculta contineri.*
4 *Arborum prato satarum cæsio ad id non referri.*

LEX XXXI.

PRATVM. Pratum †quasi paratum (vt Vlpianus) ad 1
fructuum perceptionem, vel (vt Varro) ad constitutionem: modico enim opere pratum fit, vt quod nec aratro, nec annua semente indigeat. Et hinc †pro- 2
batur, legatis pratis etiam inculta contineri, vnde tamen aliquid fœni testator colligeret: secùs si in eis pecuascere tantummodò solebat, nam ea non prata, sed pascua* dicentur: quæ si ad pagum aliquem in vniuer 3
sum pertineant, vulgò vicanalia appellantur: Vicani enim rustici sunt. Sed an prati appellatione, arbores, quæ in eo sunt, contineantur, vt in †eis damnum in- 4
ferens ea pœna adficiatur, quam lex municipij in eos constituit, qui in prato damnum fecerint? Et quibusdam videtur [d], tanquam arbores pars fundi sint. Sed ego rationem * legis considerandam arbitror: ex vi e- 5
nim verborum non videtur, qui arbores inciderit, damnum prato fecisse.

d Alber. in dictionario.

SVMMÆ.

1 *Minus, quæ vox quandoque negat, quandoque comparat.*
2 *Minus exigit transigens, qui nihil exigit.*

LEX XXXII.

MINVS. In sermone †Latino hæc dictio quando- 1
que vim comparatiui non habet: vnde quod nó recepi, rectè dixero, minus recepisse: & minus tribuere videtur [e], qui nihil tribuit: quod infrà videbimus.

e l. illud. §. j. de tribut.

Hinc

Hinc argumentum colligitur, si in transactione [a], an- a l. verbum
2 nuos † ciuilium annonarum reditus tibi concesserim, amplius. & l.
addita lege, vt si plus, vel minus exigeretur, tuo peri- si ita. infrà
culo esset, quamuis nihil exigatur, me non teneri. Ve- cod.
rum est enim te minus exigere, si nihil exigis: id tamen
ex proprietate sermonis non est, sed ex interpretatio-
ne. Vnde si aliã mentem contrahentium fuisse præsu-
mamus, à proprietate comparationis non discedemus.

SVMMÆ.

1 *Palàm variè fieri.* 14.
3 *Clarorum genera & effectus* 15.
4 *Notorium variè fit: eiúsque vis.*
8 *Manifestum definitum probandum.*
10 *Liquidi faciundi instrumenta.*
11 *Filiationis probandæ argumenta.*
13 *Clari probatio.*
16 *Palàm & publicè differre effectu.*

LEX XXXIII.

1 PALAM. Palàm † quid fieri variis modis accipitur:
palàm nuncupatus heres dicitur, si testes exaudiue-
2 rint: palàm * quæstum facit mulier, quæ passim, & si-
ne delectu stuprari se sinit [b]: palàm spurio reliquisse b l. palàm. de
videtur, qui apertis verbis vsus, nec heredis fidem ta- ritu nupt.
citè secutus est [c]: palàm quoque rem esse dicimus, de c l. non intel
3 qua constat. Hic † tractatus solet quadrupliciter acci- ligitur. de iure fisci.
pi: aut enim res euidens est, quod vulgò notorium di-
cimus: aut simpliciter manifesta, aut liquida, aut tan-
4 tummodo clara. † Notorium est, quod omnibus con-
stare potest, & colore nullo offuscatur, nec probatione
indiget [d]: vt palatium in vrbe esse. Idem de re, quã per d l. ciues. C.
inspectionem iudex deprændit: vt cùm quis accusatur de appel.
occidisse Seium, & Seius viuus exhibetur. & talis alle-
gatio quandocunque fieri potest: vnde etiam si in cau-
5 sa * conclusum sit, debent iudices accedere in rem præ- e l. si irru-
6 sentem [e]: huiusmodi enim * probatio præualet omni- ptione. fin.
bus: imò hac ex causa res iudicata nullius momenti e- reg.
rit [f]: res enim iudicata (quamuis hac in specie conti- f c. fraterni-
neatur, & quod ex ea constat, sit euidentissimum) id ta- tatis. de fri-
gid.

men non verè, sed præsumptione legis est, quam præ-
sumptionem notoriæ huic † veritati cedere æquissi- 7
mum est. Manifestum est, quod allegari, probarique
oportet: vt Titium coram populo occisum, Seium pu-
blicè fœnus reprobū exercere, atque id genus multa,
quæ pontificij iuris interpretes notoria * quoque di- 8
ci contendunt, qua in re ego non multum operæ po-
suerim, qui sciam verborum hanc differentiam ple-
runque confundi: de re ipsa igitur, non de verbis di-
sputandum est. Ego hac in specie id contineri arbitror,
quod probabili aliqua excusatione obtegi potest,
quod regulariter in his rebus procedit, quæ facti per-
manentis non sunt, & ideo sententia aduersus * hu- 9
iusmodi perspicuitatem lata ipso iure valeret, prouo-
candique remedium solùm superesset [a]. † Liquidum 10
dicitur id, quod iudici ex actis liquet: id enim propriè
manifestum dici non potest [b], tametsi iuris interpreta-
tione non multum ab eo differat. Hac † in specie vi- 11
dentur contineri, quæ per instrumentum vel confes-
sionem in actis constant: si enim huic instrumento vel
confessioni nihil probabile obiiciatur, si item confes-
sionis error non adducatur, censebitur res liquida [c].
Sed & acta ipsa rem faciunt iudici liquidam: sic & at-
testationes: hæc autem non simpliciter rem faciunt
liquidam, sed ipsi iudici tantùm indéque aliqui effe-
ctus iuris oriuntur [d]. Quapropter, si † filius, vel v- 12
xor contra patrem, vel maritum agant, hique negent
filium vxorémve esse, sufficient huiusmodi testimonia,
etiam ante publicationem, vt iudex decernat, eis in-
terim alimenta deberi, itémque expensas litis [e]. Id
enim est liquidum, quod sine morosa difficultate iudi-
ci probatur: & ideo si constitutum sit, causas inter † 13
agnatos compromitti, non intelligetur de his, quæ
hoc modo linquent [f]. Clarum generaliter accipi po-
test, vt suprascriptos * casus comprændat: sed in- 14
ter ipsas partes id clarū fuisse iudex arbitrabitur, quod
inter eas gestum ex instrumento viderit quòd interim
non modicæ vtilitatis est [g]. Sed & quoties sola admo-
nitio sufficit, ne quis dolo denuntiare videatur, ex in-
strumenti extra iudicium ostensione, res palàm facta
existi-

a d. l. ciues.

b Card. cap. vestra. vij. & xxxj. q. de co hab. cler. & mulier.

c c. si. eo. tit.

d c. significauerunt. de testib.

e c. ex parte. de accusat.

f l. post rem. de transact.

g Bar. l. j. in j. q. de oper. noui nunt.

existimatur [a]. Sed cùm omnino in iudiciis expectanda sit sententia, quæ rem iudicatam inducat, quorsum attinet tam scrupulosè perquirere, an res notoria,
15 manifesta, clara, liquidáve sit? Verùm † his ego respondeo, in eo versari vtilitatem, quòd in euidenti & manifesto lata sententia præsumatur [b], retrò quoque rem fuisse euidentem, & manifestam: quod in aliis casibus non ita est. Sed hæc hactenus. Illud non prætereundum,
16 † differentiam esse quid palàm factum dicatur, an publicè: quandoquidem palàm fieri dicitur, quod coram pluribus, putà duobus fit: at publicè quod coram populo. Inde si testis asseruit publicè ita affirmari in vrbe, perinde erit, acsi extare publicam famam dixisset, quod quidam responderunt, licet alij hac in re controuertant [c].

a Bart. d. l. j. q. xj.
b Fed. cons. viij.
c Salic. l. ea quidem. C. de accus.

SVMMÆ.

1 *Persecutionis definita natura, effectus. 2. 4.*
5 *Persequuntur quibus agere non licet.*

LEX XXXIIII.

1 ACTIONIS VERBO. Persecutio est † imploratio officij iudicis, quod nobile vulgò appellant, éstque extraordinarium remedium: sicùt enim actiones aduersus eos, qui ex facto suo, vel alia iusta obligatione tenentur, competunt, ita persecutiones aduersus eos dantur, qui sola æquitate, & quod dicitur de bono & æquo, sunt obnoxij: quare harum adiectionum instar habent persecutiones [d]: & vbi de stricto iure nulla actio datur, ex æquitate officium iudicis
2 imploramus. Quandoque † autem huiusmodi imploratio vim actionis [e]. Non tamen dubium est, quin ex
3 larga significatione * persecutio actionis verbo com-
4 prændatur: ideóque si eadem ratio subsit, quod † in actione dispositum est, in hac persecutione etiam in stricta materia obseruabitur [f]: quòd si non eadem ratio
5 subsit, aliud erit: verbi gratia: Non † possunt cœnobitæ minores actionibus in iudicio experiri, æquum est vt saltem officio iudicis eis succurratur [g]:

d l. actionis. de action. & oblig.
e l. plenè. de peti. her.
f Alex. l. j. de iurisd. omn. iud.
g l. Quintus. de ann. l.

quod etiam in filiofamiliâs aduersus patrem conce-
dendum est [a].

a Glos. l. j. C. qui adm.

SVMMÆ.

1 *Restitutionem rei ad omnem causam referri: eiúsque vis.*
4 *Litis contest. effectus.*
5 *Legis, Restiuere. sensus.*
6 *Vsurarius fructus, nisi liciti sint, reddat.*

LEX XXXV.

Restitvere. Qui † rem vt restituat, condemna 1
tus est, is & fructus restituere debet, à tempore
litis contestatæ perceptos [b], & actorem in eam cau-
sam ponere, quam habiturus esset, si statim ante litis
contestationem restituisset [c]: vnde si ideo actor * non 2
vsucapit, quia eo tempore res sibi restituta non sit,
reus quanti ea res erit tenebitur [d].

b l. præterea. de rei vend.
c l. cùm fundus. si cert. pet.
d l. Julianus. § fin. ad exhib.

Ivdicii accepti. Id est, litis * contestatæ [e]: 3
tunc † enim iudex iuris dicendi potestatem accipit, 4
cùm antè definitiuè condemnari nemo possit: sole-
bant autem tunc partes quibusdā verbis solennibus
vti, quibus de eo negotio iudicandi potestatem facie-
bant, vt ex M. Varrone lib. v. de lingua Lat. colligi po-
test. Sanè quod † hîc dicitur, procedit in his casibus, 5
in quibus à tempore lit. conte. fructus restituēdi sunt,
quod in obligationibus dandi regulare est: in eo autem
qui tradere tenetur, aliud est: quippe is à tempore
moræ fructus perceptos restituere debet [f]. Sed † quid 6
in vsurario? & lucrum seu fructus quos sola industria
sua acquirit, nunquam restituere debet, quales sunt, si
qui ex ipsa pecunia licitè proueniunt: cæteros resti-
tuere tenetur, damnúmque omne illi resarcire, cui fœ-
nora extorsit: atque ita etiam Theologi sentiunt [g].

e l. 11 qui se obtulit, de rei vend.
f l. videamus. de vsu.
g Auth. reg. peccatum, in vj.

SVMMÆ.

2 *Litem variè accipi.*
4 *Lis & quæstio eodem iure censentur: suntque synonyma.*

LEX

LEX XXXVI.

1 LITIS. Litem † post contestationem solùm dici, causam verò etiam ante, Doct. ferè crediderunt [a]: quod ipse non negauerim, quoties subiecta argumenti ratio hoc fert, vt pro instantia causæ lis
2 accipiatur [b]: alioquin propriè † etiam ante iudicium acceptum litem esse Iurisconf. hîc ostendit, qui actionem siue in rem, siue in personam sit, significari ait: nam & cùm litem contestatã esse dicimus, verba indicant quando adhuc contestata non erat, nihilominus litem fuisse. Eandem sententiam etiam Cor. Fronto
3 probat, dum Lis (inquit) nascitur, * pertinacia efficit controuersiam. Idémque de controuersia Fortunatianus scribit, videtúrque etiam extra iudicium litem dici [c], quod & Nonius Marcellus ferè sentit, nec alij dissentiunt. Hinc illa inscriptio: Hei! vxor etiam mortua
4 litigas? Et † quod in lite est, ipse etiam in quæstionis verbo esse dixerim [d]: quamuis Bartolus cùm quæstionis verbum in lege reperitur, post litem contestatam solummodò accipi senserit [e], quod non probo: nam & dubium non est, etiam ante litis contestationem,
5 causam * dici [f], vt eiusdem ferè significationis has esse dictiones credere pronius sit.

a l. causas. C. de transact.
b l. postquã. C. de pact.
c Abb. c. ex patre. extra eod.
d l. si tibi. C. de lib. cau.
e l. amplius. rem rat. hab.
f c. de causis. de offi. dele.

SVMMÆ.

1 *Actionum formula.*
3 *Arbitrij iudicis effectus.*
4 *Iudex ex causis auget minuitve.* 5. 7.
6 *Positionem disiunctam ex causis recipi.*

LEX XXXVII.

1 VERBVM OPORTERE. Solennia † verba actionum iure veteri erant, *Aio te mihi dare oportere*: quorum verborum Valer. Prob. in opusculo de notis antiquis meminit. Pone ergo me in libello dixisse te
2 mihi decem dare oportere, * quomodo hæc verba accipiemus? Et Iurisc. ait, tametsi verè mihi ea debean-
3 tur † licere tamẽ iudici vel pluris vel minoris condem-

nare. Hincque apparet eousque arbitrium portendi, vt ab eo quod verè debetur, recedere possit, & ex causa condemnationem vel augere vel minuere. Auget quidem in † arbitrariis[a], vel in his quæ ex inficiatione 4 duplantur[b]: quod & expensarum, vel eius quod interest ratione fieri potest[c]. Minuit verò, si totius summæ actor capax non est, vel si pars aliqua post iudicium cœpit non deberi[d]. Minuit † & in executione, 5 cùm reus non nisi quatenus facere potest, conuenitur.[e]: & hæc exempli causa satis sint, alioquin generaliter licitum est iudici, causa legis dispositionem interpretatione mutare[f]. Quapropter, quamuis † lex 6 simpliciter velit interrogationibus responderi, poterit etiam disiunctim respondentem admittere[g]: & quamuis certa pœna noxiis statuta sit, illi tamen eam minuere vel etiam augere permittetur[h]. Quod † & 7 in dilationibus à lege concessis obseruamus: ei enim, qui pro tribunali cognoscit, eas prorogandi coarctandive ius non denegatur[i]: qua ratione & à voluntate testatoris recedere ex iusta causa concessum est. Quid enim si fauore pupilli heredis prohibuit testator diuisionem fieri, appareátque id in euidens eius damnum reflecti[k]? Potéstque quandoque plus iudicis ipsius,* quàm testatoris iussus[l]: nam & tutori, quò 8 minus repertorium facere teneatur, testator * remittere non potest, iudex potest: vt si videat pupilli interesse ne patrimonij sui secreta aperiantur[m]. Planè quoties huiusmodi facultate iudex vtitur existimationi eius consultius erit, si non, nisi expressa causa, id agat, curétque vt in actis eius veritas appareat[n]. Accursius in huius legis interpretatione neque cœlum (quod dicitur) neque terram attigit. 9

a l. j. de in lit. iur.
b Instit. de pœn. tem. lit. §. at aduers.
c l. terminato. C. de fruc & lit. exp.
d l. si seruus. de cód. furt.
e l. sunt qui. de re iud.
f Fel. c. j. de cóst. ver. vij.
g l. iusiurandum. & ad §. non solùm. de iureiur.
h l. quid ergo. §. pœna. de infa.
i l. ij. de re iud.
k l. iii. §. si pater. de admin. tutor.
l Aret. cons. xxij.
m l. in confirmando. l. vtilitaté. de confir. tut.
n Bart. l. Lucius. de infam.

SVMMÆ.

1 *Mirandorum genera.*
7 *Miraculorum genera apud Grecos.*
8 *Cacodæmonum damna & remedium.*

LEX XXXVIII.

OSTENTVM. Ostentum † Cornelius Fronto ait, 1 quod* præter consuetudinem offertur, vt putà si 2 videatur

3 videatur terra ardere, vel cœlum. Portentum,* quod porrò, & diutiùs tendit, futurúmque postmodum ali-
4 quid significat. Monstrum quòd * contra naturam est, vt Minotaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur: id enim est
5 prodigere. Sed Festus, * quod futurum prædicat, per literarum immutationem, prodigium dici arbitratur: alii quod porrò sit adigédum, quod Nonius Marcellus sentit, qui & alias differentias refert. Sed antiquos indifferenter his verbis vsos verisimilius est.

6 QVOD GRAECI VOCANT † φάσμα. Ab apparendo nomen sumpsit: Ciceroni spectrum dicitur, nos etiam miraculum appellamus, vt si appareat vir humana forma augustior, qui deinde euanescat. In hanc significationem mentio est etiam Herodoto.
7 Habent † & Græci ἔμπουσαν, quam interpres Aristophanis ait variis formis sub meridiem apparere, & calamitosis ab Hecate immitti solitam. Hoc & dæmonium meridianum in Psalm. appellatur: Sunt enim
8 huiusmodi † cacodæmonum ferè aërcorúmque spirituum opera, quorum virtute etiam magi plurimùm possunt: vt minimè consequens sit aliquem sanctitate vitæ præcelluisse, quòd miracula fecerit [a]. Ad- a j. q. j. re-
uersus ea præsentissimum alexipharmacon est, inuo- neamus.
catio nominis IESV, qua de re diligenter disseruit Capnion libro de Philosophia Pythagorica vltimo. C. Cassius apud Plutarchum in vita M. Bruti, ex Epicuri sententia, nullos esse dæmones disputat, nec huiusmodi spectra verè apparere, sed nobis ita quandoque videri, ídque ex imaginibus, quas falsò mens concipit. Cui opinioni & Lucianus accedit, edito hac de re dialogo, qui φιλοψευδὴς ἢ ἀπιστῶν inscribitur. Sed Christianis auribus hæc sententia impia est, & id mali genus Galenus de adfectorum locorum notitia lib.
9 III. φαντασίαν vocat, quam definit esse * intellectus corruptionem: quo morbo Athenis laborauit Thrasylaus, qui cùm ad sanitatem redactus esset, Pol me occidistis amici, non sanastis, ait, vt est apud Horatium.

Q

SVMMÆ.

1 *Subsignare variè accipi.* 3.
2 *Sigilli vis.*
4 *Sigillo obligamur.*

LEX XXXIX.

SVBSIGNATVM. Subsignare * est signum 1
suum (quod & sigillum dicitur) subiicere. Ea sigilli † impresio auctoritatem scripturæ confirmat: re- 2
ceptúmque est, literis iudicis solito eius sigillo munitis, plenam fidem adhiberi [a], si de his attestatur, quæ ad eius officium pertinent, & ab arbitrio suo pendent. quòd si etiam testium subscriptio accesserit, tunc generaliter iustam probationem facere [b]. † Subsignare 3
quoque, simpliciter est subscribere: nam & scriptura signum est, vnde scribentis persona indicatur. Quoniam verò † qui chirographo alicui subscribit, vel 4
subsignat, se obligat, non secùs ac si totum chirographum scripsisset [c], receptum est, vt id verbum etiam pro eo capiatur quod est obligare [d]. Subsignabant & olim responsa sua Iurisconsulti, * quod & hodie fe- 5
rè obseruatur: reddere enim testimonium videntur quid iuris in proposita quæstione sit [e].

a c. post cessionem. de probation.
b c. ij. de fid. instru.
c Bart. l. empror. §. Lucius. de pact.
d l. semper. §. conductores. de iu. immun. suprà.
e l. ij. §. & vt obiter. de origin. iur.

SVMMÆ.

1 *Bona, deductis debitis, quomodo actu intelligi.*
3 *Legata, solutis debitis, solui ex causis contrà.*

§. BONA. Finge † Titium mihi tertiam partem 1
bonorum suorum donasse, deinde decessisse, & in eius hereditate quadraginta esse: deducetur primò æs alienum, quod forte centum est, & ex trecentis, quæ supersunt, tertia pars mihi præstanda erit [f]: antè enim, quàm bonorum computatio fiat, æs alienum deducendum est. Qua ratione, si vxori quis * vsumfructum 2
bonorum legauerit, poterit heres eatenus de rebus hereditariis vendere [g], quatenus creditoribus satisfaciat, & in his quæ supererunt mulier vsumfructum habebit, quod etiam in legatariis, † vt illis satisfiat [h], 3
procedere veritas est: nisi annua fiat legata: huiusmodi enim

f l. fin. l. generali. in fi. de vsufruc. leg. suprà.
g l. vsuf. ad l. Falcid.
h l. fin §. fin autem æs. C. de bon. quæ lib.

enim de reditibus satisfaciendum est [a]: & hæc cùm inuentarium heres fecit, alioquin solus citra diminutionem vllam vsusfructus, insolidum tenebitur [b].

a Picus §. Titia. q. lx.
b l. fi. C. de iur. delib.

SVMMÆ.

1 *Protestamur etiam absenti.*
2 *Attestamur scriptis absenti.*

1 §. Attestari. Dubium non est, † protestationem etiam absente parte fieri posse [c]: vt cùm quis denuntiat præscriptionis interrumpendæ causa vel cùm pater, receptis à filio, qui mutuum ipsius nomine contraxerat, literis, se non consentire protestatur [d]. Sed
2 dubitabit aliquis, * cur magis attestari dicatur, qui absenti, quàm qui præsenti denuntiat: an quòd videntur antiqui hoc verbo vti, cùm quis denũtiat, & ea de re testes rogat, eísque imam aurem (quòd ibi memoriæ locus est, vt Plinius ait) vellit? Sic Horatius: Licet attestari? ego verò Oppono auriculam, rapit in ius. Sic Plautus in Curcul. & in Persa accepit. Qua ratione deinde receptum est, vt cùm absenti denuntiamus, propriè dicamus attestari: quia denuntiatio per scripturam fit, in qua necessariò testes non, nisi rogati, intersunt [e]: quod in præsente, quem viua voce admonemus, necessarium nõ est: nã tunc vel fortuitò repertos, miniméque rogatos testes sufficere nostri Iurisconsulti existimarunt: veteres enim, testes videntur pro rogatis accipere. Vergil. Diuos, quanquam nil testibus illis Profeci, id est, inuocatis & rogatis. In aliis codicibus detestari scriptum est, atque ita etiam Bart. alicubi legit: videtur enim vtrunque verbum eiusdẽ significationis esse, de qua re infrà diffusiùs differã.

c l. pen. C. de ag. præscrip. except
d l. si filius. ff. ad Maced.
e Auth. rogati. C. de testib.

SVMMÆ.

1 *Possessorem incertum eundem variè dici.*
2 *Possessionis certæ causa multiplex.*
4 *Generale & incertum peti posse.*

1 §. Incertus. Possessor † ille nobis incertus esse dicitur, cùm ignoramus eum possidere: & cùm possidere facti sit, huiusmodi ignorantia est probabilis. Re-

spectu autem sui ipsius nemo omnino incertus est
possessor, cùm † incertam (ratione loci, simúlque quo- 2
tæ portionis) rem nemo possessionis causa acquire-
re * possit [a]. quòd si huiusmodi incertitudo declare- 3
tur, aliud est, vt cùm lex possessionem transfert: ea
enim de his, quæ per rerum naturam esse possunt, nun-
quam dubia est [b]. Idem cùm ambiguitas sublata est,
quod sit per relationem ad aliquod instrumentum,
vel per euentum [c]: vt si constituas te meo nomine
etiam bona futura possidere, eis enim acquisitis, inci-
pis possidere, tunc quippe, quale, quantúmque sit,
quod possides, certum est. Sed & quod mihi per ser-
uum, vel filium ex peculio quæritur, quamuis incer-
tus sim, possidetur tamen [d]: & hoc in possessione: † nam 4
in contractibus dubium non est, posse generaliter de-
duci omne ius quod tali in loco habeo [e], sicut & in- 5
certam partem * in iudiciis vniuersalibus vendicare
non prohibeor [f].

a l. iij. §. j. de acquir. poss.
b l. cùm quidam. §. quod dicitur. de acquic. poss.
c l. si quis extraneus. in fin. de acq. hered.
d d. l. j. §. item acquirimus. de acq. poss.
e l. quod si. de her. vend.
f l. quæ de tota. §. j. de rei vendic.

SVMMÆ.

1 *Protestationem definiri. versus. 7.*
8 *Protestationum species, vtriusque nomina. 14. 61.*
9 *Testationem in genere & specie accipi: & huius forma.*
12 *Contestationis locus & forma.*
15 *Nuntiationem ex re variè accipi.*
19 *Denuntiationis effectus & forma.*
21 *Renuntiationem & renuntiari variè accipi.*
22 *Protestatio contra ius inutilis.*
28 *Protestamur frustra in illicitis & alienis.*
30 *Emphyteuta alienatus non iuuatur protestatione.*
32 *Protestari in voluntarijs licere, effectus.*
34 *Protestationem ad contrarium & futurum trahi. 37. 40. 41. 42. ex causis contrà 39. 43.*
44 *Protestationem diuersa non tollunt.*
47 *Protestamur in vltro citróque consensis, consensum exigi. 54. ex causis contrà. 56.*
50 *Tacentem in casibus consentire. 53.*
55 *Protestandi in vltro citróque consensis forma. 57. 59. 60.*
62 *Protestationis incitatoriæ effectus & forma.*
64 *Legis, Herennius. de euict. sensus.*

LEX XL.

1 DETESTATIO. Protestationem † quidam definiuerunt: clamosam esse testationem, quæ ob testantis ipsius cautionem inuenta sit. Sed hanc finitionem plerique rectè reprobauerunt, cùm etiam citra
2 clamorem, & in occulto quoque, protestatio * fieri possit, vel coram testibus, vel scriptura, quæ non nisi impropriè clamare existimatur. Adde quòd & quan-
3 doque protestatio * in alterius quàm in protestantis cautionem inducitur, vt cùm pro alio protestamur, quod quibusdam casibus permissum est [a]: vel cùm vtilitatis publicæ causæ denuntiamus. Quare Bartolus [b], hoc in responso veriorem definitionem referri existimauit, declarauítque denuntiationem dici, vt ab vltimis voluntatibus, itémque contractibus differat: testationem requiri, vt ostendatur & in scriptis & absque scriptura fieri posse [c]. Sed vix est,
4 vt hoc ego adprobare possim, cùm denuntiatio * sit specialius nomen, & angustius protestatione: eam enim solùm significat, quæ alteri nuntiatur: quod & etymologia satis indicat. Sed & testationem ad testes
5 non referendam arbitror, cùm de substantia * protestationis non sint testes, neque scriptura [d], sed probationis causam solùm respiciant: nam & in libro
6 rationum quandoque fit * protestatio [e], nec vlli testes necessarij sunt. Meritò igitur nec Bartoli sententiam ipse sequor, videtúrque commodiùs sic
7 definiri: Protestatio † est animi nostri declaratio, iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damni depellendi
8 causa facta. Huius † duplicem esse speciem verius est: alteram quæ ex animo protestantis principaliter

a l. j. C. si per vim.
b in §. morte. l. non solùm. suprà de oper. no. nun.
c l. fi. de custod. reor.
d Bart. l. nemo potest. de leg. j.
e l. Nesennius. de neg. gest.

pendet : alteram quæ factum eius, cui proteſtamur, reſpicit. Illa declaratoria, conſeruatoria, certificatoriáque dicitur : hæc incitatoria, prohibitoria, inhibitoriáve : illa à teſtatione nomina accepit, hæc à nunciatione. Et primæ illius variæ ſunt appellationes, quæ tamen aliquam inuicem differentiam continent.
Et in† primis teſtatio nomen eſt generale, quoque mo- 9
do animi ſui ſententiam quis declaret [a]. Specialiter verò eo nomine dicitur : quæ coram teſtibus facta eſt : vnde & teſtatò conuenire, teſtatò admonere dicimus [b]. Addit Bartolus idem eſſe cùm ſcripturam adhibemus, quoniã in ea teſtes rogandi ſunt. Deteſtatio 10
eſt * quæ ab abſentem mittitur, vt hîc & ſuprà appa-
ret [c] : ídque præpoſitio De, oſtendit, * cuius natura 11
eſt augere ; efficaciorémque actum demonſtrare : quod & in verbo deprecor Aulus Gellius libro VI. cap. XVI. declarat. Tunc enim non ſolùm ſententiam ſuam quis ſimpliciter oſtendit, ſed ſcriptura, etiam
conuocatis teſtibus, declarat. Conteſtatio eſt † pro- 12
priè plurium, vt in iudiciis, cùm actor quid mẽtis ſuæ ſit, petendo explicat, contrà reus negando diffitetur; Vnde & litis conteſtatio dicta. Idem & in exceptionibus [d] ; præſcriptionibúſve [e]. Sed & quando quis de dolo, vel metu coram amicis proteſtatur, ídque clàm, metu concuſſoris conteſtari dicitur [f]. Atteſtatio videtur eſſe, quæ præſenti fit, declarandi animi cauſa [g] : quod ſuprà ex Plauto Horatióque docuimus : quamuis ex vulgatis codicibus ibi atteſtari de abſente accipi videatur : ſed verior eſt lectio deteſtari [h].
Proteſtatio * eſt, quæ declarat quo animo aliquid fa- 13
cturi ſimus [i] : præpoſitio enim Pro, anticipationem
temporis arguit. Secundæ ſpeciei, † quæ à nuntiando 14
nomen ſumit, varia quoque ſunt nomina : & in pri-
mis † nuntiatiatio ipſa, quæ in edicto prætoris, de 15
operis noui nuntiat. prohibitionem ſignificat, in lege Iulia de annona [k], qua mulierum nuntiatio admit-
titur, accuſationem. Erant & nuntiationes * quas 16
publicè conſtituti Irenarchæ præſidibus faciebant, de delictis quæ vbique fierent : hæc & notoria indicia Latinè dicuntur [l] : iubétque lex, vt hi notoriis ſuis
adſiſtant,

a Inſtit. de teſtam. in princ.
b l. fina. pro derelicto.
c §. atteſtari. ſuprà l. proxim.
d l. ſi quidẽ. C. de excep.
e l. emptor. C. de præſcr. long. temp.
f l. ſi maior. C. de tráſac.
g l. fin. C. de neg. geſt.
h Bart. d. §. morte.
i l. j. §. j. de lib. agnoſc. d. l. neceſſario.
k l. fin. ad l. Iul. de ann.
l l. ab accuſatione. ad Turpil.

17 adsistant, & quæ detulerunt, * ita esse probent [a]. a l.ea quidē. C. de accus.
Quod & in curiosis recipiendum est [b]. Sunt curio- b l.j C. de curiosis.libr. xij.
18 si qui in curia * principum vel magistratuum com-
19 missa delicta denuntiant. Est † & denuntiatio, quæ
ad alium mittitur, & maximè incitatoriam continet:
vt cùm aliquem admoneo, vt ab emptione desistat,
vt defendendæ causæ adsit, vt à matrimonio causa
legis Iuliæ exercendæ abstineat. Fit & testibus, vt
in iudicium causa perhibendi testimonij veniant [c], c l. lege Iulia.de testib.
cùm alioquin spontè se offerentes suspicione non ca-
20 reant. Quæ prohibitoria erat, obnuntiatio * pro-
priè dicebatur. Vnde obnuntiare consilio Ciceronis
in oratione quam in senatu post reditum habuit. Item
obnuntiatio Augurum, cùm aliquid fieri prohibebant,
quoniam auspicia non addixissent. Cicero Philip-
pica II. Nos enim (inquit) nuntiationem solùm ha-
bemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspe-
ctionem. Rursus: Ementitus es auspicia, obstrinxi-
sti populum Romanum religione, Augur Auguri, Con
21 sul Consuli obnuntiasti. Est & renuntiatio † cùm
quis ius suum repudiat: vnde & renuntiare hospi-
tium veteres dixêre. Sumitur & quandoque pro re-
latione, quam architecti, re inspecta, iudicibus faciūt [d]. d l.qui fundum.de cōtrah.empt.
Renuntiantur & suffragia, cùm refertur & proclama-
tur quem suffragia designarint. Sic & Magistratus re-
nuntiari quandoque legimus. Et hæc quidem, quod
ad protestationis nomen attinet, sufficiant: nunc de
eius effectu aliquid attingendum Et hîc triplex est di-
stinctio, Aut enim protestatio in his facta est, quæ à
iure dependent: aut in his, quæ à potestate nostra tan-
tùm; aut in his, quæ à nobis, itémque ab alterius fa-
22 cto vires sumunt. In prima † specie pro regula tradi-
tum est, protestationem in his, quæ à legis dispositio-
ne pendent, nihil operari [e]: quapropter si mater alat e glo. l.alimenta.de neg. gest. C.
23 filium, protestetúrque se animo alimenta * ab ipso re-
petendi id facere, non tamen his casibus repetere po-
terit, quibus vel ipsa ad id tenebatur, vel maritus. Sic
sacra ædicula constituta, æditu óque designato, fru-
24 strà protestamur [f], nolle nos ius aliquod episcopo * in f x.q.j.cap. sic quidam.
ea esse: nec enim potest quisquam facere, ne in actioni-

Q 4

a l. nemo. de legatis ij. bus ſuis leges locum habeant[a]. Et cùm lex iure publi-
co aliquid diſponit, cuiuſquam voluntate non inſpe-
cta, fruſtrà ille proteſtatur. Quapropter, ſi plures arbi-
tri in ſententia* ſua expreſſerint, ne in maiore ſumma 25
minor inſit, cùm id à lege pendeat, prædictio huiuſ-
b glo. c. j. de arb. v. modi nullius erit momenti[b]: & qui dicit ſe litem* cō 26
teſtari animo non conteſtandi, litem conteſtatus in-
c l. iuriſgen. §. quod ferè. de pact. telligitur[c]: huiuſmodi enim actus à iuris diſpoſitio-
ne dependent, & cum alio aguntur, qui poſtquā cum
conteſtari accepit, de eius animo nullam vlterius cu-
ram gerere debet. Sicut & cùm quis alteri, ſaluo, in-
quit, honore tuo, mentiris: verbum enim ipſum iniu-
d Bartol. l. ſi quis extraneus. de acquir. heredi. riam irrogat[d], quam honoris illa ſeruatio non extin-
guit. Quod & in ea ſpecie proditum eſt, cùm quis, tæ-
det me, inquit, falſi dānatum te eſſe[e], proteſtatio* do- 27
e Ange. l. ve ſtē. de iniur. lentis animi nullius effectus eſt. Idem cùm quis aduer
ſus teſtes allegat falſos eos, ſceleſtos, facinoroſóſve eſ
ſe, proteſtatúrque id ſe non animo iniuriā illis facien-
di, ſed cauſam ſuam defendendi dicere, poterit nihilo-
f Socin. cōſi. cxvij. j. minus lege Corn. de iniuriis conueniri[f]. Sed & canoni
ci collegam ſibi adoptantes, ſi proteſtentur, ne ei ius
ſit reditus aliquos præbendāve accipere, nihil tali præ-
g c. cùm M. de conſtitut. dictione agunt[g]: quia lex ei qui canonicus ſit, dari ea
omnia iubet. Huc † pertinet etiam, cū in his proteſta-
mur, in quibus nulla nobis de iure eſt poteſtas, ſed de
facto tantùm, vt in delictis, nihil enim tali teſtatione
agimus: vt cùm quis vulnerat* præfatus animū ſibi oc 28
cidendi nō eſſe, ſecuto homicidio, nihil ea prædictio-
h c. final. de homicid. vj. ne iuuabitur[h]: non enim in manu ſua eſt certos ictus
dirigere, & qui non niſi ex præſcripto lædant. Sed &
cùm quid ex diſpoſitione legis, itémque facto alterius
pēdet: idē eſt: vt cùm emphyteuta † incōſulto domino, 30
alienat, ſaluo domini cōſenſu: volēte enim domino ex
i l. fin. C. de iure emphy. Iuſtiniani conſtitutione à iure ſuo cadit[i], nec proteſta
tione huiuſmodi adiuuatur: ſi tamē ea diſpoſitio legis
in priuatū fauorē alicuius introducta ſit, eo cōſentiē-
k l. iij. C. com. vt iudi. te valebit proteſtatio[k], ídque in pacti cōuēti vim. Qua
propter patronus qui ſacram ædē cōſtituit, ex epiſco-
pi authoritate id facere poteſt, vt inſtituendi ſacerdo-
tis ius non ad epiſcopum, ſed ad alium præſulē perti-
neat.

neat[a]: Et hinc infertur, cùm causidici actionem edunt, saluo addendi vel minuendi iure, frustrà his verbis vti,
31 cùm addere* vel minuere propositæ intentioni, non nisi ex legis præscripto possimus[b]: quod & respõsum est cùm instrumenta in actis exhibent, in his tantùm quæ sibi vtilia sint: poterit enim iudex religionem suã etiam aduersus producentem ex his instruere[c]: ídque verius arbitror, cũ fides instrumenti separari nequeat.
32 In secunda specie, †cũ omnino à voluntate nostra protestatio pendet, regula est, valere protestationem, animúmque declarari[d], nec referre præsenti fiat an absenti, in scriptis an id minus, cum causa, an sine: sufficit enim (vt ille inquit) pro ratione voluntas[e]: quapropter traditum est, lapso triennio, posse dominum aduersus emphyteutam, qui non soluit, protestari, declararéque voluntatis suæ esse vt à meliorationibus is cadat, quãuis absens sit. Sed & cùm quis in causa, qua solenniter libellus offerendus erat, se intentionem suam in formam qualisqualis petitionis offerre dixisset, respondit Anchara.[f] protestationi huic standum, adeò vt potiùs perperam egisse videri debeat: id enim à sola actoris voluntate pendebat: si tamen quisquam ex huiusmodi protestatione grauaretur, is certior fieri deberet: nec enim æquitas patitur, ignorantem aliquem captari: quod in tertia specie latius explicaturus sum. Is ergo, qui admonitus erit, non poterit ignorantiæ prætextu
33 se excusare[g]: & his casibus quibus scientia* & patientia consensum inducit, nisi aduersatus fuerit, consensisse censebitur[h]: per huiusmodi quoque notitiam in mala fide constitueretur, vnde rem tanquam furtiuã vsucapere non poterit: & vice versa, qui dominum admonuerit, non poterit censeri clàm possedisse[i]. In eo etiam ea iuris regula obseruabitur. Eum qui certus est, amplius certiorem facere non poterit[k]. Sed & protestans ipse, si eum, cuius interest, admonuerit vel eius familiam, insimulari non poterit clàm voluisse quicquam facere[l]. Hincque apparet, hac in specie cõprændi qualemcunque protestationem, siue animum nostrum declaret, siue iuris nostri alienívе conseruandi causa facta sit, dum à sola volũtate nostra id pendeat:

a l. cùm dilectus. de consuetudin.
b l. edita. C. de edend.
c Bal. in l. j. vt quæ desi. ad.
d l. at si quis. §. plerique. de relig.
e l. quia poterat. ad Treb.
f Anch. consil. xxxij.
g l. si fideiussor. §. j. mãd.
h l. j. §. j. de lib. agnos.
i l. si ancillã. pro suo.
k cap. cum qui. de regu. iur. lib. vj.
l l. aut qui aliter. quod vi aut clam.

cuius rei plurimis caſibus accipi exemplum poteſt, vt cùm creditori ſolutionis cauſa debitor fundum pignoratum dat, iſque proteſtatur, velle priora iura ſibi ſalua eſſe[a]: vel cùm quis ſortem in præſentiarum recipit ſaluo ſibi iure vſuras, vel pœnam, huiuſmodíve ceſſiones petendi[b]: vel cùm recepta ab aliquo ex pluribus reis debendi parte, proteſtatur creditor ius ſolidi ſibi ſaluũ eſſe debere[c], vel cùm immunis aliquis onera ſubit, proteſtatus abſque immunitatis ſuæ præiudicio ſe id facere[d]: vel cùm emphyteuta alienat, ſaluo domini conſenſu, iſque deinde conſenſerit[e]. Sed & cùm teſtator fundũ legat, ſaluo iure coloni, valet proteſtatio[f]: ſicut & ſententia, qua iudex expenſarum vel fructuum taxationem ſibi reſeruat, vel in poſſeſſionẽ ex decreto ſuo mittit, ſaluo iure legitimi poſſeſſoris[g], vel debitorem certa pecunia condemnat, ſaluo ſi intra decem dies illud vel illud fecerit[h]: quod & in conceſſionibus principum receptum eſt, cùm ſaluo, inquiunt, iure alieno, & ſi qua ſimilia. Sed hic ambigua ſuboritur quæſtio, an per contrarium factum ea† proteſtatio tollatur: & Barto. ſi incontinenti ſubſequatur, 34
non tolli exiſtimauit: ſi ex interuallo, ſecus[i]. Verùm hac in re altiùs conſiderandum eſt: videmus enim quæ in præfationibus dicuntur, in ipſo cõtractu cenſeri repetita[k]. videmus item ea, quæ tractata ſunt, ſi in contractu omittantur, per errorem omiſſa cenſeri[l]: & errorem in principali, etiam in conſequentibus exiſtimari[m]. Videmus rurſus ex præcedentibus dictis, intentionem cuiuſque aliquid facientis declarari[n], etiã ſi extra illum actum, & ex interuallo dixerit[o]. Adhæc iuris regula eſt, Cuiuſque* voluntatem mutatam non cenſeri: quæ procedit etiã, ſi diutinum tempus lapſum ſit[p]: Quapropter concludendum, proteſtationem etiã ad cõtrarium actũ, qui ex interuallo interuenerit, trahendam, cùm & lex proteſtationem in teſtamento factam, etiam in codicillis obſeruari mandet[q]: ſolentque codicilli etiam longo tempore poſt tabulas teſtamenti confici. Vndè & generalis eſt concluſio, Solere codicillos quocunque * tempore factos, ſecundum expreſſam in teſtamento mentem declarari[r]. Obſeruabitur 36

a Bartol. l. ſi quis aliam. de ſolution.
b Bar. l. ſi. de eo quod cer.
c l. ſi creditori. C. de pact.
d l. j. C. de his qui ſpon.
e d. l. 1. C. de fund. pat.
f l. ſi quis legauerit. de legat. i.
g l. terminato. C. de fru. & lit. exp. l. illo. §. 1. ad Tre.
h Spec. titu. de ſent. § ſpecies.
i l. per retentionem. C. de vſuris.
k l. Titia. §. i. de verbor. obligation.
l l. ita ſtipulatus. eo. tit.
m l. ſed & ſi me. §. i. de cõdict. indebit.
n l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. de lega. i.
o Bal. l. precibus. C. de impuber.
p l. ſancimus. C. de teſtamen.
q l ſi quis. in principio. de legat. iij.
r l. talis. in fin. de leg. i.

37 bitur autem † id tum certiùs, cùm protestationis verba generaliter concepta, & futurum respiciunt[a]. Idem si ex natura rei talis protestantis mens argueretur: vt cùm quis protestatur nolle se alimenta donare, cùm enim eorum præstatio tractum habeat, etiam protestatio in futurum protenditur[b]. Idem si semper eadem ratio & causa subest, vt in eo qui se religionis metu initiari professus est[c], vel qui metu tyranni soluit, vel matrimonium contrahit[d], & si qua similia. Idem si natura contractus id suadeat, vt in mandato quod non solet protinus per procuratorem expediri[e]. Vnde si Titio mãdaueris, vt hominem occidat, etiam si post aliquod tempus fecerit, mandati criminis reus eris. Tametsi dici possit id idcirco esse, quia factum subsequens protestationi non solùm non aduersatur, sed cõcordat, eiúsque executionem respicit[f]. Qua ratione etiam traditũ est, si in venditione excepta sit seruitus, & deinde ex interuallo tradita, stipulatio nulla seruitutis intercesserit,

38 iure agi ad seruitutem posse[g]: traditio * enim executionem contractus respicit: quamuis sint, qui ideo agi posse existiment, quia venditori ex protestatione iam ius quæsitum erat[h]. A prædicta conclusione tres

39 casus excipiuntur. Primus † est in contractibus, qui cum alio geruntur, & iusta est eius æstimatio, à protestatione recessum credentis[i], quod maximè obseruandum, cùm protestatio pœnalis est; seu vsurarium pactum adiuuat. Vnde per nouam conuentionem maiorum vsurarum non censetur obligatum pignus[k]: quæ enim ex conuentione partium ob commodum actoris contractui insunt, nõ censentur nouata stipulatione repetita[l], vt fideiussores, pignora, pœnæ, vsuræ. Alter est, quando ex subsequuto actu aliqua protestãtis pœnitentia arguitur: verbi gratia, cùm quis protestatus est de actu, quem incontinenti facere debeat: nã si ex interuallo fecerit, sicut in tempore pœnituit, ita & protestatione ipsa discessisse videri debet[m]. Idem si aliter gesserit, quàm dixerit[n]: præsumitur enim protestatum rebus sic stantibus, capietúrque facilius huiusmodi mutationis coniectura in his quæ ex interuallo, quàm quæ incontinenti fiant[o]. Tertius casus est, cùm factum illud post protestationem cum alio geren-

a l. si ita stipu la. ii. de fideiussor.
b d. l. Nesennius
c Bar. l. pen. ff. de condic. ob tur. caus.
d gloss. c. ad id. de spons.
e Bart. l. non solùm. §. fin. mandato. de iniur.
f l. si verò. de euictión.
g l. binas fun. de serui. vrb.
h Alex. cons. xxviij. iij.
i glo. l. pacta nouissima. C. de pact.
k l. si per retentionem.
l l. si credi tor. de noua.
m l. si tibi certum. de alimẽ. leg at.
n l. diuus. §. licet. de cód.
o l. nam ad ea. de condi. & demonstr.

test, quo traditum est, creditorem venditioni pignoris, saluo iure suo, consentientem, nihil agere, & saluum illi ius remanere [a]. Nam & si testator fundi sui fructum, deducto vsu, legauerit, propter protestationem deductionis vsus, legatum perimitur [b]. Vnde apparet etiam parum referre, siue protestatio ipsi facto contraria sit, siue cõsequentibus intrinsecus facti substantiam, qualis est vsus in fructu: semper enim factũ perimitur, protestatio efficacior erit. quòd si protestatio adminiculum aliquod respiciat, secùs est [c]: vt cùm testator vsumfructum fundi legat, & protestatur, ne eum sequatur aditus: cùm via adminiculum quoddam sit, non autem pars substantiæ vsus fructus, inutiliter illud adiectum videbitur. Verùm & cùm precariò aliquid datur, sub protestatione, quòd in Calend. Iulias possideat protestatio, ceu contra precarij substantiam reiicitur [d]: quia ea in fauorem accipientis facta est, qui verisimiliter consensurus est, vt saltem simpliciter cõtractus valeat, nec omnino extinguatur [e], cùm vel modicum habere præstet, quàm nihil. Sed & † quoties lex protestationi repugnat, semper contrario actu tollitur: vt cùm quis saluo iure appellationis metropoliten adiit, illéque eum non reiecit: adeundo enim iudicem, censetur à lege appellationi renuntiasse [f]. Idem in diacono, qui in ordinis assumptione protestatus erat, vt saluum sibi ius ducendæ vxoris esset [g]. Idem in eo qui sacerdotium accepit cum protestatione, quòd nõ renuntiabat gratiæ sibi causa alterius obtinendi concessæ [h]: frustrà enim, lege prohibente, protestatus est. Sed hæc magis ad primam speciem pertinent. Et hæc quidem tum in animaduersione sunt, cùm protestationi contrarius est actus: sed si non cõtrarius, verùm diuersus sit, in confesso est, huiusmodi actum ambiguum ex protestatione declarari [i]: vt cùm quis respõdeat libello, animo litem non contestandi, valet † responsio, & censetur responsum, vt simpliciter iudex instruatur [k], & cùm quis adit iudicem, saluo iure propria auctoritate exequendi, quod ex pacto sibi competit: nam non censebitur illi renuntiasse [l]. & cùm quis in iudicio protestatur se iudicem non approbare, non

43 (margin, beside "dicum habere præstet")
44 (margin, beside "deat libello")

a l. si debitor. §. 1. quib. mod. pig.
b L. per seruum. §. pen. de vsu & ha.
c l. 1. §. 1. si vsus fr. peta.
d l. cùm precariò. ff. de prec.
e l. si peculiũ. § 1. vbi Bart. de pec. leg.
f d. c. solicitudinem.
g c. diacono. xxviij. dist.
h Clem. gratiæ. de rescri.
i gl. l. in concubinatu. de concub.
k d. c. j. de lit. contest.
l Alex. cons. cxxx. in v.

exiſtimabitur prorogata iuriſdictio [a]. & cum ad roga-
tum rei reſpondet actor, velle ſe teſtibus vti quate-
nus verum dicant, excuſabit eũ proteſtatio à falſi pœ-
na [b]. & ſi quis de poſſeſſione aduerſarium deiiciat, pro-
teſtetúrque ſe ciuilem tantùm vel naturalem velle ac-
quirere, valebit proteſtatio [c], cùm alioquin omnè abſ-
tuliſſe videretur [d]. Intelligendum † tamen ex proteſta- 45
tione declarari actum ambiguum, quando huiuſmodi
interpretatio ab animo proteſtantis pendet: ſecùs ſi à
legis diſpoſitione, quod ſuprà diximus. Idémque ſi ea
legis diſpoſitio non ex veritate, ſed ex quadam firmio
re præſumptione oriatur [e]. Sed & † ſi declaratio rem 46
turpem & illicitam induceret, non eſſe ei ſtandum, re-
ceptius eſt [f]. In tertia † ſpecie, cùm de his proteſtamur, 47
quæ à facto noſtro, itémque alterius pendent, non eſt
dubium valere proteſtationem, dum tamen illi facta
ſit. Solet autem diſtingui, vt cùm de iure quæſito tol-
lendo agitur, requiratur conſenſus [g]: quia ius noſtrum
à nobis ſine conſenſu noſtro auferri non poteſt. Sed
& nautæ, caupones, ſtabularij, ſi proteſtentur, vt ho-
ſpes, vel vector, res ſuas ſeruet, nolle enim ſe cuſto-
diam præſtare, nihilominus tenebuntur, niſi ille ex-
preſſe conſenſerit [h]: ſuſpecta enim lex iſtorum inge-
nia habet, ne aduerſus eos, quos recipiunt, cum furi-
bus coeant [i], & ideo obligari iubet, niſi pars expreſsè
remiſerit. Quod & ego in locatore horrei obſeruan-
dum arbitror. accipitur horreum pro *quocunque lo- 48
co ad reponendum merces, cuius cuſtodia & claues ad
horrearium ipſum pertinent. Pone igitur eum habuiſ-
ſe propoſitum, ſeu, quod idem eſt, pro valuis horrei
proſcripſiſſe (nec enim propoſitum pro mente accipe-
re poſſumus, cùm ſi ſubſiſtantiua vox eſſet, Iurecon-
ſulto Latinè dicendum fuiſſet, Propoſitum habui reci-
piendi, nõ recipere, quod Valla lib I. cap. XXVII. anno-
tauit) ſe aurum, argentum, margaritam, periculo ſuo
non recipere, deinde ſimpliciter eas receperit, certè ni-
ſi expreſſus mercatoris cõſenſus acceſſerit, nihil ab hu
iuſmodi proteſtatione iuuabitur [k]: nã cùm claues ipſe
habeat, facilimum illi eſſet cum furibus coire, & mer-
catorem decipere: idémque in eo iuris eſt, quod in nau
tis,

a Alexan. l. ſi ita ſcriptum. de leg. I.
b Bart. l. diuus. de falſ.
c gl. i. C. vti poſſ. vet. nec vi.
d gl. Bart. l. ſed ſi nolit, de acq. poſſ.
e gl. cap. per tuas. de cõd. app. Iaſ. d. §. morte.
f Aretin. d. l. Titia, §. i.
g l. perfectã. C. de donat. quæ ſub mo.
h l. fi. §. item ſi prædixerit. ff. naut. cau. ſtab.
i l. i. in prin. eod. tit.
k l. cùm in plures. §. locator. ff. locati.

tis, atque id genus similibus: cùm enim exercitiũ hor-
rearij elegerit, videtur sicut & nautæ, & caupones, ta-
li custodiæ se à principio obligasse, quæ obligatio nõ,
nisi expresso partis consensu, remittitur. Tacere enim
eos verisimilius est, non quòd consentire velint, sed
quia ius suum durare sciant [a]. Si verò de iure quæren
do agatur, tunc satis est partem admoneri, nec consen
sus requiritur. Et ideo si creditori Titij prædixero, ne
me in fideiussorem accipiat, quia si acceptus fuerim,
nolo obligari: isque non contradixerit, sed simpliciter
tacuerit, & deinde me in fideiussorem acceperit, non
tenebor [b]: sibi enim imputet, qui protestationis meæ
sciens non est aduersatus: idque frequentius rece-
ptum est, tametsi non parum à veteribus hac in re al-
tercatum sit, Bartolúsque ipse [c] aliter quandoque dis-
seruerit, qui distinguit, protestatio causa obligationis
tollendæ fiat, an verò limitandæ, vt hoc casu non re-
quiratur expressus consensus, illo requiratur: sed cre-
briore calculo id reprobatum extat [d]. Sed & cùm ab
49 emphyteuta,* qui per triennium non soluerat, domi-
nus canonem etiam futuri temporis recipit, protesta-
túrque ius caduci sibi saluum fore, nisi emphyteuta cõ
tradicat, sensit Bar. protestationem sustineri [e]: quod (o-
pinor) ea ratione defendi potest, tanquam emphyteu-
ta tacendo consentire videatur: agit enim de eo iure
quærendo, à quo ceciderat: meritò, lapso solutionis tẽ
pore, manus iniici fundo poterit [f]. Sunt tamen & alij
50 casus † quibus taciturnitas sufficit, léxque consensum
interpretatur: vt cùm de priuilegij remissione agitur [g]:
cùm enim facilius priuilegio, quàm iuri derogetur, si-
lentium pro consensu est. Vnde si tibi protester, quòd
si mecum contraxeris, intendo fore, ne priuilegio vlli
locus sit, túque tacueris, perinde erit, ac si cõsensisses.
Idem cùm præter silentium aliquod quoque factum
interuenit, quale est receptio literarum [h] quamobrem
paterfa. literis filij asserentis se mutuum quasi ex man-
dato eius contraxisse, receptis, si obligari non vult, neç
videri consensisse, continuò protestationem cõtrariæ
volũtatis interponere debet [i]. Nec hîc ego Pauli Castr.
sententiam sequor, id constitutum asserentis propter

a l. sicut. §. nõ videtur. qui. mod. pig.
b Bart. d. l. pacta nouiss.
c Barto. d. §. morte.
d Imol. & Alex. ibi.
e Barto. l. ij. C. de iure emphyt.
f Modern. d. c. cùm M.
g gl. l. si fideiussor. qui satisd. cog.
h d. cle. j. de procur.
i l. si filius. ad Maced.

odium exceptionis, quæ ex Macedoniano Senatuscon sulto oritur: itémque quia vel sola scientia *pater obli 51
gatur: nam respectu patris, quòd ipse ex contractu filij obligari non debeat, regulare est, nec odiū aliquod adest. Quòd autem sola scientia obligetur, verum est, cùm pater scit, & prohibere potest, nec prohibet [a]: at vbi abest (qui noster casus est) non videtur cōsentire, nisi acceptis literis. Illud fateor, cùm lex continuò cō testationem interponi velit, arbitrio iudicis id intelligendum, vt tempus huic non denegetur legendi, cogitandi, peritiores consulendi: debet enim verisimilis esse *cōsensus, qui præsumptioni legis innititur. Quid 52
enim si rationem calculi hæ literæ contineant, num credendum erit dispunctioni consensum [b]? Iason enim negat. & rectè: nam & cùm procurator scripsisset domino, se eius nomine centum Titio donasse [c]: respondit Raph. Comens. receptis literis ius saluum domino esse perscrutandi, donatio verè facta esset, vel ne. †Cæterùm sunt, qui in iudicialibus quoque taciturnitatem pro consensu esse existimauerint: sed horum 53
sententia recepta non est. quod eo exemplo proditum est: Cùm quis testes in iudicio interrogari citra iuramenti religionem curauit: aduersarius enim, qui præsens & sciens tacuit, non tamen acquieuisse existimabitur [d]: aut enim actus fit à iudice, & tacens non censetur consentire, nisi lapso conquerendi, prouocandíve tempore [e]: aut fit à parte, & tunc idem obseruandum, quod in extraiudicialibus, vt qui contradicendo actū impedire potuit, & non fecit, censeatur approbasse [f], alioquin contrà [g]. Ad hanc sectionem †etiam pertinet, 54
cùm iuris nostri conseruandi causa protestamur, vt cùm legatarius heredi rem legatam alienanti consentit, saluo iure ad pretium: non enim alius consensus requiritur [h]: imò etiam contradicente herede, saluum esset huiusmodi ius: sicut quādo aliquis immunis subit munera, cùm se immunitati renuntiare nolle prædixisset [i]. Nam & monachus post probationis annum, pallium, cucullionémque indutus, si non ideo velle se initiari protestatus sit, non censebitur professus [k], etiā si protestationi huic monachi aduersati sint: hic enim agit,

a l. si tamen. cod. tit.
b Iasf. rep. l. admonendi. de iureiur.
c Com. cons. lxxvij.
d c. tuit. de testib.
e c. fin. de accusat.
f l. j. C. de rela.
g Bar. l. Pomponius. §. ratis. de procu.
h l. codicillis. §. j. de legat. ij.
i Bart. d. l. j. C. de his qui spon.
k Inno. d. c. j. quod met. cau.

agit, ne vlterius aggrauetur: vnde satis est, si protestatio ei, cuius interest, palàm facta sit, nec enim tunc eius consensus requiritur [b]. Qui enim certior factus [a] est, non debet conqueri, si alius iure suo vtatur. Sed
55 quid si is, qui lædi †posset, incertus sit, quomodo admoneri poterit? Finge constituisse me iam diu Titium procuratorem meum, quem nunc velim reuocare, nō enim diuinare possum, quis cum eo contracturus sit: & si certus sit locus, in quo contrahendum est, sufficit si protestatio huiusmodi ibi proscribatur [b], & publicè proponatur [c]: quòd si locus quoque incertus sit, frequentissima vrbis parte proscribendum est, edictáque proponenda: & ita crebrior se habet sententia [d]. quam veram esse etiam eo casu arbitror, quo faciliter potuit protestans de loco, vel persona certiorari: adhuc enim videtur sufficere edictum, cùm hic principaliter non agat, vt alium sibi obliget, sed solùm vt se exoneret, ne ex mandato, quod reuocauit, posisit obligari. Illud con
56 stat, vt † quis se ab obligatione legali absque facto suo orta exoneret, non requiri aliam partis scientiam: vt cùm pater protestatur se electioni filij, qua in decurionem cooptatus est, non consentire [e]: cùm enim absque suo facto ex præsumpto consensu obligaretur, per contrariæ voluntatis testationem præsumptio eliditur, & remanet liberatus: in actionibus enim legum, scientia partis necessariò non requiritur [f]. Sed quid, si is, qui admonendus est, absens sit? & regulariter videtur sufficere, si adhibitis testibus, protestetur [g]: sicut etiam solemus dicere, cùm quis metu aduersarij non audet coram eo protestari [h]: satis enim erit, si idipsum publicè, vel coram probis viris faciat [i]: quod tamen non procedit, cùm aduersarius ipse est iudex, tum enim debet coram alio iudice protestari [k]. Quòd si de iu-
57 dice conquerar, † haudquaquam mihi necessitas iniungitur eum diutius perquirendi, sed sufficiet, si apud tribunal testationem interposuero [l], dum talis sit, qui pro tribunali ius dicat, alioqui coram honestis personis testari nos lex iubet [m]. Sed & his casibus, quibus in ius vocari de domo quis potest, putarim etiam pro testationem ad domum transmisissam sufficere [n]: quod

a l. si mandas sem. ff. mand.

b l. sed & si pupillus. §. proscriptum. de institor.

c l. si putator. ad l. Aquil.

d Bart. l. qui hominem. §. si Titium. de solut.

e l. honores. §. fin. de decur.

f l. si pecuniam. §. placè. de condi. caus. dat.

g l. Labeo. de nau. fœn.

h l. fin. C. de his qui per met.

i l. iubemus. C. de defens. ciuit.

k l. vt perfectius. C. de ann. except.

l l. j. §. adeundi. quando appel. sit.

m c. Pastoralis. §. fi. de offic. deleg.

n Barto. l iii. §. prætor. de damn. infect. d. cle. cautam.

maximè in ea protestatione obseruandum, qua quis alium nō offendit, sed se excusat, ne clam fecisse videri possit: tunc enim & vxori, & amico, & familiæ denūtiari potest [a]. Sed & emptor pupillo, † si tutore careat, vel is absens sit, euictionis causa denuntiare poterit [b]: quod pupilli fauore introductum est, ne sola testatione, eo absēte facta periclitaretur. Sed an scriptura protestationi necessaria est? & responsum est non esse [c] nisi cùm protestatio vice actionis, vel exceptionis obiicitur, vt cùm præscriptionem interrumpere volumus [d], vel exceptionem non numeratæ dotis opponere [e]: nā sicut actio in scriptis necessariò edenda est, & exceptio in actis producenda, ita & protestatio scripturam requirit, cùm earum vicem sustinet. Hinc † presbyteri si tutelam acceptare volunt, ex scripto protestari debent [f]: is enim actus fori est. Idem cùm maritus vxoris assectatori denuntiat, ne cum ea conueniat [g]: cùm enim impune eum occidere possit, iúsque propria autoritate sibi dicat, scriptura necessaria est, perinde ac in iudiciis protestatio. Sunt & qui idem existiment, † quoties aliquis filio, vel agnato denuntiat, vt curam furiosi suscipiat [h]: oportet enim ex scriptis attestationem eis dirigere, alioquin denuntianti hereditatis lucrum non defertur. Ego accepi, quamuis lex scripturæ mentionem faciat, non tamen eam probationem excludere, quæ testibus fit [i]. 58 59 60

Svperest, vt † ad secundam speciem deueniamus, quæ à nuntiando nomen sumit: quoniam ab eius facto, cui aliquid nuntiamus, effectum habeat. In hac quoque dupliciter distingui potest: aut enim huiusmodi denuntiatio regulas iuris imitatur, aut aduersatur. De prima † videndum: & eius exemplum est, cùm aliquem admones, vt id faciat, quod debet: veluti debitorem meum interpello, vt mihi soluat, valet huiusmodi requisitio [k], & eum in mora constituit, nec alia fides ei fieri debet, qui obligationis à se cōtractæ probabilem ignorantiam non habet [l]: quòd si haberet, vt quia in alterius locum successisset, & alieno ex facto obligatus esset, tūc fides ei faciēda est [m]: ostēdendúmque nominis contracti * instrumentum, vel aliàs au- 61 62 63

tori.

a d. l. aut qui aliter.
b l. si dictum. in fi. de euict.
c l. fin. C. de neg. gest.
d d. l. vt perfectius.
e glos. in authē. de temp. non solut. pecu. super docc. §. illud quoque. in verbo, in literis dot.
f auth. presbyteros. C. de epi. & cle.
g authent. si quis ei. C. de adult.
h authen. vt cùm. de app. §. si quis. de prædictis.
i l. j C. de iure emphyt.
k l. quod te. si cert. pet.
l l. fina. pro suo.
m Cle. causam. de elect.

toritate iudicis ei iubendum, vt faciat, quia res ita se habeat [a]. Sed & si mihi centum spoponderis post Titij mortem, & denuntiem vt soluas, quia decesserit Titius, huius rei fidem saltem duorum testi[illegible] relatione tibi facere debebo, alioquin iuste credes in humanis adhuc esse Titium. Qua ratione etiam emptor, cui mota est controuersia, venditori denuntians vt litem suscipiat, cœptæ litis fidem, citationísque vel libelli copiã ei facere debet, cùm alioquin iuste credere posset, controuersiam nullam adhuc esse. Sed & debet huiusmodi denuntiatio clara esse: certiorémque venditorem facere, cur ei denuntietur, nempe vt veniat, & iudicium suscipiat [b], ne venditor idcirco se admonitum credat, vt ipsi emptori instrumenta probationésque suggerat [c], non vt liti adsistat: vnde tametsi sciat litem motam, tamen receptius est incitationem hanc necessariam es-
64 se [d]. Et hoc † est, quod lex ait, auctorem laudandum [e], id est, citandum, & ad partes trahendum: quamuis nihil referat verba expressim incitatoria sint, an tacitè hoc inducant. Quid enim si debitorem meum interpellans, vrbaniúsque agendum putans, sic dixerim? *Indigerem tali pecunia*: vel, *Nihil mihi in præsentia antiquius esset, quàm si meæ illius pecuniolæ meminisses*. opinor rectè in-
65 terpellatum videri. Cæterùm † & loco, & tempore congruo facienda est, regulariterque receptum est, quemlibet locum, & quodlibet tempus idoneum videri [f]: vndè & in ecclesia, & feriato die valet denuntiatio: actus enim est extraiudicialis, qui quandocunque fieri potest. Quapropter quibus casibus in iudicio fieri debet, aliud esset obseruandum [g]: conferenda tamen erit solutio in locũ, & tempus idoneũ. Potero igitur te in lupanari fortuitò repertũ interpellare, vt mihi loco congruo soluas. Potero & tibi noctu inuento prædicere, vt cras mihi de reliquis satisfacias, non enim tempus noctis sat idoneum est recipiendis nummis, sicut nec cùm quis in mensa, vel in lectulo est, vel transuehitur, vel funeralem pompam ducit [h], & si qua similia. Ad hanc quoque speciem pertinet, cùm inhibeo tibi, ne id facias, quod iure facere non potes. In hoc enim regulã iuris imitamur, valétque huiusmodi denuntiatio, effi-

a l. si. de leg. comm.
b c. si. de emptio & vend.
c l. emptori. C. de euict.
d l. qui absenti. ff. de procurat.
e l. Herennius. §. j. de euict.
f l. dies. C. de fer.
g l. cùm postulassem. supra de dam. infect.
h l. ij. ff. de in ius voc.

a l. j. & ij. quod vi, aut clàm.

b l. non omnes. in fine. de re milit.

c Alex. d. §. morte.

d l. cùm satis. §. final. C. de agric. & censi. lib. xj.

e l. si quis solutioni. §. j. de vsuris.

f Bar. l. si seruum. §. nunc videndum. de verb. obliga.

g l. fideiussor creditori. de fideiuss.

h l. si Titius statuas. de cõdi. & demõ.

i d. l. si seruũ. §. sequitur.

k l. hæc con dicio, si in capi ol. de cõd. & demonst.

l l. j. §. item si ad leg. fal.

m glo. l. j. C. de his qui. vt indignis.

n Bartol. l. suus. §. fin. de her. inst.

o l. ita stip. de verb. oblig.

citque, vt quod alioqui clàm fecisse videreris, vi censeatur factum [a]: quòd si iusta causa præcessit, qua iustè facere arbitrabaris, debet tibi fieri fides eam causam amplius non subesse, cùm aliter inhibitio sit nulla: quod eo exemplo receptum est: cùm quis exulem publicum hostem occidere vellet, ísque obnuntiabat abolitionem indulgentiámque criminis se cõsecutum, non erit ei credendum [b], nisi in promptu adsertionem suam veram esse docuerit, vel in iudicium se tunc venturum obtulerit [c], posśitque tutò deduci. Sanè his casibus * procuratoris quoque denuntiatio sufficiet [d], 66
quoniã iuris communis regulæ cõsentanea est: quod & in negotiorum gestore, & in coniuncta persona receptum est [e]. dum tamen debitorem interpellent, vt ipsi creditori soluat [f]: negotiorum enim gestori, vel cõiunctæ personæ solui non potest. Nunc ad secundam 67
†transeundum, in qua id regulariter fatendum est, denuntiationem, quæ regulis iuris aduersatur, non valere: vt cùm incito, vt id facias, quod in tua potestate est, velis, vel nolis [g]: nec enim meo suasu auferre ius tuum possum. præstat tamen hæc denuntiatio protestanti iustam excusationis causam, vt cùm per eum nõ steterit, conditio pro impleta habeatur [h]: vnde & debitorẽ excusat, qui soluere creditori voluerit, ne in mora ampliùs censeatur, sed ipse potiùs creditor [i]: Qua ratione & creditor conditionalis, qui conditionem adimplere potuit, huiusmodi nuntiatione in mora constituitur [k]. & vice versa idem in debitore conditionali responsum est, qui interpellatus conditionem adimplere neglexerit, siue is ex vltima voluntate debeat [l], siue legis iussu [m], siue sententia iudicis [n], siue (vt ego opinor) ex contractu: vt cùm ita stipulatus sum, *Si hominem Pamphilum non dederis, centum dabis*? postquam enim denuntiauero vt hominem des, túque neglexeris, non ampliùs homo, sed pecunia debebitur [o]: quod Paradoxorum libr. I. cap xj. latiùs à nobis disputatum est. Quod in citatoria †hac specie dictum est, vt regu- 68
lariter non valeat, in prohibitoria quoque receptum est, cùm id prohibemus, quod prohibito facere arbitrarium est: pari enim ratione obnuntiatione mea efficere

non

non possum, vt quod arbitrij tui est. id non fit: quod maximè obseruandum, si nullam iustam causam habuero[a]: vel etiam si habuero, sed tu salua honestate, & existimatione tua obtemperare non possis[b]: vel si ad me negotium illud nihil attineat: is enim cuius non interest, vix est, vt audiri debeat[c], nisi in id tantũ, vt quod clàm erat, detexisse, scientiámque qualemqualem induxisse videatur[d]: quæ tamen scientia eo modo inducta alteri non proderit, qui vel in dolo sit, vel de lucro
69 captando in alterius damnũ tractet[e]. Quandoque tamen inhibitio huiusmodi valet, nempe cùm eius, qui prohibet, interest, iustáque causa subest, & à principio priusquam ius aliquod sibi quęreretur, fuit monitus[f]: vt cùm denuntio ne emas talem fundũ quia est meus, vel mihi obligatus[g]. vel cùm te admoneo, ne vendas:
70 quia fundum ipsum vendicaturus sum*, nisi parueris,
71 videberis dolo distraxisse[h]. Idem tamen cùm creditores testatò emptorem conueniunt, ne debitoris sui bona temerè emat: si emerit, dolo emisse censebitur[i], quòd si postquam emerit, denuntietur, nulla est interpellatio, nisi adsertionis illius fiat fides, idque instrumentorum exhibitione[k], vel iudicis autoritate, quod suprà à nobis proditum est. Et cùm tradiderimus, quæ alieni arbitrij sunt, non posse nos nostra denuntiatione effi cere, vt ideo minus sint: consequens est, vt idem multò fortiùs fateamur, cùm ei prohibemus ne faciat, quod facere tenetur: vt si venditori quis prohibeat, ne fundum venditum tradat[l]: vt si debitor ei qui pro se constituit denuntiet, ne soluat[m]: quî enim facere quisquam potest, ne venditor fidem non seruet, aut qui cõstituit non soluat? quod eò magis seruandum est, cùm nulla prohibitionis iusta aut vera adfertur ratio: tametsi (etiam si allegetur tantùm) idem sit, cùm nihil referat, quid verum non sit an non probatum[n]. Oportet
72 igitur, si iusta, & vera causa prohibitionis subsit, vt denuntiatio valeat, fidem fieri, instrumentúmq; ei, cui denuntiatur legi[o]: vel eius exemplum ei relinqui, eadem quam superiori casu diximus ratione. Sola tamẽ
73 verisimilis causæ allegatio alicuius * quandoque effectus est, in eóq; sufficit, vt excusandus sit debitor, nisi

a l. si maior. C. de rescin. vendit.
b l. Quintus. mand.
c l. ij. quod falso tuto.
d l. item. §. penitam. de petitio. hered.
e d. l. ij.
f l. virilis. §. pen. de leg. præstand.
g l. si fundũ. C. de rei ven.
h l. Fulcinius. quib. ex cau. in poss.
i l. ait. infrà si quis particeps. ff. quæ in fraud. cred.
k l. nomen. C. quæ res pignor.
l l. si quis prohibuit. de public.
m l. vtrum. de cõst. pec.
n Arch. xxx. quæst. 5. iudicantem.
o d. clemen. causam. d. l. nomen.

cautio à creditore præstetur, indemnem eum eius denuntiationis causa futurum[a], quod in arbitrio iudicis plurimùm residet. Sed & verisimilis causa id efficit, vt excusari debeat, qui denuntianti credidit[b]: posśitque aduersus eum de dolo agi, & si soluendo nō fuerit, restitutio in integrum detur[c]. Sed & quoties res principaliter ad denuntiantem pertinet, denūtiationi huiusmodi, etiā si alia fides tunc non fiat, obsequendū est[d]: vt cùm debitor fideiussorem suum admonet, ne creditori soluat, quia pacti, vel acceptilationis, vel alia exceptione tutus est. Idem cùm à denuntiantis voluntate res omnis effectum sumit. Quapropter, creditore denuntiante debitori ne soluat, iustè parendum est, moráque omnis diluitur[e]. Sicut & cùm prohibetur, quod sola denunciantis voluntate illicitum fit, valet protestatio: vt si vetuero, ne fundum aucupij, aut venationis causa ingrediaris[f], ne negotia administres, ne mandato tibi ceu procuratore meo facto ampliùs vtaris: id enim mei planè liberi arbitrij est: vnde alia probationis fides non est necessaria. Sed an huiusmodi denuntiatio per procuratorem fieri possit? Et clarum est posse, dum mandati* huius fides fiat[g]: quòd si nō fiat, 74
cautio rati nequaquam sufficeret[h]: Lex enim sic fieri denuntiationem iubet, vt is, cui ea fit, cognoscat rē ita esse: quæ notitia ex cautione huiusmodi non percipitur. tametsi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nuntiatione, quod iudicii præsidia sit, sufficiat[i], idque receptius est. Quapropter † nec negotiorum ge- 75
stori id ius competit, nisi in his casibus, quibus sola notitia à quocunque facta sufficit[k]: vt cùm possessori hæreditatis denūtiamus, ne bona distrahat, quoniā hæreditas ad eū nō pertinet, constituetur enim in mala fide[l]. Qua ratione † & appellationis intimatio 76
à negotiorū gestore fieri potest[m]: quod multò magis in cōiuncta persona admittendū[n]. Sed an procuratori † fieri poterit? & nō putarim, nisi his casibus, quibus 77
scientia procuratoris domino nocet[o]: quod & tum quoque nō procedit, cùm lex in domini plenam notitiā peruenire aliquid iuberet, non enim sufficeret etiā specialem,* procuratorem admoneri[p]. Item non pro- 78
cedit,

a l. hæc autē. ff. si cui plus quàm per leg.
b l. j. de eo per quē fact.
c l. fina eod. titu.
d l. si fideiuss. mand.
e d. §. sequitur.
f l. diuus. de ser. rust.
g d. l. si quis infic. depos.
h Bal. in rub. extra de procuratorib.
i l. de pupillo. §. qui procuratorio. suprà de no. operis nun.
k Barr. l. facta. § i heres. ad Trebel.
l d. §. peritam.
m Rota dec. cxxvij. nouis.
n d. l qui absentem.
o l. procuratoris. de trib.
p glo. d. cle. causam. vers. appellatum.

cedit, nisi cùm dominus ipse propter absentiam conueniri nequit [a]. Sed & cùm animi vitium, putà malam fidem domini inducere volumus, nunquam sufficit procuratori nuntiare [b].

a d. l. aut qui aliter.
b d. §. petitam.

SVMMÆ.

1 *Masculino non, nisi ex causis, messe fœmininum.*

1 §. SERVI. E conuerso † autem appellatione an-
2 cillæ, serui * non continentur [c]: quod obseruandum est, etiam si eadem vtriusque ratio sit [d]: nisi gratia frequentioris vsus de fœminis mentio facta proponatur.
3 Quapropter si lex prohibeat capras * in villa haberi, nec hircos quidem habere licebit: atque ita ex facto responsum fuisse constat [e]: aruis enim calamitosum,
4 præsertímque Baccho infestum * id animal est, vt etiam Græco epigrammate admonemur.

c l. seruis. de legat. iij.
d c. quoniā. de simo.
e Alber. in sta. j. q. ciiij.

Κλῶ μεφάγεις ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπὶ σπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

Rode caper vitem, tamen hinc cùm stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit erit.

SVMMÆ.

1 *Familiæ etymon: déque liberis & seruis accipi.*

§. FAMILIAE. De familiæ † significatione infrà latiùs differetur. Quod ad præsentem rem attinet, dubium faciebat, quoniam familia ab Osco verbo famul deducitur, quod seruum significat, atque ideo de seruis propriè dici debuit, non autem ad filios, vel etiam liberos homines trahi: sed tamen vsus aliter obtinuit. Hincque sequitur, vt argumentum * ab etymo, itémque quod in Topicis M. Cicero à coniugatis vocat, probabile, non autem concludens semper sit.

in l. pronunciatio 195. §. familiæ et in l. familiæ 196

SVMMÆ.

Familiam de vno non, nisi interdictis dici.

4 *Corporum genera decem numero constantia.*

§. VNICVS. Videtur hinc Baldi sententia confutari [f]. Existimauit ipse constitutionē de eo, qui cum fa

f Bald. l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebel.

milia acceſſerit, verba facientem, illum quoq; comple-pleĉti, qui cum vnico ſeruo accedat, ſi eum ſolum habuerit. Sed † ego rationem legis perpendendam 1 magis crediderim, quæ ſi in dubium deducatur, propius erit, vt de vnico ſeruo familia, quatenus ad perſonas refertur, dici nequeat: in interdicto tamen à familia deiectus [a] dicitur, qui vel ab vnico ſeruo deiectus eſt: ſed id ex interpretatione, non ex vi verborum eſt. Sed quid, ſi lex municipalis cuiquam alienigenæ ius ciuitatis concedi prohibeat, niſi per decennium cum familia in vrbe habitauerit, an is, qui relictis parentibus, & familia, cum vnico ſeruo habitauerit, reiicietur? Et ex facto conſultus reiici reſpondi, tum huius reſponſi argumento, tum quia familiam alibi maiorem reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad quam veriſimile eſt eum quandoque reuerſurum fuiſſe. Lex autem * municipalis id beneficium concedit 2 his, quos per tanti temporis incolatum ſuſpicatur non receſſuros.

a l. j. §. familiæ. de vi, & vi armata.

Nec dvo qvidem. Tres ergo † familiam con- 3 ſtituent [b], ſicut & collegium: † cœtus * verò decem 4 homines requirit [c]. quod & de turba dicendum eſt [d], 5 quæ vox à Græco ſermone τύρβη deducitur: quod & de congregatoine [e] ego crediderim, niſi ex ſubiecto argumento aliud inducatur: quo caſu à Canoniſtis non diſſentirem, qui vel ex duobus congregationem * conſtare dixerunt. Sed & populum † plebémve decem 6 7 viris confici plerique exiſtimauerunt: quod nuſquam probatur, & ratione caret, cùm maiorem numerum populi appellatio, quàm cœtus, requirat. Sanè dubium non eſt, quin decem * oues gregem conſtituant, quod 8 de minoribus animalibus ſolùm intelligitur: nam quinque ſues, vel quatuor equinos pullos gregem ſuum, equorúmve conficere Bartolus ſenſit [f]. Cuius rei argumento, ſi lex pœnam ei, qui gentem congregauerit, imponat, eum non puniri exiſtimauit, qui minùs decem peditibus, aut quatuor equitibus contulerit. Sed mihi magis arridet, ne à turba gentem * di- 9 ſtinguamus, idémque vtroque fit caſu. Illud non omit tendum *, tametſi vniuerſitates huiuſmodi ex pluri- 10 bus

b l. Neratius. infrà eod.
c l. i. C. de tut. vel cu. illuſt. perſ. vbi hoc no. Bald.
d l. prætor. vi bon. rap.
e c. i. de ele.
f l. oues. de abig.

bus personis consistant, cæteris extinctis, ius vniuersitatis in vnum recidere, nec extingui [a].

SVMMÆ.

1 *Armorum genera: eáque variè accipi.*
3 *Titulum de armis explicari & extendi:*
5 *Clementinæ i. de statu monachorum, sensus.*

LEX XLI.

1 ARMORVM. Armorum † appellatio non ad
2 ea tantùm, quæ offendendi * causa habemus, refertur: sed & ea continet, quæ pro nostri corporis tutela gerimus, vt clypeus, & cassis. quòd si lex non de armis, sed de telis loquatur, aliud est: nam hæc vox ea solùm significat, quæ alterius lædendi causa habentur [b]. Nec Angeli [c] sententiam sequi possum, impropriè arma dici existimantis, quæ solùm defensionis causa parantur: id enim à Iurisconsulti nostri mente procul abest: non tamen negauerim ex
3 subiecta materia armorum appellationem † aliter quandoque adsumi: vt in Iustiniani constitutione [d], qua fabricensibus inhibet, ne arma priuatis hominibus vendant, intelligitur enim de his, quæ militantibus vsui esse possent: quoniam id publicæ securitatis causa constitutum fuit. Qui ergo cultrum, vel fustem habuerit, non tenebitur [e]: tametsi cultellus, quo panem incidimus, vel calamum acuimus, idémque in graphio, armorum nomine non comprændatur: &
4 ideo, si quis huiusmodi * gladiolo aliquem occidat, nõ videri eum occidendi animum habuisse [f] Aret. [g] re-
5 spondit. Sed *, & constitutio, qua monachis tenere arma non permittitur haudquaquam de fustibus, & lapidibus intelligitur, cùm hęc in alium vsum haberi verisimilius [h] sit, consuetudóque vulgaris sermonis hoc die habet, ne appellatione armorum contineantur [i].
6 Sed cùm † Iustiniani sanctio, qua arma à priuatis retineri prohibitum diximus, consuetudine non seruetur, an licebit machinas fusiles habere? quales sunt, quas Bombardas, Colubrinas, Sclopos maiores, Basi-

a l. sicut. in fine. quod cuiusque vniuersi.
b Bart. l. j. & fin. de vi pu.
c Ang. l. cum es pign. de fur.
d Authent. de armis.
e glo. d. Authenti.
f c. significasti. de ho.
g conf. lxxxi.
h clem. j. de stat. monac.
i Cardin. d. clem.

licos, Salamandras, Crocodilos, & Arcus perforatos vocamus (quos Galli adpellant, *Arquebuzes*) Et nō licere crediderim: cætera enim arma alio prætextu haberi possunt: at huiusmodi quæ ad demolitionem murorum solùm sunt vsui, nullo pacto priuatis conceduntur, nec ad hunc casum videtur producenda consuetudo.

SVMMÆ.

1 *Probri varia acceptio.* 9.
3 *Probrum de mœchia furtóque dici diuersè.*
6 *Adulterij impuniti incommoda.*
11 *Iusiurandum contrà pœnalia iúsve gentium non firmare.*

LEX XLII.

PROBRVM. Probrum * pro crimine ipso quandoque accipitur: sed quia ex huiusmodi delictis ignominia oritur, soléntq; ea à conuiciantibus obiici, frequentior vsus obtinuit, vt pro ignominia conuiciísque accipiatur: sicut & opprobrium,* quod nihil aliud est, quàm obiectum probrum: hócque modo à Vallæ morsibus defenditur Vlpianus. 1 2

FVRTVM. Accursius † ita intelligit, vt furtum, adulteriúmque naturâ probrum sit, quoniam in decalogo legitur, *Non furtum facies, Non mœchaberis.* quæ interpretatio vt vera sit, potest tamen ita punctis distingui, vt defendamus furtum non naturâ, sed ciuili lege probrum esse, adulterium verò etiam naturâ: nam leguntur fuisse aliqui populi, apud quos furari impunè * licebat, vt Ægyptij, quod ex Aristone Iurisconsulto Aulus Gel. tradit. Lacedæmoniis certè etiam laudi dabatur esse furem, nec deprændi: quòd hoc potissimùm exercitamento cautiores, diligentiorésque adolescentes fierent. Leges autem † xij. tab. aliquid quoque de Lacedæmoniorum moribus sumpsisse dubium non est. Cùm ergo communi omnium gentium iure furtum non puniretur, meritò huiusmodi probrum magis ciuile, quàm naturale dicitur: quod non est de adulterio: id enim etiam iure gentium abominabile est, † vt pote quod matrimonium polluit, 3 4 5 6

luit, datámque à coniugibus inuicem fidem corrumpit. At hodie in his ciuitatibus quæ malè institutæ sunt, maior pecuniæ, quàm morum ratio habetur, furésque laqueo strangulantur, adulteri mulctantur
7 pecuniâ. Sanè quamuis lege * Iudæorum fures puniren tur, non tamen consequens est, iure gentium id crimen puniri: nec enim soli Iudæi ius gentium constituunt, quibus (vt Corn. Tacit. inquit) Moses nouos ritus, contrariósque cæteris mortalibus indidit. Sed & si concedamus lege naturali furtum vetari [a], non tamen sequetur, vt ideo sit probrum: nam & lege ciuili, non potest * maritus donare vxori, & tamen huiusmodi donatione opprobrium aliquod non inducitur. Illud ergo probrum est, † quod non solùm prohibetur, sed etiam ignominia delinquentem afficit. Et hæc vtcunque contra receptam sententiam induci possent, licet ab ea recedere periculosum sit. a l.j. de fur.
8
9

NON NATVRA. Distinctio hæc Iurisconsulti non magni effectus videtur esse: quandoquidem parum refert, quis iure ciuili an naturali propudiosus sit: parem enim infamiæ notam sustinet [b]: multum verò refert in pactionibus, quæ contra bonos mores fiunt: nam si contra bonos mores (quatenus iure ciuili considerantur) initæ sint, † iuraméto confirmantur [c]. Atque hinc est, quòd donatio inter virum & vxorem, vel patrem & filium iureiurando sancita, necessariò obseruanda est [d], vt communi calculo proditum est: quod procedit cùm simpliciter lege ciuili contractus prohibetur: nam † si etiam pœna apposita sit, aliud fortè esset dicendum [e]. Idem, si iure gentium conuentio reprobata sit: huiusmodi enim nec iuramento quidem roboratur.
10
11

b l. j. de his qui notan. infam.
c c. cùm contingat. de iureiur.
d l. pacta quæ contra. C. de pact.
e l. cóuenire. de pact. dot.

SVMMÆ.

1 *Victus vitæ necessaria continens. ex causis contrà 4.*
3 *Expensis omnia necessaria inesse.*

LEX XLIII.

1 VERBO VICTVS. Si quis † legauerit Titio victum, censebitur omnia legasse, quę ei ad viuendũ necessaria sunt: & ideo & vestiariũ, & calceariũ & habi-

tatio, & lectus debebitur. Idémque, & si alimenta † legata sint, vel educatio[a] : hæc enim nomina exequata sunt. Legatis verò diariis[b] vel cibariis, secus est. Interpretatur autem diarium, vnius diei cibum, quẽ Græci διάτην vocant. Sed † quid, si alicui promisero (quod vulgò dicimus) tribuere expensas? & videntur verba idem significare quòd victus, vt videlicet impendere illi omnia tenear, quæ eius vitæ necessaria sunt. Sanè non probat Valla, vt victus appellatione, de vestiario quoque intelligamus, cùm multæ sint regiões, in quibus vestes vsui hominibus non sunt, vt in Aethiopia: quod ridiculũ est: necenim Aethiopũ leges hîc interpretamur, sed Romanorũ, qui sine veste nõ solent viuere. Nõ tamẽ negauerim, hac significationẽ ex interpretatione magis, quàm ex stricta verborũ vi esse: & ideo ex mẽte disponentis aliter quãdoque iudicamus. Vnde si quis alimẽtis vel victui renũciauerit[c], nõ cẽsebitur de vestiario, vel calceario actũ: huiusmodi enim repudiationes strictè accipiuntur. Qua ratione qui famulo victum * menstruámque mercedem promittit, nõ videtur de vestibus intellexisse, nec vlla alia re præter cibaria[d]: & idem in prætore, qui simili modo officialibus suis promiserit: quod & generaliter in quacũque odiosa materia procedit.

2
3
4
5

a l. fi. de alimen. legat.
b l. diariis. eo. tit.
c l. cùm hi. §. qui transigit. de trãsa.
d Bar. l. legatis. suprà de ali. leg.

SVMMÆ.

1 *Victui debito pharmaca non nisi ex paruo inesse.*

3 *Alimentis minerual non contineri: ex causis contrà.*

LEX XLIIII.

CAETERA. CVRANDI. Intelligunt † hoc Doctor. vt qui victum habeat, etiam ægrotanti pharmaca suo sumptu præstare teneatur: sine his enim curatur nemo: qui verò cibaria * debet, satis est, si ea præstat, quæ ad cibum pertinent[e], vt pullos: catapotia enim, & decoctiones, cæteráque medicamenta emere nõ tenetur, nisi fortè modica impensa habere ea possit[f]: quod aliqui existimauerunt. Sed † nunquid, qui alere tenetur, in disciplinam quoque minerual pendere cogatur? & non teneri verius est[g], nisi iure sanguinis ex le-

1
3
3

e Bar. d. l. legatis.
f l. in rebus. §. possunt. cõ mod.
g d. l. legatis.

gis dispositione id debitum contractum sit: vt in patre, qui filium alere debet, idoneísque præceptoribus instruendum committere[a]: quod & infrà dicendũ est.

a l. quod de bonis. i. §. pe. de barb. edi.

SVMMÆ.

1 *Victum carcerato negantem variè teneri.*
2 *Instratum eiúsque species: variáque acceptio. 4.*
3 *Victus instratíque discrimen.*
7 *Stragula vestimentorum genus.*
8 *Vestem à vestimento distare.*

LEX XLV.

1 INSTRATVM. Si quis prohibuerit victum † stratúmve[b] iudicato in carcerem deferri, & pœnali actione, & iniuriarum tenebitur. Sed quomodo intelligemus
2 victum & stratum? & Vlpianus † instratum esse omnia vestimenta, quæ insternuntur, seu iniiciuntur, ait, qualia sunt, toralia, gausapa, centones, aulæa, tapetia: in victu verò cætera vestimenta, quæ non sternuntur. Ex
3 qua † interpretatione videretur dicendum, eum, cui victus, vel alimenta debentur, stragula aliqua consequi non posse: quod bona ratione non subsistit: sine illis enim viuit nemo: nam & cùm ex qualitate personæ alimenta debeantur[c], æquum non est nobilem virum si-
4 ne stragulis agere. Sed & cùm † constet huiusmodi legato lectum contineri[d], de instructo apparatóque videretur intelligendum: durum tamen est à verbis legis recedere, nisi aliter de voluntate testatoris cõstet. Nec verum est, sine stragulis viuere aliquem non posse: qui enim aliunde non habet, suum sibi indumẽtum insternat: quòd si victus & vestitus legatus sit, fortè etiã stra-
5 gula* debebuntur, nam ea vestitus appellatione contineri videntur[e].

b l. si victum de re iudic.

c l. quos nos. in fine. infra.

d l. penul. de alimen. lega.

e l. vestis. de aur. & argẽ. leg.

STRAGVLA VESTIS SIT OMNE PALLIVM.
6 Atqui pallium * indumenti species est, non stragulæ. In duobus meis antiquis codicibus legitur, sit omne περίστρωμα, quam dictionem aliqui superaddito glossemate, interpretati sunt palliũ, eâque glossula ab imperitis in contextum recepta est. Significat Græcè peristroma omne quod insternitur, sicut Latinis stragula:

nec ea vox à nostris non recepta est, Plauto in Pseud, & Cic. in Philip. II. Hincque apparet contra Vallæ sententiam,† stragulam non pro lecti operimento tantũ, 7
sed generaliter pro omni veste quæ insternitur accipi, sic & Tranq. Funeratus est (inquit) Nero stragulis albis auro intextis, quibus vsus calend. Ianuariis fuerat. T. Liuius lib. xxiij. Cùm tibi viro liceat purpura in veste stragula vti. Festus Pomp.† Vestis generaliter dicitur, vt stragula, forensis, muliebris. vestimentum pars aliqua, vt pallium, tunica, vel penula. 8

SVMMÆ.

1 *Sententiæ ferendæ verba.*
2 *Statuere & pronuntiare diuersa.*
5 *Legis, Nulli. C. de senten. sensus.*
6 *Arbitri pronuntiant, sententiásque dicunt.*

LEX XLVI.

PRONVNTIATVM. Siue dicamus† iudicem pronuntiasse, siue statuisse, idem est: hæc enim verba sententiam latam ostendunt: sicut & ordinare, iudicare, præcipere, decernere, censere, & iubere. Non† tamen[a] eiusdem significationis semper est pronũtiare & statuere: quandoquidem pronuntiare* propriè dicimur, quod viua voce & memoriter proferimus: sicut recitare, quod ex scripto. statuere verò dicitur etiam, qui generaliter aliquid constituit, vt cũ lex in vniuersum sancitur. Hincque est, vt leges municipales* vulgò statuta appellentur: quê sensum non habet pronũtiare, refertur enim ad id solùm, quod inter partes pronũtiatur, idque Accurs. probat. Dum† ergo lex alibi dicit[b], nulli qui statuendi nõ habeat facultatem, interdicere cuiquam patria sua permitti. Ego intellexerim, vt qui in vniuersum pro certo delicto cõstituere interdictionis pœnam non potest, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquem possit: licet alij aliter accipiant. 1 2 3 4 5

COGNOSCENDI. Cùm† ergo arbitri[c] ipsi quoq; ius cognoscendi habeãt, sequitur propriè dici eos pronũtiasse, vel statuisse. quod & in arbitratoribus admittetur: tametsi negẽt Doct. sentẽtiã* propriè dici[d], quod ab arbitro pronuntiatũ est: quod tamen mihi non fit verisi- 6 7

a d. c. in his. de verb. sig.
b l. nulli. C. de sent.
c l. ait prætor. suprà de iudic.
d In l. j. de re iud.

verisimile, cùm id quod vnusquisque etiam priuatus sentit, Latinè & eleganter sententia dicatur: nec aliter soleant Iurisconsulti arbitrorũ definitiones[a], quàm sententias appellare: Laudũ enim barbara vox est, & inepta.

a l. litigatores. l. qualẽ. de arbitr.

SVMMÆ.

1 *Vxoris habendæ modi expliciti.*
5 *Vxoris spondendæ vetus forma.*
4 *Matrisfamiliàs acceptio duplex.*

1 §MATREMFAMILIAS. Tribus modis † olim vxor habebatur, vsu, farre, emptione. Cõfarreatio solis põtificibus cõueniebat: nec enim ad eã dignitatẽ admittebãtur, nisi confarreatis parentibus geniti, vt Cornelius Tacitus scribit: Emptio quibusdã solennitatibus pera-2 gebatur, & se coemendo inuicẽ interrogabãt: vir, † an sibi mulier materfamiliàs: illa, an vir sibi paterfamiliàs esse vellet. respondebãtque inuicẽ velle: atque ita mulier in viri manũ cõueniebat: & erat materfamiliàs viro loco filiæ, vt ex Vlpiani autoritate in Top. Cic. Boetius refert. Si verò absque hac solennitate nuptiæ contractæ fuissent, huiusmodi vxor vsu habebatur. Cõsentiunt igitur Cic. Boetius, Vlpianus, Aul. Gel. cæteriq; antiqui, matremfa. solã apud veteres fuisse, quæ coemptione nupserat & in manũ, id est, potestatem viri cõuenerat: in eius enim familiã sic transibat. Sed hæc antiquitus fuere: nã lõga cõsuetudine obliteratis illis solẽ-3 nitatibus, ex pudicitia* & bonis moribus materfami-4 liàs appellari cœpit. Sumitur † tamẽ significatio quãdoque etiã strictiùs, vt solã matronã cõprænendat, q̃ notæ sit autoritatis[b]: siquidẽ dicebat Euripides, Famiã mulieris, nõ formã vulgatã esse oportere. Latiùs verò capitur, cũ de qualibet fœmina itelligimus, q̃ sui sit iuris, vt Acc. ait[c]: quod nõ arbitror verũ, nisi adsint & boni mores, vt in exemplo viduæ, quod Iurisconsultus adfert.

b l. deinde. in fi. de libe. exhi.
c l. nam ciuium. de his qui sunt sui.

SVMMÆ.

1 *Soluere variè accipi. 5.*
4 *Legis iiij. ff. de re iudi. sensus.*

LEX XLVII.

1 LIBERATIONIS. Soluere †, est eum, qui alligatus sit, liberum facere: inde qui præstitit quod debe-

cautio à creditore præſtetur, indemnem eum eius denuntiationis cauſa futurum[a], quod in arbitrio iudicis plurimùm reſidet. Sed & veriſimilis cauſa id efficit, vt excuſari debeat, qui denuntianti credidit[b]: poſsítque aduerſus eum de dolo agi, & ſi ſoluendo nõ fuerit, reſtitutio in integrum detur[c]. Sed & quoties res principaliter ad denuntiantem pertinet, denũtiationi huiuſmodi, etiã ſi alia fides tunc non fiat, obſequendũ eſt[d]: vt cùm debitor fideiuſſorem ſuum admonet, ne creditori ſoluat, quia pacti, vel acceptilationis, vel alia exceptione tutus eſt. Idem cùm à denuntiantis voluntate res omnis effectum ſumit. Quapropter, creditore denuntiante debitori ne ſoluat, iuſtè parendum eſt, moráque omnis diluitur[e]. Sicut & cùm prohibetur, quod ſola denunciantis voluntate illicitum fit, valet proteſtatio: vt ſi vetuero, ne fundum aucupij, aut venationis cauſa ingrediaris[f], ne negotia adminiſtres, ne mandato tibi ceu procuratore meo facto ampliùs vtaris: id enim mei planè liberi arbitrij eſt: vnde alia probationis fides non eſt neceſſaria. Sed an huiuſmodi denuntiatio per procuratorem fieri poſſit? Et clarum eſt poſſe, dum mandati* huius fides fiat[g]: quòd ſi nõ fiat, 74
cautio rati nequaquam ſufficeret[h]: Lex enim ſic fieri denuntiationem iubet, vt is, cui ea fit, cognoſcat rẽ ita eſſe: quæ notitia ex cautione huiuſmodi non percipitur tametſi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nuntiatione, quod iudicii præuia ſit, ſufficiat[i], idque receptius eſt. Quapropter † nec negotiorum ge- 75
ſtori id ius competit, niſi in his caſibus, quibus ſola notitia à quocunque facta ſufficit[k]: vt cùm poſſeſſori hæreditatis denũtiamus, ne bona diſtrahat, quoniã hæreditas ad eũ nõ pertinet, conſtituetur enim in mala fide[l]. Qua ratione † & appellationis intimatio 76
à negotiorũ geſtore fieri poteſt[m]: quod multò magis in cõiuncta perſona admittendũ[n]. Sed an procurato-
ri † fieri poterit? & nõ putarim, niſi his caſibus, quibus 77
ſcientia procuratoris domino nocet[o]: quod & tum quoque nõ procedit, cùm lex in domini plenam notitiã peruenire aliquid iuberet, non enim ſufficeret etiã ſpecialem,* procuratorem admoneri[p]. Item non pro- 78
cedit,

a l. hæc autẽ. ff. ſi cui plus quàm per leg.
b l. j. de eo per quẽ fact.
c l. fina eod. titu.
d l. ſi fideiuſ. mand.
e d. §. ſequitur.
f l. diuus. de ſer. ruſt.
g d. l ſi quis infic. depoſ.
h Bal. in rub. extra de procuratorib.
i l. de pupillo. §. qui procuratorio. ſuprà de no. ope. nun.
k Barr. l. facta. § i heres. ad Trebel.
l d. §. petitam.
m Rota dec. cxxvij. nouiſ.
n d. l qui abſentem.
o l. procuratoris. de trib.
p glo. d. cle. cauſam. verſ. appellatum.

cedit, nisi cùm dominus ipse propter absentiam con-
ueniri nequit [a]. Sed & cùm animi vitium, putà malam a d. l. aut qui
fidem domini inducere volumus, nunquam sufficit aliter.
procuratori nuntiare [b]. b d. §. petitam.

SVMMÆ.

1 *Masculino non, nisi ex causis, messe fœmininum.*

1 §. SERVI. Econuerso † autem appellatione an-
2 cillæ, serui * non continentur [c]: quod obseruandum c l. seruis. de
est, etiam si eadem vtriusque ratio sit [d]: nisi gratia fre- legat. iij.
quentioris vsus de fœminis mentio facta proponatur. d c. quoniā. de simo.
3 Quapropter si lex prohibeat capras * in villa haberi,
nec hircos quidem habere licebit: atque ita ex facto
responsum fuisse constat [e]: aruis enim calamitosum, e Alber. in
4 præsertímque Baccho infestum * id animal est, vt sta. j. q. ciiij.
etiam Græco epigrammate admonemur.

Κἤν με φάγεις ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπὶ σπεῖσαι σοι τράγε θυομένῳ.

Rode caper vitem, tamen hinc cùm stabit ad aram,
In tua quod spargi cornua possit erit.

SVMMÆ.

1 *Familiæ etymon: déque liberis & seruis accipi.*

§. FAMILIAE. De familiæ † significatione infrà in l. pronunciatio
latiùs differetur. Quod ad præsentem rem attinet, du- 195. §. familiæ. et
bium faciebat, quoniam familia ab Osco verbo famul fin. l. familiæ. 196.
deducitur, quod seruum significat, atque ideo de ser-
uis propriè dici debuit, non autem ad filios, vel etiam
liberos homines trahi: sed tamen vsus aliter obti-
nuit. Hincque sequitur, vt argumentum * ab etymo,
itémque quod in Topicis M. Cicero à coniugatis vo-
cat, probabile, non autem concludens semper sit.

SVMMÆ.

Familiam de vno non, nisi interdictis dici.

4 *Corporum genera decem numero constantia.* f Bald. l. iubemus. §. fin. autem. C. ad Trebel.

§. VNICVS. Videtur hinc Baldi sententia confu-
tari [f]. Existimauit ipse constitutioné de eo, qui cum fa

milia accesserit, verba facientem, illum quoq; complecti, qui cum vnico seruo accedat, si eum solum habuerit. Sed † ego rationem legis perpendendam 1
magis crediderim, quæ si in dubium deducatur, propius erit, vt de vnico seruo familia, quatenus ad personas refertur, dici nequeat: in interdicto tamen à familia deiectus [a] dicitur, qui vel ab vnico seruo deiectus est: sed id ex interpretatione, non ex vi verborum est. Sed quid, si lex municipalis cuiquam alienigenæ ius ciuitatis concedi prohibeat, nisi per decennium cum familia in vrbe habitauerit, an is, qui relictis parentibus, & familia, cum vnico seruo habitauerit, reiicietur? Et ex facto consultus reiici respondi, tum huius responsi argumento, tum quia familiam alibi maiorem reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad quam verisimile est eum quandoque reuersurum fuisse. Lex autem * municipalis id beneficium concedit 2
his, quos per tanti temporis incolatum suspicatur non recessuros.

a l. j. §. familiæ. de vi, & vi armata.

Nec dvo qvidem. Tres ergo † familiam con- 3
stituent [b], sicut & collegium: † cœtus * verò decem 4
homines requirit [c]. quod & de turba dicendum est [d]; 5
quæ vox à Græco sermone τύρβη deducitur: quod & de congregatoine [e] ego crediderim, nisi ex subiecto argumento aliud inducatur: quo casu à Canonistis non dissentirem, qui vel ex duobus congregationem * con- 6
stare dixerunt. Sed & populum † plebémve decem 7
viris confici plerique existimauerunt: quod nusquam probatur, & ratione caret, cùm maiorem numerum populi appellatio, quàm cœtus, requirat. Sanè dubium non est, quin decem * oues gregem constituant, quod 8
de minoribus animalibus solùm intelligitur; nam quinque sues, vel quatuor equinos pullos, gregem suum, equorúmve conficere Bartolus sensit [f]. Cuius rei argumento, si lex pœnam ei, qui gentem congregauerit, imponat, eum non puniri existimauit, qui minùs decem peditibus, aut quatuor equitibus contulerit. Sed mihi magis arridet, ne à turba gentem * di- 9
stinguamus. idémque vtroque fit casu. Illud non omittendum *, tametsi vniuersitates huiusmodi ex pluri- 10
bus

b l. Neratius. infrà eod.
c l. i. C. de cur. vel cu. illust. pers. vbi hoc no. Bald.
d l. prætor. vi bon. rap.
e c. i. de ele.
f l. oues. de abig.

bus personis consistant, cæteris extinctis, ius vniuersitatis in vnum recidere, nec extingui [a]. a l. sicut. in fine. quod cuiusque vniuersi.

SVMMÆ.

1 *Armorum genera: eáque variè accipi.*
3 *Titulum de armis explicari & extendi.*
5 *Clementinæ i. de statu monachorum, sensus.*

LEX XLI.

1 ARMORVM. Armorum † appellatio non ad
2 ea tantùm, quæ offendendi * causa habemus, refertur: sed & ea continet, quæ pro nostri corporis tutela gerimus, vt clypeus, & cassis. quòd si lex non de armis, sed de telis loquatur, aliud est: nam hæc vox ea solùm significat, quæ alterius lædendi causa habentur [b]. Nec Angeli [c] sententiam sequi possum, b Bart. l. j. & fin. de vi pub. impropriè arma dici existimantis; quæ solùm defensionis causa parantur: id enim à Iurisconsulti nostri mente procul abest: non tamen negauerim ex c Ang. l. cum res pign. de fur.
3 subiecta materia armorum appellationem † aliter quandoque adsumi: vt in Iustiniani constitutione [d], d Authent. de armis. qua fabricensibus inhibet, ne arma priuatis hominibus vendant, intelligitur enim de his, quæ militantibus vsui esse possent: quoniam id publicæ securitatis causa constitutum fuit. Qui ergo cultrum, vel fustem habuerit, non tenebitur [e]: tametsi cultellus, quo e glo. d. Authent. panem incidimus, vel calamum acuimus, idémque in graphio, armorum nomine non comprændatur: &
4 ideo, si quis huiusmodi * gladiolo aliquem occidat, nó videri eum occidendi animum habuisse [f] Aret. [g] re- f c. significasti. de ho.
5 spondit. Sed *, & constitutio, qua monachis tenere arma non permittitur, haudquaquam de fustibus, & lapidibus intelligitur, cùm hęc in alium vsum haberi verisimilius [h] sit, consuetudóque vulgaris sermonis hoc g cons. lxxx. die habet, ne appellatione armorum contineantur [i]. h clem. j. de stat. monac.
6 Sed cùm † Iustiniani sanctio, qua arma à priuatis reti- i Cardin. d. clem. neri prohibitum diximus, consuetudine non seruetur, an licebit machinas fusiles habere? quales sunt, quas Bombardas, Colubrinas, Sclopos maiores, Basi-

licos, Salamandras, Crocodilos, & Arcus perforatos vocamus (quos Galli adpellant, *Arquebuzes*.) Et nō licere crediderim: cætera enim arma alio prætextu haberi possunt: at huiusmodi quæ ad demolitionem murorum solùm sunt vsui, nullo pacto priuatis conceduntur, nec ad hunc casum videtur producenda consuetudo.

SVMMÆ.

1 *Probri varia acceptio.* 9.
3 *Probrum de mœchia furtóque dici diuersè.*
6 *Adulterij impuniti incommoda.*
11 *Iusiurandum contrà pœnalia iúsve gentium non firmare.*

LEX XLII.

PROBRVM. Probrum * pro crimine ipso quandoque accipitur: sed quia ex huiusmodi delictis ignominia oritur, soléntq; ea à conuiciantibus obiici, frequentior vsus obtinuit, vt pro ignominia conuiciísque accipiatur: sicut & opprobrium, * quod nihil aliud est, quàm obiectum probrum: hócque modo à Vallæ morsibus defenditur Vlpianus. 1 2

FVRTVM. Accursius † ita intelligit, vt furtum, adulteriúmque naturâ probrum sit, quoniam in decalogo legitur, *Non furtum facies. Non mœchaberis.* quæ interpretatio vt vera sit, potest tamen ita punctis distingui, vt defendamus furtum non naturâ, sed ciuili lege probrum esse, adulterium verò etiam naturâ: nam leguntur fuisse aliqui populi, apud quos furari impunè * licebat, vt Ægyptij, quod ex Aristone iurisconsulto Aulus Gel. tradit. Lacedæmoniis certè etiam laudi dabatur esse furem, nec deprændi: quòd hoc potissimùm exercitamento cautiores, diligentiorésque adolescentes fierent. Leges autem † xij. tab. aliquid quoque de Lacedæmoniorum moribus sumpsisse dubium non est. Cùm ergo communi omnium gentium iure furtum non puniretur, meritò huiusmodi probrum magis ciuile, quàm naturale dicitur: quod non est de adulterio: id enim etiam iure gentium abominabile est, † vt pote quod matrimonium polluit, 3 4 5 6

luit, datámque à coniugibus inuicem fidem corrum-
pit. At hodie in his ciuitatibus quæ malè institutæ
sunt, maior pecuniæ, quàm morum ratio habetur,
furésque laqueo strangulantur, adulteri mulctantur
7 pecuniâ. Sanè quamuis lege * Iudæorum fures puni-
rentur, non tamen consequens est, iure gentium id
crimen puniri: nec enim soli Iudæi ius gentium cón-
stituunt, quibus (vt Corn. Tacit. inquit) Moses nouos
ritus, contrariósque cæteris mortalibus indidit. Sed &
si concedamus lege naturali furtum vetari [a], non ta- a l.j.de fur.
men sequetur, vt ideo sit probrum: nam & lege ci-
8 uili, non potest * maritus donare vxori, & tamen
huiusmodi donatione opprobrium aliquod non in-
9 ducitur. Illud ergo probrum est, † quod non solùm
prohibetur, sed etiam ignominia delinquentem afficit.
Et hæc vtcunque contra receptam sententiam induci
possent, licet ab ea recedere periculosum sit.

Non natura. Distinctio hæc Iurisconsulti
non magni effectus videtur esse: quandoquidem pa-
rum refert, quis iure ciuili an naturali propudiosus
sit: parem enim infamiæ notam sustinet [b]: multum b l. j.de his
verò refert in pactionibus, quæ contra bonos mores qui notan.
fiunt: nam si contra bonos mores (quatenus iure ci- infam.
10 uili considerantur) initæ sint, † iuraméto confirman-
tur [c]. Atque hinc est, quòd donatio inter virum & vxo- c c.cùm con
rem, vel patrem & filium iureiurando sancita, necessa- tingat.de iu-
riò obseruanda est [d], vt communi calculo proditum reiur.
est: quod procedit cùm simpliciter lege ciuili contra- d l.pacta quæ
11 ctus prohibetur: nam † si etiam pœna apposita sit, contra.C.de
aliud fortè esset dicendum [e]. Idem, si iure gentium pact.
conuentio reprobata sit: huiusmodi enim nec iura- e l.cõuenire.
mento quidem roboratur. de pact.dot.

SVMMÆ.

1 *Victus vitæ necessaria continere. ex causis contrà 4.*
3 *Expensis omnia necessaria inesse.*

LEX XLIII.

1 VERBO VICTVS. Si quis † legauerit Titio vi-
ctum, censebitur omnia legasse, quę ei ad viuendũ
necessaria sunt: & ideo & vestiariũ, & calceariũ & habi-

tatio, & lectus debebitur. Idémque, & si alimenta† legata sint, vel educatio[a]: hæc enim nomina exequata sunt. Legatis verò diariis[b] vel cibariis, secus est. Interpretatur autem diarium, vnius diei cibum, quē Græci διάιταν vocant. Sed † quid, si alicui promisero (quod vulgò dicimus) tribuere expensas? & videntur verba idem significare quòd victus, vt videlicet impendere illi omnia tenear, quæ eius vitæ necessaria sunt. Sanè non probat Valla, vt victus appellatione, de vestiario quoque intelligamus, cùm multæ sint regiões, in quibus vestes vsui hominibus non sunt, vt in Aethiopia: quod ridiculū est: necenim Aethiopū leges hîc interpretamur, sed Romanorū, qui sine veste nō solent viuere. Nō tamē negauerim, hac significationē ex interpretatione magis, quàm ex stricta verborū vi esse: & ideo ex mēte disponentis aliter quādoque iudicamus. Vnde si quis alimētis vel victui renūciauerit[c], nō cēsebitur de vestiario, vel calceario actū: huiusmodi enim repudiationes strictè accipiuntur. Qua ratione qui famulo victum * menstruámque mercedem promittit, nō videtur de vestibus intellexisse, nec vlla alia re præter cibaria[d]: & idem in prætore, qui simili modo officialibus suis promiserit: quod & generaliter in quacūque odiosa materia procedit.

a l. fi. de alimen. legat.
b l. diariis. eo. tit.
c l. cùm hi. §. qui transigit. de trāsa.
d Bar. l. legatis. suprà de ali. leg.

2
3
4
5

SVMMÆ.

1 *Victui debito pharmaca non nisi ex paruo inesse.*

3 *Alimentis minerual non contineri: ex causis contrà.*

LEX XLIIII.

1 CAETERA. CVRANDI. Intelligunt † hoc Doctor. vt qui victum habeat, etiam ægrotanti pharmaca suo sumptu præstare teneatur: sine his enim curatur nemo: qui verò cibaria * debet, satis est, si ea præstat, quæ ad cibum pertinent[e], vt pullos: catapotia enim, & decoctiones, cæteráque medicamenta emere nō tenetur, nisi fortè modica impensa habere ea possit[f]: quod aliqui existimauerunt. Sed † nunquid, qui alere tenetur, in disciplinam quoque minerual pendere cogatur? & non teneri verius est[g], nisi iure sanguinis ex le- 3

e Bar. d. l. legatis.
f l. in rebus. §. possunt. cō mod.
g d. l. legatis.

gis dispositione id debitum contractum sit: vt in patre, qui filium alere debet, idoneísque præceptoribus instruendum committere[a]: quod & infrà dicendũ est. a l. quod de bonis. i. §. pe. de barb. edi.

SVMMÆ.

1 *Victum carcerato negantem variè teneri.*
2 *Instratum eiúsque species: variáque acceptio.* 4.
3 *Victus instratíque discrimen.*
7 *Stragula vestimentorum genus.*
8 *Vestem à vestimento distare.*

LEX XLV.

1 INSTRATVM. Si quis prohibuerit victum † stratúmve[b] iudicato in carcerem deferri, & pœnali actione, & iniuriarum tenebitur. Sed quomodo intelligemus b l. si victum de re iudic.
2 victum & str[a]tum? & Vlpianus † instratum esse omnia vestimenta, quæ insternuntur, seu iniiciuntur, ait, qualia sunt, toralia, gausapa, centones, aulæa, tapetia: in victu verò cætera vestimenta, quæ non sternuntur. Ex
3 qua † interpretatione videretur dicendum, eum, cui victus, vel alimenta debentur, stragula aliqua consequi non posse: quod bona ratione non subsistit: sine illis enim viuit nemo: nam & cùm ex qualitate personæ alimenta debeantur[c], æquum non est nobilem virum si- c l. quos nos in fine infra.
4 ne stragulis agere. Sed & cùm † constet huiusmodi legato lectum contineri[d], de instructo apparatóque videretur intelligendum: durum tamen est à verbis legis recedere, nisi aliter de voluntate testatoris cõstet. Nec verum est, sine stragulis viuere aliquem non posse: qui enim aliunde non habet, suum sibi indumẽtum insternat: quòd si victus & vestitus legatus sit, fortè etiã stra- d l. penul. de alimen. lega.
5 gula * debebuntur, nam ea vestitus appellatione contineri videntur[e]. e l. vestis. de aur. & argẽ. leg.

STRAGVLA VESTIS SIT OMNE PALLIVM.
6 Atqui pallium * indumenti species est, non stragulæ. In duobus meis antiquis codicibus legitur, sit omne περίστρωμα, quam dictionem aliqui superaddito glossemate, interpretati sunt palliũ, eâque glossula ab imperitis in contextum recepta est. Significat Græcè peristroma omne quod insternitur, sicut Latinis stragula:

nec ea vox à nostris non recepta est, Plauto in Pseud, & Cic. in Philip. II. Hincque apparet contra Vallæ sententiam,† stragulam non pro lecti operimento tantū, 7
sed generaliter pro omni veste quæ insternitur accipi, sic & Tranq. Funeratus est (inquit) Nero stragulis albis auro intextis, quibus vsus calend. Ianuariis fuerat. T. Liuius lib. xxiij. Cùm tibi viro liceat purpura in veste stragula vti. Festus Pomp.† Vestis generaliter dici 8
tur, vt stragula, forensis, muliebris. vestimentum pars aliqua, vt pallium, tunica, vel penula.

SVMMÆ.

1 *Sententiæ ferendæ verba.*
2 *Statuere & pronuntiare diuersa.*
5 *Legis, Nulli. C. de senten. sensus.*
6 *Arbitri pronuntiant, sententiasque dicunt.*

LEX XLVI.

PRONVNTIATVM. Siue dicamus† iudicem pronuntiasse, siue statuisse, idem est: hæc enim verba sententiam latam ostendunt: sicut & ordinare, iudicare, præcipere, decernere, censere, & iubere. Non† tamen[a] eiusdem significationis semper est pronūtiare & statuere: quandoquidem pronuntiare* propriè dicimur, quod viua voce & memoriter proferimus: sicut recitare, quod ex scripto. statuere verò dicitur etiam, qui generaliter aliquid constituit, vt cū lex in vniuersum sancitur. Hincque est, vt leges municipales* vulgò statuta appellentur: quē sensum non habet pronūtiare, refertur enim ad id solùm, quod inter partes pronūtiatur, idque Accurs. probat. Dum† ergo lex alibi dicit[b], nulli qui statuendi nō habeat facultatem, interdicere cuiquam patria sua permitti. Ego intellexerim, vt qui in vniuersum pro certo delicto cōstituere interdictionis pœnam non potest, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquem possit: licet alij aliter accipiant. 1 2 3 4 5

COGNOSCENDI. Cùm† ergo arbitri[c] ipsi quoq; ius cognoscendi habeāt, sequitur propriè dici eos pronūtiasse, vel statuisse. quod & in arbitratoribus admittendum: tametsi negēt Doct. sentētiā* propriè dici[d], quod ab arbitro pronuntiatū est: quod tamen mihi non fit 6 7
verisi-

a d. c. in his. de verb. sig.

b l. nulli. C. de sent.

c l. ait prætor. suprà de iudic.

d In l. j. de re iud.

verisimile, cùm id quod vnusquisque etiam priuatus sentit, Latine & eleganter sententia dicatur: nec aliter soleant Iurisconsulti arbitrorũ definitiones[a], quàm sententias appellare: Laudũ enim barbara vox est, & inepta.

a l. litigatores. l. qualẽ. de arbitr.

SVMMÆ.

1 *Vxoris habendæ modi explicati.*

5 *Vxoris spondendæ vetus forma.*

4 *Matrisfamiliàs acceptio duplex.*

1 §MATREMFAMILIAS. Tribus modis † olim vxor habebatur, vsu, farre, emptione. Cõfarreatio solis põtificibus cõueniebat: nec enim ad eã dignitatẽ admittebãtur, nisi confarreatis parentibus geniti, vt Cornelius Tacitus scribit: Emptio quibusdã solennitatibus pera-
2 gebatur, & se coemendo inuicẽ interrogabãt: vir, † an sibi mulier materfamilias: illa, an vir sibi paterfamiliàs esse vellet. respondebãtque inuicẽ velle: atque ita mulier in viri manũ cõueniebat: & erat materfamiliàs viro loco filiæ, vt ex Vlpiani autoritate in Top. Cic. Boetius refert. Si verò absque hac solennitate nuptiæ contractæ fuissent, huiusmodi vxor vsu habebatur. Cõsentiunt igitur Cic. Boetius, Vlpianus, Aul. Gel. cæteriq; antiqui, matremfa. solã apud veteres fuisse, quæ coemptione nupserat & in manũ, id est, potestatem viri cõuenerat: in eius enim familiã sic transibat. Sed hæc antiquitus fuere: nã lõga cõsuetudine obliteratis illis solẽ-
3 nitatibus, ex pudicitia* & bonis moribus materfami-
4 liàs appellari cœpit. Sumitur † tamẽ significatio quãdoque etiã strictiùs, vt solã matronã cõprændat, q̃ notæ sit autoritatis[b]; siquidẽ dicebat Euripides, Famã mulieris, nõ formã vulgatã esse oportere. Latiùs verò capitur, cũ de qualibet fœmina ĩtelligimus, q̃ sui sit iuris, vt Acc. ait[c]: quod nõ arbitror verũ, nisi adsint & boni mores, vt in exemplo viduæ, quod Iurisconsultus adfert.

b l. deinde. in fi. de libe. exhi.

c l. nam ciuium. de his qui sunt sui.

SVMMÆ.

1 *Soluere variè accipi. 5.*

4 *Legis iiij. ff. de re iudi. sensus.*

LEX XLVII.

1 LIBERATIONIS. Soluere †, est eum, qui alligatus sit, liberum facere: inde qui præstitit quod debet

soluisse dicitur, & se ab obligationis nexu liberasse: quòd fit, vt propriè solutionis verbũ * liberationísque, eiusdem sit significationis[a]. atque ideo siue debitor satisfecerit, siue acceptilatione sit liberatus, dicetur solutus. Quòd si lex non simpliciter de solutione loquatur, sed pecuniam solui requirat, tunc acceptilatio * nõ sufficeret[b]: in ea enim pecunia non interuenit. Nec nos † mouet, quòd edictum prætoris, quo iudicatis vt pecuniam soluant, mandat, sibi locum non vendicat aduersus eum, qui acceptilatione sit liberatus[c], quoniã in eo edicto pecuniæ mentionẽ prætor fecit, nõ quòd acceptilationem excludere vellet[d], sed vt ostenderet non sufficere iudicato, si satisfaceret, putà datis pignoribus, vel fideiussore, ne obligationes ex obligationibus fierent. Alij tamen † frequentiore calculo distinguunt, vt de stricta significatione soluisse non dicatur, nisi qui pecuniam numerauit: latiore verò sensu, quoquo modo quis sit liberatus, cẽseatur soluisse. Sed hoc non tamen impropriè erit: quandoquidem * potest vna & eadem dictio & strictè & latè accipi, vtroque tamẽ modo propriè[e].

2
3
4
5
6

a l. solutionis, suprà de solut.

b l. solutam. de solution.

c l. iiij. §. soluisse. de re iudica.

d e. l. iiij. §. fin.

e l. cùm lege. de test.

SVMMÆ.

1 *Legis, Qui neque. varia lectio. 4. & sensus. 3.*

LEX XLVIII.

QVI NEQVE SEQVANTVR. Accurs. † varias his verbis interpretationes adfert. Aliqui enim in libris Caij Iurisconsulti ita inscriptum titulum credidere. alij eum qui prætoris edicto obsequi non tenetur, coram tribunali per vim minimè esse deducendũ[f]. Sũt & qui adfirment, sicut in ius * de domo sua vocatus sequi viatorem non tenetur, ita nec inuitum debere deduci[g]. Ipse arbitror interpretari Caium † eiusdem significationis esse sequi & duci: quandoquidem is ducitur, qui ante se quem sequatur, habet: Vnde & Duces dicti, qui præcedunt. Vergilius: Dux fœmina facti. Hinc & Senecæ versus: ducunt volentem fata: nolentem trahunt. In antiquis † sanè codicibus sic inscriptũ legitur; Caius lib. j. ad edictum prætoris vrbani, titulo, qui

2
3
4

f l. in criminali. C. de iur. om. iud.

g l. plerique. de in ius vocando.

qui neque sequuntur neque ducuntur.

SVMMÆ.

1 *Solutus, omnino liber: alioquin contrà. 3.*
2 *L. Qui in carcerem. quod metus causa extensio.*

1 §. SOLVTVM. Solutus † ergo is dicitur, cui recedendi est libera facultas[a], non si adhuc sub custodia sit, & idcirco cùm promissio in carcere ei facta, qui iniustè me
2 in eum locum detrusit, † nullius sit momenti[b], si extrà deductus, assistente tamen aliquo custode, eam ra-
3 tam habuerim, nihilo magis confirmatur. Sed † cùm possit iudex ex causa, vel propter viri probitatem, aut
4 criminis leuitatem, alicui ciuitatem * pro carcere assignare, vel sub vadimonio dimittere[c], an huiusmodi dicitur solutus? & hîc videtur probari, nō esse solutum[d].

a l. ij. de liber. homin. exhi.
b l. qui in carcerem. quod metus caus.
c Angel. l. si à bonæ. suprà de rei vēdica.
d l. necnon. §. ex quibus causis maiores.

SVMMÆ.

1 *Bona variè accipi. 7. 9.*
6 *Legis, Bonorum. sensus.*
4 *Beatorum duplex acceptio.*
6 *Emphyteutæ, & superficiarij discrimen.*
Bonis inesse debita.

LEX XLIX.

1 BONORVM. Bona † accipiūtur, & naturaliter & ciuiliter. Naturaliter, cùm id solùm significant, quod beat, id est, prodest: vnde quod superest, deducto ære alieno, bonorum appellatione naturali solùm cōprenditur. Ciuiliter verò id intelligitur, quod etiam onera admixta habet, vt hereditas, vel id quod bona fide possidemus: atque ita Accursius interpretatus est. † Ergo
2 aliam fuisse Iurisconsulti sententiam existimauerim:
3 nam bona * ex naturali significatione omnia comprendunt, quæ prosunt, ex ciuili ad facultates tantum referuntur. In naturali sensu eo modo hæc dictio accitur, quo apud Græcos τὰ ἐσθλά, de quo extat distichon:

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδο· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκε.

S

Quod nos ita vertimus:

Siue velint homines seu nolint, Iupiter illis
Da bona, quæ mala sunt, etiam cupientibus aufer.

Hinc antiquis Iouis epithetō est Optimi, quod Cicero interpretatur beneficentissimi. Igitur cū sensu naturali bona dicerentur, quæcunque nobis benefaciūt, lex ciuilis ad facultates nostras hoc traxit: quoniam & hæ prosunt, vtiléśq; nobis sunt. hinc distinctio bonorum corporis & animi apud Philosophos.

BEATOS. Beati † dicuntur * diuites, quia cæteris 4
prodesse possunt, & debent. Iuuenalis: Vetulæ vesica 5
beatæ. Sic appellantur etiam felices, nō absimili ratione. Vergil. O térque quatérque beati. Fit & inde diminutiuum beatulus, Persio eodem sensu. Beatulus alto Compositus lecto.

SVPERFICIARIA. Bona † hæc sunt eius, qui in 6
alieno solo ædificium possidet: nam vtilis in rem actio
a d.l.ij. suprà de superfic. huic datur [a]: distátque ab emphyteuta, quòd ille & solum & meliorationes suas à domino recognoscit, certámque ex hac causa pensionem præstat: hic plerūque nihil pendit, nec meliorationes à domino habere dicitur, nisi superficiem quoque conduxerit, imò, finito contractu, indistinctè eas illi auferre licet. Et hinc argumentari † possumus, ius quod quis ex conducto ha- 7
bet, bonorum appellatione contineri.

ET SI QVID. Quod † ergo nobis, vel actione in 8
personam, vel petitione in rem, vel officio iudicis debetur, in bonis computatur: nam & nuda bonorum appellatione dubium non est, nomina, huiusmodíque iura contineri. Hincque † cōsequens est, in generali bo- 9
norum obligatione ea quoque comprændi, quæ * bo- 10
na fide possidemus, vt hîc traditur: eorum enim causa nobis actio competit *, à Publicio prætore constitu- 11
b Rom. sing. dcxxx. ta [b]: quæ publiciana in rem vocatur.

SVMMÆ.

2 *Nurus dispositum ad pronurum trahi.*
3 *Legem, Nurus. explanari.*
6 *Dispositum etiam de vlterioribus accipi.*

LEX

LEX L.

1 NVrvs. Cùm in aliquo*actu sit nurus mentio, de pronuru quoque, & vlteriùs itelligi potest: quapropter cùm in edicto prætoris infames pro quibusdã affinibus, & nuru postulare permittantur, poterunt etiam pronurum tueri[a]. & cùm rupto testamento per petitionem bonorum possessionis contra tabulas con seruetur legatum nurui pro dote factum, idem erit si pronurui debeatur[b]. & sicut possumus nurui nostræ donare, & ita pronurui[c]. Hæc tamen interpretatio nõ
2 procedit†, cùm ipsius nurus persona tantùm respicimus: vt si tibi promiserim pro tua nuru, non intelligi-
3 tur de pronuru[d]: propriè† enim nõ est nurus: quod indicat Iurisconsultus, dũ dicit, appellationẽ porrigen-
4 dam, porrigere enim*est extendere: alioquin dubitandũ non erat, an sicut eam, quæ ex adoptiuo filio nurus fuit, vxorem ducere non licet, ita nec pronurum liceat[e]: itémque an edictum prætoris, quo qualemcunque fideiussorem nurui in iudicio sistendæ sufficere ait, ad pronurum extendatur[f]. Sanè sicut appellatio
5 nurus ad pronurum protenditur: ita & soceri, †gene-
6 ri, nepotis, aui, ad prosocerum, progenerum, † pronepotem, proauum[g]: quod inferius loco suo explicabimus.

a l. cui. §. affinitates. de postulation.
b l. virilis. §. nurus. de legat. præstan.
c l. iij. §. somnui. de don. inter vir.
d l. si quis ita. de testa. tut.
e l. adoptiu. §. nurus. de ritu nupt.
f l. ij. §. prætor. qui satisda. cog.
g l. Gallus. §. forsitan. vbi dixi. de libe. & posthum.

SVMMÆ.

1 *Parentes ascendentes omnes dici quandoque cognatos. 7.*
3 *Maiores variè accipi.*
4 *Maiores de patre & auo plerunque intelligi.*

LEX LI.

1 APpellatione. Parentis† appellatione pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus etiam ex sermonis proprietate, continentur: quod & in superioribus benigna interpretatione admittendum est, alioquin hi solùm maiores dicerentur[h]: atque ita

h l. iiij. §. prætor. de in ius vocan.

proprio vocabulo Romanos vſos accepimus[a], non
quod pater, & auus, & deinceps, maiores non diceren
tur, ſed quòd cùm vltra tritauum* parentes non dice 2
rentur, neceſſariò qui † ſuprà erant, maiores appellabā- 3
tur, vt parentes inſint maioribus: ſicut ſpecies ineſt ge
neri: nam & huiuſmodi dictio eos ſimpliciter quando-
que cōprændit, qui natu maiores ſunt: vt cùm M. Per
cius Cato Tuſculo ortus, primus ſui nominis in ſe-
natum allectus, vetuſtiſſimos ſenatores, qui reipubli-
cæ fundamenta iecerant, maiores ſuos apud Saluſtium
appellat. Quapropter Vallæ ſententiam non omni-
no probo, in Elegātiis ſuis à Iuriſconſulto noſtro diſ-
ſentientis. Et hinc receptum eſt, vt † conſtitutio Pō- 4
tificum, qua defunctus in ſepulchro maiorum ſuorum
tumulari debere cautum eſt[b], ita obſeruetur, vt in pa-
tris & aui conditorium quis potius deferatur[c], quàm
in eorum, qui deinceps fuerunt, locum: quod & ob-
ſeruandum erit, cùm principis edicto vnuſquiſque ha-
bitare in ea vrbe compellitur, in qua ipſe & maiores
ſui nati ſunt[d]: tametſi alij aliter. Sanè parentes* ho- 5
die vulgò intelliguntur eiuſdem gentis, & inuicem 6
quoquo modo coniuncti: quod & Hieronymum non
latuit lib. aduerſus Rufinum ii. Hinc & parētela,* quæ 7
dictio apud Capitolinū in Gordiano legitur. Quapro-
pter † in edictis, quæ vulgari ſermone concipiuntur,
vel ab imperitis compoſita ſunt, hæc ſignificatio erit
accipienda. Si igitur perduellium parentes capiendi ho
noris ius eiuſmodi edicto amiſerint, & adfines & cæ-
teros aliqua ratione coniunctos excludi, Angelus re-
ſpondit[e], cui aſſentio: niſi ratio conſtitutionis aliud
ſuaderet. Sed quod de parentibus Iuriſconſultus in-
quit, an idem eſt & de patre?& Accurſius negat[f]: pro-
priè enim *ad ſolum genitorem refertur: interpreta- 8
tur tamen* plerunque lex, vt patris nomine auus de 9
monſtrari intelligatur[g].

a. l. fi. §. parētes. de grad.
b Old. confi. xxv.
c l. lex quæ. verſic. maiorū. C. de adminiſt. tuto.
d Iaſ. d. l. iiij. §. prætor.
e §. œconomis. in auth. de alienat. & emphyteu.
f l. lege. de ritu nuptiar.
g l. iuſta. infrà eodem.

SVMMÆ.

2 *Patronus, eiuſque officium.*
4 *Legis Patroni ſenſus.*

LEX

LEX LII.

1 PATRONI. Sicut domino * subiicitur seruus, ita
2 patrono libertus. Accipitur & patronus † pro de-
fensore eorum, quos in clientela habet, primúmque
locum post patrem in officio apud clientem obtinere
patronus debet. Hinc & iura patronatus, quæ vel in li-
bertos habemus vel in clientes, quorum hodie instar
3 obtinent, quos barbara voce * Vasallos vocamus. Sa-
4 nè huius † responsi duplex est interpretatio: potest e-
nim intelligi, vt quæ iura de patrono loquantur, ea-
dem & de patrona, quæ seruum manumiserit, intel-
ligi debeant: quandoquidem dubium nō est, quin ma-
5 sculinum (vt vulgò dicitur) * fœmininum contineat:
atque is sensus omnium calculo probatur, nisi quòd
aliter speciali ratione constitutum quandoque legere
est[a]. Potest & alio modo accipi, nimirum vt quod de
patrono dicitur, de eius quoque vxore dictum cen-
seatur, vt patronam hîc pro patroni coniuge declare-
mus. Verùm hæc expositio haudquaquam placet, quo-
6 niam huiusmodi * propriè patrona non est: licet bonis
moribus conueniat, huic etiam reuerentiam à liberto
7 exhiberi, & ideo * sine venia in ius vocāri nō debeat[b].

a l. sicut patronus. de oper. liber.

b l. j. C. de in ius voc.

SVMMÆ.

2 *Solutam orationem ex re accipi.*
3 *Coniunctionum, disiunctionúmque notæ.*
5 *Copula iungit ex re, causísque contrà. 7. 8.*
11 *Gentiles variè accipi. 4.*
13 *Duodecim Tab. lex de intestatis, explicatur.*
15 *Disiuncta ex re, causísque concurrere. 17. 21.*
19 *Disiunctorum species & vis.*
20 *Legis ij. ad leg. Aquil. ff. sensus.*
23 *Interdum, vocis natura.*
25 *Dissolutionis natura & formulæ.*
26 *Soluta iungit, disiungítque ex causis.*
28 *Patronatus redempti effectus.*
29 *Redimenda sunt expressa tantùm.*
30 *Legis sæpe. versi. item. sensus. 33. 36. 37.*
35 *Consultorem non, nisi ex causa delicto eximi.*
38 *Conatum sine effectu ex causis non plecti.*

LEX LIII.

SAEPE ITA COMPERTVM. Prosequitur eleganter
Iurisconsultus, & declarat, quemadmodum plerun-
que vna dictio * pro alia ponitur, vt coniunctiua pro 1
disiuncta: & cùm nulla apposita est, quo casu oratio † di- 2
citur soluta; id est, neque coniunctim, neque disiun-
ctim connexa; fieri interpretationem ex subiecta mate-
ria. Sunt † autem coniunctæ dictiones, Et, que; atque, 3
ac: Disiunctæ, aut, vel, ve, seu. Addit diuus Augustinus
in ea, quam scripsit grammatica, voculas, siue particu-
las; nec, neque, † disiunctiuas esse[b]: quod nostri nō ad- 4
mitterent, coniunctim enim negant: & ideo quamuis
alterum non fiat; committitur stipulatio[c].

CONIVNCTA PRO DISIVNCTIS. Negari non
potest, quin † regularis coniunctiuæ significatio sit; 5
vt coniungat, & vtriusque coniuncti concursum re-
quirat[d]: quod procedit, nisi ex re ipsa, vel argumen-
to, de quo agitur, aliud iudicari æquum sit. Quid
enim, si repugnantia copulentur? tunc dubium non
erit pro disiuncta accipi: vt cùm quis fundum, eiús-
que vsumfructum Titio legat[e]. Quid, si eiusdem si-
gnificationis duæ dictiones coniungantur? nam &
tum ad disiunctam, vel potius expositiuam significa-
tio trahetur[f]. Quid, si secundum hunc sensum absur-
dum aliquod consequeretur? vt cùm quis filios * & 6
heredes substituit[g], vel filiis, & heredibus stipulatur.
Sed & vbi verba, inter quæ copula additur, ex se prin-
cipaliter, non autem alterius respectu, proponuntur,
disiunctiua fit interpretatio, vt lege xij. Tabular. cùm
dicitur, AGNATORVM GENTILIVMQVE HERE-
DITAS ESTO: prius enim agnati admittuntur: nam
& hoc æquitas suadet. Sicut cùm pater filios & ne- 7
potes instituit[h]. Cæterùm † & idem est, quoties oratio-
nibus separatis coniuncta interseritur, quæ & ipsæ a-
licuius speciei respectum nō habent: vt si lege notari
infamia dicatur, qui depositū abnegauerint, & qui pro
socio, tutelæ, mandati cōdemnati sunt[i]: & qui calūniæ
prævaric-

a alijs comparatum.
b l. si ita quis stipul. suprà de verb. obl.
c l. si is qui ducenta. §. cùm ita. de rebus dub.
d l. si heredi. de condi. instit.
e l. si Titio. de vsufruct. leg.
f l. j. suprà de pact.
g Bar. l. Gallus. §. etiam. de liberis & posthum.
h d. l. Gallus. §. j.
i l. j. de his qui no. infa.

8 præuaricationíſque iudicati ſint. Eadem ratione † con-
curſus non fit, cùm duo adiectiua multitudinis nume-
ro abſque aliquo ſubſtantiuo proferuntur[a]: vt, lego
empta & parata gratia vxoris: perinde enim eſt, ac ſi di-
ctum eſſet, lego empta, & lego parata. Idémque eſſe ar-
bitror, quoties ea adiectiua ſubſtantiuum reſpiciunt
generale, vel indefinitũ[b]: vt idem ſit, ſiue empta, & pa-
rata legantur, ſiue res emptæ, & paratæ: prioris enim
legati verba in hæc reſoluuntur. Quapropter cui ve-
9 ſtes emptæ & paratæ legantur * eas etiam obtinebit,
quæ paratæ licet non emptæ ſint[c]. Si igitur alicui ſer-
uos vernas & textores legauero, mihi verius videtur
etiam eos deberi, qui ſimpliciter vernæ, vel textores
ſint[d]: quod Soc. probauit, licet Bart. diſſentiat. Sed & ſi
10 nomina appellatiua * coniunctim prolata proponãtur,
ſi materia odioſa nõ ſit, putarim hunc concurſum nõ
requiri: vt cùm quis medicis & doctoribus legat: nec
enim requiremus eundem & medicũ & doctorem eſ-
ſe[e]. Idem in cõſtitutione quæ debitores fugitiuos &
ceſſantes aliqua pietate proſequatur[f]: quod ſi odio-
ſam quandam ſeueritatem exerceat, non niſi qui idem
& ceſſans & fugitiuus ſit, ea coerceri humanius eſt[g].

AGNATORVM. Verba ſunt legis xij. Tab. quorum
mentio eſt in lib. Rhetor. ad Heren. 1. SI PATERFA-
MILIAS INTESTATVS MORITVR, FAMILIA PECVNIA'-
QVE EIVS AGNATORVM GENTILIV'MQVE E-
STO. & rurſus: SI FVRIOSVS EXISTAT, AGNA-
TORVM GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIA'-
QVE EIVS POTESTAS ESTO. Sunt autem gen-
11 tiles, quos † vulgò vocamus, eiuſdem parentelæ. Eos
etiam ita in Topicis Cicero definit: Gentiles ſunt, qui
eodem inter ſe nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi
ſunt: quorum maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit: nã ſi-
12 ne dubio latior gentis, * quàm familiæ eſt ſignificatio.
Suet. in Nerone: Ex gẽte Domitia duæ familiæ claruę-
rũt. Et rurſus in Cęſare: Cuius gẽtis familia eſt noſtra.
Igitur gentis nomen agnatos, & cognatos cõtinet. Vn-
13 de † cùm priùs agnatorũ mentio facta ſit, ſequitur vt
de cognatis ſub gentilium appellatione accipiamus:
14 quam interpretationem Accurſ. probat. Alij † gentiles

a l. ea tamen. de leg. iij.
b l. j. de iuſt. & iure.
c l. qui concubinam. de leg. iij.
d d. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub.
e Bald. & Iaſ. d. l. j.
f Rom. cõſi. ciiij. pater.
g Ang. conſ. xvj. viſis.

clarioris familiæ agnatos existimant, quam interpre-
tationem in lege duodecim Tabularum, propter Cice-
ronis definitionem probauerim: posteà enim etiam
qui à seruis oriundi erant, gentiles dicti sunt. Plin. lib.
XXXIII. Singuli Marcipores, Luciporésve dominorum
gentiles vitam in promiscuo habebant.

At cvm dicitvr. Disiunctiuæ † dictiones sunt, 15
aut, vel, ve, seu, siue: in his regula est, vt non vtrunque
disiunctum, sed alterum tantummodo requirant: quæ
tamen plerunque non obseruatur, vt cùm alterum si-
ne altero esse nequit: veluti in lege, qua iubetur tuto-
rem super pecunia, tutelàve pupilli dari: cùm enim pu
pilli custodiæ tutor datur, consequenter etiam rebus
datur, curáque pecuniæ pars administrationis ipsius
tutelæ est: nam & cùm inter genus & speciem * disiun- 16
cta ponitur, plerunque in coniunctam transit [a]. Sed &
si † Titium, vel Seium instituero, vel tutores constitue 17
ro, vel legatum fideíve commissum illis dedero, con-
iunctim huiusmodi dispositio accipietur [b], ne propter
personæ incertitudinem reddatur inutilis. quod & ge
neraliter admittendum est, quoties vel ex vi verborũ,
vel ex aliis legibus, vel ex præsumpta loquentis men-
te hoc infertur. Primi casus exemplum est in dictione
Seu [c], quæ * ampliandi vim habet: quapropter si quis 18
donet pecuniam, quam Perusij, seu Patauij habet, v-
tranque donasse intelligitur. idem enim est, ac si pecu-
niam, quam Perusij, vel etiam Patauij habet, donasse se
dixisset: quoniam disiunctiua † hæc duplex, subdisiun- 19
ctiuæ, coniunctæque simul vim habet [d]. Secundi exẽ-
plũ in lege Aquilia † accipitur, cùm in ea punitur, qui 20
quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit: declara-
tur enim alibi quadrupedem, id est, pecudem intelli-
gi debere, vt disiũcta pro expositiua scripta sit. At cùm
quis ita substituit, Si filius meus, aut filia hæres non
erit, eius esto: clarum † est ex mente testatoris disiun 21
ctam pro coniuncta accipi [e], ne cum altero filiorum cõ
curr at extraneus. Idémque in ea substitutione, si filius
meus intestatus, vel sine liberis decesserit [f]: non enim
verisimile est, voluisse testatorem nepotes suos exclu-
dere, quia filius testatus non sit.

a l. Quintus Mutius. de aur. & argẽ. leg.

b l. pen. C. eodem.

c l. si quis ita. de aur. leg.

d l ij. ad legem Aquil.

e d. l. si is qui. §. fin.

f l. generaliter. C. de instit.

Cvm

22 Cum vero dicimus. Soluta* pro separatis po-
23 ni præter regulam esse ostendit dictio, Interdum, cu-
ius natura est de frequentioribus casibus excipere: nisi
24 ergo ex subiecta materia aliud appareat, ipse *arbitror
solutam orationem in coniunctam magis, quàm dis-
iunctam inferre. Vnde cùm verba tunc coniuncta di-
cantur, alterutrum fieri non sufficiet [a]: licet alii aliter, a l. in eod. §.
etiam crebriore calculo. Contra quos etiam est vete- ibi. infrà ti-
rum Rhetorum sententia, qui διάλυσιν, id est, dissolu- tulo.
tionem vocant, quam Iurisconsultus hic solutam di-
25 cit: eam sic Cicero definiuit: Dissolutio est quę coniun-
ctionibus verborum è medio sublatis, partibus sepa-
ratis effertur hoc modo: Gere morem parenti, pare co
gnatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Itē: De-
scende in integram defensionem, noli quicquam recu-
sare, da seruos in quæstiones, stude verum inuenire.
Quod loquendi genus & acrimoniam habet, & vehe-
mentissimum est, & ad breuitatem accommodatum.
26 Hæc ille. Cæterùm dubium non est, in quibus casibus
disiuncta impropriè accipitur, vt cōiungat, multò ma-
gis solutam coniungere. & rursus: quoties coniuncta
disiungit, & solutā disiungere: videtur enim huiusmo-
di soluta oratio ambigua esse, quæ in alterutram signi
ficationem commodè verti potest. Sanè in huiusmodi
oratione illud propriè procedit, quod quandoque Ac
27 cursius dixit punctum* loco copulæ esse.

Si donum, munus. Edixerat prætor [b]: si do- b. l. Iulianus.
28 num, munus, operas à patrono impositas libertus re- j. de. bo. lib.
demisset, aduersus eius tabulas bonorū possessionem
29 patrono non daturum. Pone ergo solùm donum fuis-
se impositum, vt libertus posset liberè testari, illud de-
bebit redimere: non autem desideratur, vt etiam non
imposita redimat. quòd si munus quoque & operas
imposuerit, etiam hæc redimenda sunt.

30 Item dubitatum. Eum, cuius ope, consilio,
furtum factum sit, furti teneri lex ait: vnde dubitatum
est, an coniunctim hæc verba accipi deberent an sepa-
ratim: variauerúntque in hoc antiquorum sententiæ:
sed Labeo eos, qui separatim accipienda dixerunt,
probauit, quòd aliud sit consilio, aliud ope furtum

fieri. Unde, qui solá opem * adhibet, furti tenetur: tam- 31
etsi ipse non consuluerit furtum fieri debere quod ut verum sit, defendi tamen & illi possunt, qui coniun-ctim accepêre: quoniam non sat sit opem præstare, nisi eo consilio, id est, animo præstetur, ut furtum fiat. Si ergo consiliū * pro suasione accipiamus soluta illa ora- 32
tio disiunctiuè: si pro dolosa adiuuātis intentione, cō-iunctim intelligetur. Et hic verus est huius responsi sensus, quem nec Accurs. nec cæteri satis percepêre.

ALII CONDICI. Scilicet † ei, qui opem tulerit: 33
quod tunc procedit, cùm ad eum res peruenit, vel cùm fur soluendo non est [a]: ipse enim in subsidium tenetur, alioquin nec contra eum, qui opem præstitit, furtiua condictio competit: atque ita vulgò dicitur [b].

NON POTEST. Scilicet ei, qui consuluit, quando aliàs furtum facturus quis erat [c]: atque ita Accursius sensit, & plerique sequuti sunt [d]. In dubio tamen contra consultorem præsumemus, * eum videlicet causam 34
delicto præstitisse: nec enim postquam quis omnino furari constituit, solet cōsilium petere, sed cùm adhuc dubius est. Quapropter, † qui consilium dedisse proba- 35
tus fuerit, furti condemnabitur, nisi ipse ostendat, etiam si nō consuluisset nihilominus furem idem fuisse facturum [e]: nam tunc leuiore pœna arbitrio iudicis, ex communi sententia adficietur [f]: ut meritò antiquum carmen celebretur, Malum consilium consultori pessimum.

CONSILIVM MALIGNVM. Id † intellige, ut si cri- 36
minaliter agatur, lata culpa non idem valeat, quod dolus [g]: quòd si ciuiliter, cùm in causa furti, qui condemnatus est, ipso iure notetur infamia [h], videtur tunc latam culpam sufficere: qua de re alibi latiùs differitur [i].

SECVTVM In † simplici consilio, cogitationéque 37
vera Iurisconsultus prodit, quòd si ultra consilium conatus aliquis interuenerit [k], in atrocibus delictis regula est pœnam irrogari [l]: in leuibus non irrogari [m]. Qua ratione si etiam de atroci crimine ciuiliter agatur [n], conatus † sine effectu non punitur idemque est, quoties 38
delictum nihil nocuisset: ut cùm quis falsum commit-

tit,

a l. peculium. §. si opem. de pecul.
b l. proinde. de cond. furt.
c l. nō solùm. versi. Attilicinus. de iniu.
d c. j. de offi. deleg.
e Ang. l. furti. §. ope. de fur.
f ca. sicut dignum. §. qui verò. de homic.
g l. lege Cornelia. de sica.
h l. j. de iis qui not. infa.
i l. in actionibus. de in lit. iurando.
k l. is qui cū. C. de sicar.
l l. si quis nō. C. de episc. & cle.
m l. j. quod quisque iur.
n Bal. l. si cōstiterit. C. fi. regundo.

tit, quod alicui damnum inferre non potest [a]. Idémq; si ante delictum quis sponte pœnitentia ductus destiterit [b]. Cæterùm & in hac re in primis legis verba pensitanda sunt: nam si actum perfectum verba respiciunt, qui nondum perfecit non tenetur: vt cùm infligitur pœna, si quis appellauerit: actus enim consummatio
39 †per verbum præteriti temporis denotatur [c]. aliud est in futuro, si appellabit [d]. Sed & vbi ipso iure pœna irrogatur. perfectum oportet fuisse crimen [e]: quod & in legibus municipalibus obseruatur, quia interpretationem extra verborum vim non recipiunt. Aliud autem est crimen, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta est.

a l. damus. C. de fal.
b l. qui ea. de furt.
c Cardin. c. præterea. de appel.
d Ioan. And. ca. perpetuò. de elect. in vj.
e Bart. l. j. de sicar.

SVMMÆ.

1 *Creditor non nisi euentu conditionis dici.*
3 *Creditores conditionales dispositis inesse.*
7 *Legem, Conditionales. explicari.*
8 *Spes acceptio multiplex, & effectus.*

LEX LIIII.

1 CONDITIONALES. Creditor, †cui sub conditione debetur, interim propriè creditor nõ est, cum ab inuito extorquere nihil possit: sed post euentum
2 conditionis vere est creditor. quæ conditio * cùm in contractibus retrò trahatur, censetur vsque à princi-
3 pio creditor fuisse [f]. Et ideo dispositio†quæ generaliter de debitoribus verba faciat, in dubio de eis quoque intelligetur, qui sub conditione debuerunt. Quapropter cùm testator heredi mandasset, vt omnia debita Titij dissolueret [g]: respondêre plerique etiam ad dotem quam soluto matrimonio vxori suæ Titius restituere omnino debebit, obligari. Nam & si cõstitutum sit, vt, re venali proscripta, teneantur qui ius habent, illud in scriptis intra certum terminum exhibere. aliâs ea res emptori euinci non possit [h]: censuerunt veteres ius, quod sub conditione competere potest, in professionem redigendum; non enim huiusmodi legis verba magis ad præsens, quàm ad futurũ tempus referun-
4 tur. Accedit his, quòd fideiussor sub conditione, * si

f l. is cui. de act. & oblig.
g l. j. si stipu. fuerim. §. j. de ver. oblig.
h Raph. Ias. d. §. j.

principalis non soluerit, promisisse videtur, tamen dubium non est, quin debitor sit [a].

a Bart. l. j. si cer. pe.

Competitvra. Vt quia promissum sit, cùm morietur: certum enim est hanc conditionem * aliquando euenturam. Vera tamen conditio illa est, quæ 5
omnino * est incerta, ante cuius euentum non oritur 6
nec obligatio, nec actio, vt infrà attingemus [b].

b l. cedere.

Vel qvi spem. Videtur hîc † probari, si spes 7
nulla subsit, quòd conditio eueniat, creditoris loco non esse: sicut nec illud pignus videtur, quod verisimile est fore, vt nunquam luatur, quod Bartolus sensit [c]. Sanè spes † in iure variis modis accipitur. alia e- 8
nim est, quam vigilantium somnium Plato appellat, nos remotam dicimus: vt cùm agnatus agnato successurum se opinatur: & hæc nullius effectus est: alia est paulò proximior, vt quam filius in hereditate patris concepit: & huius quandoque * propter natu 9
rale votum parentum ratio habetur [d]: alia est, quæ ex præsenti iure nititur, sempérque in cōsideratione est: vt in eo, qui per fideicommissum alicui substitutus est: nisi enim huiusmodi spes probabilis esset, ei per cautionem fideicommissi nomine prætor non succurreret [e]. Idem in eo, qui est statuliber, & præsentem spem habet, vt quia hereditas adita sit: quod & in contractu conditionali obseruamus. Vnde illa clausula, qua
in contractibus solemus dicere, nos remittere * omne 10
ius, quod habemus, vel habere speramus, ad ius solùm præsens trahitur: vel ad futurum, quod tamen ex causa præsenti habere speramus [f], vt Bartolus scripsit.

c l. in quorũ. de pig.

d l. nec ei. §. præterea. de adoptionib.

e l. de statutulib.

f l. post emãcipationem. §. si. de lib. lega.

SVMMÆ.

1 *Creditor non est peremptoriè submouendus. eius effectus.* 3.

6 *Legis, Creditor. sensus.*

8 *Similium argumenta.*

LEX LV.

Creditor. Quamuis † qui exceptione perpetua, 1
putà pacti de nunquam petendo, excluditur, ipso
Iure sit creditor: imò, nisi exceptio * opponatur, ob- 2
tineat:

tineat: attamen quia verisimile est, reum in sua fore diligentem: & actori præscripturum, talis creditor non intelligetur: considerat enim lex effectum,
3 Et † ideo si petente creditore velit lex etiam, indicta causa, debitorem in carcerem detrudi, hunc casum excipiemus: quoniam nec † is propriè creditor
4 est [a], qui exceptione perpetua submouetur: nec pro-
5 priè debitor, qui * eam habet. idém que cùm dubium est, an perpetua exceptio futura sit [b]: vt cùm promisi non petere, donec Titius consul fiat.
6 SIMILIS EST. Sicut † enim conditionalis creditor euentum conditionis, ita iste diem expectat [c]: alioquin non paucæ sunt differentiæ inter hos casus.
7 Sed sufficit * similitudinem esse respectu eius rei, de
8 qua agitur [d]. Vnde † similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur, vel quæ in effectu, & causa conueniunt: ídque potius obseruabimus [e], quàm formam: quamuis, quæ in forma non conueniant, dissimilia plerunque appellentur. Vnde quod nostrates Diale-
9 ctici aiunt, vt tollatur * consequentia, sufficere instantiam, accipiendum est, si instantia de ratione deducat, non simpliciter de pronuntiato [f].

a l. creditores. suprà eod.
b l. sufficit de cód. inde.
c Bart. l. ita stipul. in j. q. de ver. obl.
d dict. l. sufficit.
e l. j. §. igitur. de exercit.
f Ias. l creditori. de ope. no. nunt.

SVMMÆ.

1 *Instrumenta variè notari, censeríque.*
3 *Subnotandi forma.*
4 *Cognoscit relegens.*
5 *Dispungit excutiens.*
6 *Dispunctionis natura, & vis.*
7 *Expungit delens.*

LEX LVI.

1 COGNOSCERE. Descriptio, † subnotatio, dispunctio rationum instrumentorúmve differunt.
2 Describimus * ea, quorum exemplum accipimus. Sub-
3 notamus, cùm † quasi inuentarium conficimus [g], adscribimúsque quot corpora instrumentorũ sint, & de
4 qua re. Cognoscimus † cùm ea legimus, atque relegimus: qui enim rationes recognoscit, verum est eum ipsas cognoscere: sicut qui reddit, dat, qui repetit,

g l. fi. de bon. aut. iud.

a. l. fi. §. parē-tes. de grad.

proprio vocabulo Romanos vsos accepimus[a], non
quod pater, & auus, & deinceps, maiores non diceren
tur, sed quód cùm vltra tritauum* parentes non dice 2
rentur, necessariò qui † suprà erant, maiores appellabā 3
tur, vt parentes insint maioribus: sicut species inest ge
neri: nam & huiusmodi dictio eos simpliciter quando-
que cōpraendit, qui natu maiores sunt: vt cùm M. Per
cius Cato Tusculo ortus, primus sui nominis in se-
natum allectus, vetustissimos senatores, qui reipubli-
cæ fundamenta iecerant, maiores suos apud Salustium
appellat. Quapropter Vallæ sententiam non omni-
no probo, in Elegātiis suis à Iurisconsulto nostro dis-
sentientis. Et hinc receptum est, vt † constitutio Pō- 4
tificum, qua defunctus in sepulchro maiorum suorum
tumulari debere cautum est[b], ita obseruetur, vt in pa-
tris & aui conditorium quis potius deferatur[c], quàm
in eorum, qui deinceps fuerunt, locum: quod & ob-
seruandum erit, cùm principis edicto vnusquisque ha-
bitare in ea vrbe compellitur, in qua ipse & maiores
sui nati sunt[d]: tametsi alij aliter. Sanè parentes* ho- 5
die vulgò intelliguntur eiusdem gentis, & inuicem 6
quoquo modo coniuncti: quod & Hieronymum non
latuit lib. aduersus Rufinum ii. Hinc & parētela,* quæ 7
dictio apud Capitolinū in Gordiano legitur. Quapro-
pter † in edictis, quæ vulgari sermone concipiuntur,
vel ab imperitis composita sunt, hæc significatio erit
accipienda. Si igitur perduellium parentes capiendi ho
noris ius eiusmodi edicto amiserint, & adfines & cæ-
teros aliqua ratione coniunctos excludi, Angelus re-
spondit[e], cui assentio: nisi ratio constitutionis aliud
suaderet. Sed quod de parentibus Iurisconsultus in-
quit, an idem est & de patre? & Accursius negat[f]: pro-
priè enim *ad solum genitorem refertur: interpreta- 8
tur tamen* plerunque lex, vt patris nomine auus de 9
monstrari intelligatur[g].

b Old. consi. xxv.
c l. lex quæ. versic. maio-rū. C. de ad-minist. tuto.
d Ias. d. l. iii j. §. prætor.
e §. œcono-mis. in auth. de alienat. & emphyteu.
f l. lege. de ritu nuptiar.
g l. iusta. in-frà eodem.

SVMMÆ.

2 *Patronus, eiusque officium.*
4 *Legis, Patroni sensus.*

LEX

LEX LII.

1 PATRONI. Sicut domino * subiicitur seruus, ita
2 patrono libertus. Accipitur & patronus † pro de-
fensore eorum, quos in clientela habet, primúmque
locum post patrem in officio apud clientem obtinere
patronus debet. Hinc & iura patronatus, quæ vel in li-
bertos habemus vel in clientes, quorum hodie instar
3 obtinent, quos barbara voce * Vasallos vocamus. Sa-
4 nè huius † responsi duplex est interpretatio: potest e-
nim intelligi, vt quæ iura de patrono loquantur, ea-
dem & de patrona, quæ seruum manumiserit, intel-
ligi debeant: quandoquidem dubium nō est, quin ma-
5 sculinum (vt vulgò dicitur) * fœmininum contineat:
atque is sensus omnium calculo probatur, nisi quòd
aliter speciali ratione constitutum quandoque legere
est[a]. Potest & alio modo accipi, nimirum vt quod de
patrono dicitur, de eius quoque vxore dictum cen-
seatur, vt patronam hîc pro patroni coniuge declare-
mus. Verùm hæc expositio haudquaquam placet, quo-
6 niam huiusmodi * propriè patrona non est: licet bonis
moribus conueniat, huic etiam reuerentiam à liberto
7 exhiberi, & ideo * sine venia in ius vocari nō debeat[b].

a l. sicut patronus. de oper. liber.

b l. j. C. de in ius voc.

SVMMÆ.

2 *Solutam orationem ex re accipi.*
3 *Coniunctionum, disiunctionúmque notæ.*
5 *Copula iungit ex re, causísque contrà. 7. 8.*
11 *Gentiles variè accipi. 4.*
13 *Duodecim Tab. lex de intestatis, explicatur.*
15 *Disiuncta ex re, causísque concurrere. 17. 21.*
19 *Disiunctorum species & vis.*
20 *Legis ij. ad leg. Aquil. ff. sensus.*
23 *Interdum, vocis natura.*
25 *Dissolutionis natura & formulæ.*
26 *Soluta iungit, disiungítque ex causis.*
28 *Patronatus redempti effectus.*
29 *Redimenda sunt expressa tantùm.*
30 *Legis sæpe. versi. item. sensus. 33. 36. 37.*
35 *Consultorem non, nisi ex causa delicto eximi.*
38 *Conatum sine effectu ex causis non plecti.*

8 prævaricationísque iudicati sint. Eadem ratione † concursus non fit, cùm duo adiectiua multitudinis numero absque aliquo substantiuo proferuntur[a]: vt, lego empta & parata gratia vxoris: perinde enim est. ac si dictum esset, lego empta, & lego parata. Idémque esse arbitror. quoties ea adiectiua substantiuum respiciunt generale, vel indefinitũ[b]: vt idem sit, siue empta, & parata legantur, siue res emptæ, & paratæ: prioris enim legati verba in hæc resoluuntur. Quapropter cui vestes emptæ & paratæ legantur * eas etiam obtinebit, quæ paratæ licet non emptæ sint[c]. Si igitur alicui seruos vernas & textores legauero, mihi verius videtur etiam eos deberi, qui simpliciter vernæ, vel textores sint[d]: quod Soc. probauit, licet Bart. dissentiat. Sed & si nomina appellatiua* coniunctim prolata proponãtur, si materia odiosa nõ sit, putarim hunc concursum nõ requiri: vt cùm quis medicis & doctoribus legat: nec enim requiremus eundem & medicũ & doctorem esse[e]. Idem in cõstitutione quæ debitores fugitiuos & cessantes aliqua pietate prosequatur[f]: quod si odiosam quandam seueritatem exerceat, non nisi qui idem & cessans & fugitiuus sit, ea coerceri humanius est[g].

a l. ea tamen. de leg. iij.

b l. j. de iusti. & iure.

c l. qui concubinam. de leg. iij.

d d. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub.

e Bald. & Ias. d. l. j.

f Rom. cõsi. ciiij. pater.

g Ang. cons. xvj. visis.

AGNATORVM. Verba sunt legis xij. Tab. quorum mentio est in lib. Rhetor. ad Heren. I. SI PATERFAMILIAS INTESTATVS MORITVR, FAMILIA PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE ESTO. & rursus: SI FVRIOSVS EXISTAT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Sunt autem gen-

11 tiles, quos † vulgò vocamus, eiusdem parentelæ. Eos etiam ita in Topicis Cicero definit: Gentiles sunt, qui eodem inter se nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt: quorum maiorũ nemo seruitutem seruiuit: nã si-

12 ne dubio latior gentis, * quàm familiæ est significatio. Suet. in Nerone: Ex gẽte Domitia duæ familiæ claruerũt. Et rursus in Cæsare: Cuius gẽtis familia est nostra. Igitur gentis nomen agnatos, & cognatos cõtinet. Vn

13 de † cùm priùs agnatorũ mentio facta sit, sequitur vt de cognatis sub gentilium appellatione accipiamus:

14 quam interpretationem Accurs. probat. Alij † gentiles

clarioris familiæ agnatos existimant, quam interpre-
tationem in lege duodecim Tabularum, propter Cice-
ronis definitionem probauerim: posteà enim etiam
qui à seruis oriundi erant, gentiles dicti sunt. Plin. lib.
xxxiii. Singuli Marcipores, Luciporésve dominorum
gentiles vitam in promiscuo habebant.

At cum dicitvr. Disiunctiuæ dictiones sunt, 15
aut, vel, ve, seu, siue: in his regula est, vt non vtrunque
disiunctum, sed alterum tantummodo requirant: quæ
tamen plerunque non obseruatur, vt cùm alterum si-
ne altero esse nequit: veluti in lege, qua iubetur tuto-
rem super pecunia, tutelàve pupilli dari: cùm enim pu
pilli custodiæ tutor datur, consequenter etiam rebus
datur, curáque pecuniæ pars administrationis ipsius
tutelæ est: nam & cùm inter genus & speciem * disiun- 16
cta ponitur, plerunque in coniunctam transit [a]. Sed &
si Titium, vel Seium instituero, vel tutores constitue 17
ro, vel legatum fideíve commissum illis dedero, con-
iunctim huiusmodi dispositio accipietur [b], ne propter
personæ incertitudinem reddatur inutilis. quod & ge
neraliter admittendum est, quoties vel ex vi verborū,
vel ex aliis legibus, vel ex præsumpta loquentis men-
te hoc infertur. Primi casus exemplum est in dictione
Seu [c], quæ * ampliandi vim habet: quapropter si quis 18
donet pecuniam, quam Perusij, seu Patauij habet, v-
tranque donasse intelligitur. idem enim est, ac si pecu-
niam, quam Perusij, vel etiam Patauij habet, donasse se
dixisset: quoniam disiunctiua † hæc duplex, subdisiun- 19
ctiuæ, coniunctæque simul vim habet [d]. Secundi exē-
plū in lege Aquilia accipitur, cùm in ea punitur, qui 20
quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit: declara-
tur enim alibi quadrupedem, id est, pecudem intelli-
gi debere, vt disiūcta pro expositiua scripta sit. At cùm
quis ita substituit, Si filius meus, aut filia hæres non
erit, eius esto: clarum est ex mente testatoris disiun 21
ctam pro coniuncta accipi [e], ne cum altero filiorum cō
curratextraneus. Idémque in ea substitutione, si filius
meus intestatus, vel sine liberis decesserit [f]: non enim
verisimile est, voluisse testatorem nepotes suos exclu-
dere, quia filius testatus non sit.

a l. Quintus Mutius. de aur. & argē. leg.

b l. pen. C. eodem.

c l. si quis ita. de aur. leg.

d l. ij. ad legem Aquil.

e d. l. si is qui. §. fin.

f l. generaliter. C. de instit.

Cvm

22 Cvm vero dicimvs. Soluta* pro separatis po-
23 ni præter regulam esse ostendit dictio, Interdum, †cu-
ius natura est de frequentioribus casibus excipere: nisi
24 ergo ex subiecta materia aliud appareat, ipse *arbitror
solutam orationem in coniunctam magis, quàm dis-
iunctam inferre. Vnde cùm verba tunc coniuncta di-
cantur, alterutrum fieri non sufficiet [a]: licet alii aliter,
etiam crebriore calculo. Contra quos etiam est vete-
rum Rhetorum sententia, qui διάλυσιν, id est, dissolu-
tionem vocant, quam Iurisconsultus hic solutam di-
25 cit: eam sic Cicero definiuit: Dissolutio est quę †coniun
ctionibus verborum è medio sublatis, partibus sepa-
ratis effertur hoc modo: Gere morem parenti, pare co
gnatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Itē: De-
scende in integram defensionem, noli quicquam recu-
sare, da seruos in quæstiones, stude verum inuenire.
Quod loquendi genus & acrimoniam habet, & vehe-
mentissimum est, & ad breuitatem accommodatum.
26 Hæc ille. Cæterùm †dubium non est, in quibus casibus
disiuncta impropriè accipitur, vt cōiungat, multò ma-
gis solutam coniungere. & rursus: quoties coniuncta
disiungit, & solutā disiungere: videtur enim huiusmo-
di soluta oratio ambigua esse, quæ in alterutram signi
ficationem commodè verti potest. Sanè in huiusmodi
oratione illud propriè procedit, quod quandoque Ac
27 cursius dixit punctum* loco copulæ esse.

a l. in eod. §. vbi. infrà titul. j.

Si donvm, mvnvs. Edixerat prætor [b]: si do-
28 num, munus, operas à patrono impositas libertus †re-
demisset, aduersus eius tabulas bonorū possessionem
29 patrono non daturum. Pone †ergo solùm donum fuis-
se impositum, vt libertus possit liberè testari, illud de-
bebit redimere: non autem desideratur, vt etiam non
imposita redimat. quòd si munus quoque & operas
imposuerit, etiam hæc redimenda sunt.

b l. Iulianus. j. de. bo. lib.

30 Item dvbitatvm. Eum, †cuius ope, consilio,
furtum factum sit, furti teneri lex ait: vnde dubitatum
est, an coniunctim hæc verba accipi deberent an sepa-
ratim: variauerūntque in hoc antiquorum sententiæ:
sed Labeo eos, qui separatim accipienda dixerunt,
probauit, quòd aliud sit consilio, aliud ope furtum

fieri. Vnde, qui solá opem * adhibet, furti tenetur: tam- 31
etsi ipse non consuluerit furtum fieri debere quod vt
verum sit, defendi tamen & illi possunt, qui coniun-
ctim accepêre: quoniam non sat sit opem præstare, ni
si eo consilio, id est, animo præstetur, vt furtum fiat. Si
ergo consiliũ* pro suasione accipiamus soluta illa ora- 32
tio disiunctiuè: si pro dolosa adiuuãtis intentione, cõ-
iunctim intelligetur. Et hic verus est huius responsi
sensus, quem nec Accurs. nec cæteri satis percepêre.

Alii condici. Scilicet † ei, qui opem tulerit: 33
quod tunc procedit. cùm ad eum res peruenit, vel cùm
fur soluendo non est [a]: ipse enim in subsidium tene-
tur, alioquin nec contra eum, qui opem præstitit, fur-
tiua condictio competit: atque ita vulgò dicitur [b].

Non potest. Scilicet ei, qui consuluit, quando
aliàs furtum facturus quis erat [c]: atque ita Accursius
sensit, & plerique sequuti sunt [d]. In dubio tamen con-
tra consultorem præsumemus, * eum videlicet causam 34
delicto præstitisse: nec enim postquam quis omnino
furari constituit, solet cõsilium petere, sed cùm adhuc
dubius est. Quapropter, † qui consilium dedisse proba- 35
tus fuerit, furti condemnabitur, nisi ipse ostendat, e-
tiam si nõ consuluisset nihilominus furem idem fuis-
se facturum [e]: nam tunc leuiore pœna arbitrio iudicis,
ex communi sententia adficietur [f]: vt meritò anti-
quum carmen celebretur, Malum consilium consulto-
ri pessimum.

Consilium malignum. Id † intellige, vt si cri- 36
minaliter agatur, lata culpa non idem valeat, quod do
lus [g]: quòd si ciuiliter, cùm in causa furti, qui conde-
mnatus est, ipso iure notetur infamia [h], videtur tunc
latam culpam sufficere: qua de re alibi latiùs disse-
ritur [i].

Secutum. In † simplici consilio, cogitationéque 37
vera Iurisconsultus prodit, quòd si vltra consilium co
natus aliquis interuenerit [k], in atrocibus delictis regu
la est pœnam irrogari [l]: in leuibus non irrogari [m]. Qua
ratione si etiam de atroci crimine ciuiliter agatur [n], co
natus † sine effectu non punitur idemque est, quoties 38
delictum nihil nocuisset: vt cùm quis falsum commit-

a l. peculium. §. si opem. de pecul.
b l. proinde. de cond. furt.
c l. nõ solùm. versi. Attilicinus. de iniu.
d c. j. de offi. deleg.
e Ang. l. furti. §. ope. de fur.
f ca. sicut dignum. §. quia verò. de homic.
g l. lege Cornelia. de sica.
h l. j. de iis qui not. infa.
i l. in actionibus. de in lit. iurando.
k l. is qui cũ. C. de sicar.
l l. si quis nõ. C. de episc & cle.
m l. j. quod quisque iur.
n Bal. l. si cõ stiterit. C. fi. regundo.

tit, quod alicui damnum inferre non potest [a]. Idémq; si ante delictum quis spontè pœnitentia ductus destiterit [b]. Cæterùm & in hac re in primis legis verba pensitanda sunt: nam si actum perfectum verba respiciunt, qui nondum perfecit non tenetur: vt cùm infligitur pœna, si quis appellauerit: actus enim consummatio
39 †per verbum præteriti temporis denotatur [c]. aliud est in futuro, si appellabit [d]. Sed & vbi ipso iure pœna irrogatur. perfectum oportet fuisse crimen [e]: quod & in legibus municipalibus obseruatur, quia interpretationem extra verborum vim non recipiunt. Aliud autem est crimen, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta est.

a l. damus. C. de fal.
b l. qui ea. de furt.
c Cardin. c. præterea. de appel.
d Ioan. And. ca. perpetuò. de elect. in vj.
e Bart. l. j. de siear.

SVMMÆ.

1 *Creditor non nisi euentu conditionis dici.*
3 *Creditores conditionales dispositis inesse.*
7 *Legem, Conditionales. explicari.*
8 *Spes acceptio multiplex, & effectus.*

LEX LIIII.

1 CONDITIONALES. Creditor, †cui sub conditione debetur, interim propriè creditor nō est, cum ab inuito extorquere nihil possit: sed post euentum
2 conditionis vere est creditor. quæ conditio * cùm in contractibus retrò trahatur, censetur vsque à princi-
3 pio creditor fuisse [f]. Et ideo dispositio †quæ generaliter de debitoribus verba faciat, in dubio de eis quoque intelligetur, qui sub conditione debuerunt. Quapropter cùm testator heredi mandasset, vt omnia debita Titij dissolueret [g]: respondêre plerique etiam ad dotem. quam soluto matrimonio vxori suæ Titius restituere omnino debebit, obligari. Nam & si cōstitutum sit, vt, re venali proscripta. teneantur qui ius habent, illud in scriptis intra certum terminum exhibere. aliàs ea res emptori euinci non possit [h]: censuerunt veteres ius, quod sub conditione competere potest, in professionem redigendum: non enim huiusmodi legis verba magis ad præsens, quàm ad futurū tempus referun-
4 tur. Accedit his, quòd fideiussor sub conditione, * si

f l. is cui. de act. & oblig.
g l. j. si stipu. fuerim. §. j. de ver. oblig.
h Raph. Ias. d. §. j.

principalis non soluerit, promisisse videtur, tamen du-
bium non est, quin debitor sit [a].
Competitvra. Vt quia promissum sit, cùm
morietur: certum enim est hanc conditionem * ali- 5
quando euenturam. Vera tamen conditio illa est, quæ
omnino * est incerta, ante cuius euentum non oritur 6
nec obligatio, nec actio, vt infrà attingemus [b].
Vel qvi spem. Videtur hîc † probari, si spes 7
nulla subsit, quòd conditio eueniat, creditoris loco
non esse: sicut nec illud pignus videtur, quod verisi-
mile est fore, vt nunquam luatur, quod Bartolus sen-
sit [c]. Sanè spes † in iure variis modis accipitur. alia e- 8
nim est, quam vigilantium somnium Plato appellat,
nos remotam dicimus: vt cùm agnatus agnato suc-
cessurum se opinatur: & hæc nullius effectus est: alia
est paulò proximior, vt quam filius in hereditate pa-
tris concepit: & huius quandoque * propter natu- 9
rale votum parentum ratio habetur [d]: alia est, quæ ex
præsenti iure nititur, sempérque in cõsideratione est:
vt in eo, qui per fideicommissum alicui substitutus est:
nisi enim huiusmodi spes probabilis esset, ei per cau-
tionem fideicommissi nomine prætor non succurre-
ret [e]. Idem in eo, qui est statuliber, & præsentem spem
habet, vt quia hereditas adita sit: quod & in contra-
ctu conditionali obseruamus. Vnde illa clausula, qua
in contractibus solemus dicere, nos remittere * omne 10
ius, quod habemus, vel habere speramus, ad ius solùm
præsens trahitur: vel ad futurum, quod tamen ex
causa præsenti habere speramus [f], vt Bartolus scripsit.

a Bart. l. j. si cer. pe.
b l. cedere.
c l. in quorũ. de pig.
d l. nec ei. §. præterea. de adoptionib.
e l. de statulib.
f l. post emãcipationem. §. si. de lib. lega.

SVMMÆ.

1 *Creditor non est peremptoriè submouendus. eius effectus.* 3.
6 *Legis, Creditor. sensus.*
8 *Similium argumenta.*

LEX LV.

Creditor. Quamuis † qui exceptione perpetua, 1
putà pacti de nunquam petendo, excluditur, ipso
iure sit creditor: imò, nisi exceptio * opponatur, ob- 2
tineat:

tineat : attamen quia verisimile est, reum in sua fore diligentem : & actori præscripturum, talis creditor non intelligetur : considerat enim lex effectum,
3 Et † ideo si petente creditore velit lex etiam, indicta causa, debitorem in carcerem detrudi, hunc casum excipiemus : quoniam nec † is propriè creditor
4 est [a], qui exceptione perpetua submouetur : nec pro-
5 priè debitor, qui * eam habet. idem quo cùm dubium est, an perpetua exceptio futura sit [b] : vt cùm promisi non petere, donec Titius consul fiat.

a l. creditores. suprà eod.

b l. sufficit de cód. indeb.

6 SIMILIS EST. Sicut † enim conditionalis creditor euentum conditionis, ita iste diem expectat [c] : alioquin non paucæ sunt differentiæ inter hos casus.
7 Sed sufficit * similitudinem esse respectu eius rei, de
8 qua agitur [d]. Vnde † similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur, vel quæ in effectu, & causa conueniunt : ídque potius obseruabimus [e], quàm formam: quamuis, quæ in forma non conueniant, dissimilia plerunque appellentur. Vnde quod nostrates Diale-
9 ctici aiunt, vt tollatur * consequentia, sufficere instantiam, accipiendum est, si instantia de ratione deducat, non simpliciter de pronuntiato [f].

c Bart. l. ita stipul. in j. q. de ver. obli.

d dict. l. sufficit.

e l. j. §. igitur. de exercit.

f Ias. l creditori. de ope. no. nunt.

SVMMÆ.

1 *Instrumenta variè notari, censerique.*
3 *Subnotandi forma.*
4 *Cognoscit relegens.*
5 *Dispungit excutiens.*
6 *Dispunctionis natura, & vis.*
7 *Expungit delens.*

LEX LVI.

1 COGNOSCERE. Descriptio, † subnotatio, dispunctio rationum instrumentorúmve differunt.
2 Describimus * ea, quorum exemplum accipimus. Sub-
3 notamus, cùm † quasi inuentarium conficimus [g], adscribimúsque quot corpora instrumentorũ sint, & de
4 qua re. Cognoscimus † cùm ea legimus, atque relegimus : qui enim rationes recognoscit, verum est eum ipsas cognoscere: sicut qui reddit, dat, qui repetit,

g l. fi. de bon. aut. iud.

petit [a]. Dispungit † rationes, qui data & accepta con- 5
fert, excutitque, & examinat: vnde & † dispunctio 6
pro diligenti percontatione, examinationéque acci-
pitur [b]: idque hac (vt opinor) ratione, quia veteres
solerent rationes, cùm data acceptáque constitissent,
transuerso puncto, confodere: hinc Iuuenalis, moro-
sam, auarámque mulierem designans, quæ rationes
diu peractas, absolutásque recognosceret: Longi, in-
quit, relegit transuersa diurni. Id etiam † expungere 7
quandoque appellatur [c]: quod verbum reiicere quo-
que & de medio tollere significat [d], quoniam suffragia
puncto notabantur: vnde quos ceu indignos præte-
ribant, * expungere dicebantur. 8

a Bar. in rub. solut. matr.
b l. si statuliberа pene ad finem. de statulib.
c l. in omnibus. supra de diuers. præscript.
d l. penul. de re milit.

SVMMÆ.

1 *Legis, pen. & fin. de pollic. sensus.*
2 *Nepotes & filias in casibus liberos non dici, quandoque contra.*
3 *Naturales ex causis filios non dici.*
5 *Conditionem liberorum spurio legitimato non deficere.*
6 *Descendentes ex virili, & per virilem differre.*

§. Liberorvm. Huius responsi exemplum hoc
affert Accursius, si is, qui opus reipublicæ pollicitus,
postquam inchoauerit, decessit [e], heres † extraneus 1
in quintam patrimonij partem tenetur: quòd si ex li-
beris sit, solùm in decimam: interpretatúsque † est di- 2
uus Pius, inter liberos, nepotem quoque ex filia con-
tineri [f], quam interpretationem non procedere in pri-
uilegiis [g], quæ generaliter publicæ vtilitati derega-
rent, communi sententia receptum est. Idémque si le-
ge municipali agnati fœminas excluderent: videtur
enim tum testator, qui liberos instituit, prius de agna-
tis sensisse, & cum ordinem sequutus, qui in intestati
successione seruandus erat [h].

Svi ivris. Vt emancipati, & naturales: regu-
lariter enim appellatione filij, etiam naturalis com-
prænditur [i]: naturæ enim id nomen est, non iuris ci-
uilis tantùm: † & hoc, nisi testatoris conditio & di- 3
gnitas [k], præsumptáve disponentis mens aliud indu-
cat [a].

e l. pen. & fi. de pollicit.
f l. j. de iure immunit.
g l. quia talе. sol. matr.
h Bar. l. hæredes. §. cùm ita. ad Treb.
i l. tutelas. de ap. dim.
k l. ex facto. §. j. ad Treb.

cat [a]. Quid enim, si legitimi adsint? potiores certè illi esse debent. Quid item, si ab ecclesia emphyteutica bona pro se, & liberis aliquis acceperit? ad naturales enim peruenire ea non possunt. Nec verisimile est de eis actum fuisse, qui abominato à iure canonico concubitu orti sunt: sed & in materia odiosa humanius erit de eis non intelligi [b], dum tamen melior inde non fiat naturalium quàm legitimorum conditio, vel pater ipse propter naturalium numerum priuilegia non consequatur [c]: & hæc de naturalibus. At de spuriis [d]

4 aliud est: hos enim lex* pro filiis non habet [e]. Et ideo conditio, si sine liberis decesserit, fideicommisso addi-

5 ta, propter spurium non deficit: quod ego † arbitror verum, etiamsi per rescriptum principis legitimatus sit, quoniam lex incertum illi patrem tribuit, nec præsumit ex legitimante ortum. Vnde parentis fideicommisso grauati confessio & tractatus ipsi obesse debet, non autem substituto, nisi verè probaretur ex eo natus, vt quia ex ancilla domi retenta, quæ cum alio non consuesceret [f].

VIRILIS SEXVS. Differentia est, substituat

6 qui † ex virili, seu per virilem sexum descendentes, an per lineam virilem: nam primo casu etiam fœmina ex filio vel nepote nata continebitur, secundo non continebitur: non enim per lineam descendit nisi qui in linea est [g].

a l. fina. de iur. delib.

b c. statutū. ij. de hered. in vj.

c Bar. l. quia. de in ius voc.

d l. ij. §. legitimos. de excus. tut.

e authen. ex cōplexu. C. de inc. nup.

f Alb. l. filiū. de his qui sunt sui.

g Moder. l. Gallus. §. nūc de lege. ff. de lib. & posth.

SVMMÆ.

2 *Magistros variè accipi: eorúmque diuersa officia.* 6.
7 *Iurisconsultorum gradus.*
11 *Legem, Cui consiliari.*

LEX LVII.

1 CVI PRAECIPVA. Magistrare* moderari est,
2 vt Festus inquit: vnde magistri, † non solùm doctores artium, sed etiam pagorum præfecti, quos vul-
3 gò Syndicos * vocamus: vel collegiorum, societatúmve, quos Abbates appellant. Hinc & magister populi Di-
4 ctator, & magister * hastæ, qui auctionibus præest, & magister pecoris, ipse custos, & magister nauis: cui cu-

ra nauis demandata est. Sic autem dicti sunt, quoniam magis cæteris possunt: vnde & magistratus, qui † per 5 imperia potentiores sunt, quàm priuati.

CVIVSLIBET DISCIPLINAE. Hinc † legum 6 Doctores magistri dicuntur, putauerímque generaliter hoc nomine contineri † Baccalaureos, Licentia- 7 tos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus * coronis 8 more Græciæ antiquo insigniri debebant[a], ita in agone literario tres sunt distincti gradus. Primus, qui à baccalaurea sumpsisse nomen videtur, scholastico or- 9 dini proximior, quàm doctorum. Secundus ad eos pertinet, qui nondum insignia suscepêre, electi tamen authoratique sunt, tradúntque materia fauorabili * 10 pro Doctore haberi.

[a] l. j. C. de athlet.

VEL MONSTRANDO. Atqui † superius non à 11 monstrando, sed quò magis cæteris curam præstare debeant, magistros dictos ait: sed ipse arbitror illam etymologiam, hanc allusionem eius vocabuli esse. Verùm fingamus aliquem huiusmodi curam non præstare, an idcirco magister non erit? & aiunt esse: quoniam * nomen ab eo dicitur, quod fieri deberet, licet 12 non fiat. Qua ratione & Pontificem & Augustum appellabimus, qui ad vitam æternam pontem non faciat, & qui imperij corpus non augeat.

SVMMÆ.

1 §. *Persequi, explicari. verius. 3.*
2 *Persequi, variè accipi. 6.*
5 *Satisfactionem in lege, cautionem in hominum actu, solutionem accipi.*

§ PERSEQVI. Accursius † persequi interpre- 1 tatur, id est, consequi: nam qui satis accepit, putà fideiussores [b] vel pignora, perinde habetur, ac si rem petitam consequutus esset [c]. quæ expositio mihi non probatur, quia propriè illud persequimur, * quod nō- 2 dum sumus consequuti: Quapropter & lib. 11. Aul. Gellius: Non puto, inquit) Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret. Verior † igitur sensus est, vt 3 quamuis aliquis satis acceperit, tamen adhuc dicatur perse-

[b] l. item. §. j. quib. mod. pig.
[c] l. si rem. §. omnis. dicimus. de pignor. act.

4 persequi: quia satisfactio* pro vera solutione nō est[a]. a l.j. qui sa-
5 In quo † tamen articulo solet distingui: aut lex satis- tisd. cog.
factionem requirit, & sufficit fideiussores, vel pignora offerre; vt ex forma contractus alicui satisfaciendum aut est[b], & soluere pecuniā opus est, quoniam in his non de b Authent. si
simplici securitate creditoris actū videtur, sed de actus quādo. C. de
perfectione, plenáq; liberatione, quā solutione demū const. pec.
6 facta, cōsequimur. Sanè & † persequi dicitur, qui officiū iudicis implorat: quapropter si caueri mihi postulem per fideiussores, quod in prætoriis stipulationibus
7 regulare est[c], persequi videbor: expediuntur* enim c l.j. §. stipu.
hæc officio iudicis[d]. de præt. stip.
d l. iubere. de iur. om. iud.

SVMMÆ.

2 *Gesta etiam ad priuata referri.*
3 Καταχρηστικῶς *ex causa locus.*
5 *Catachresis, & translationis discrimen.*

LEX LVIII.

1 LICET. Quoniam suprà gestam* rem significare sine verbis factam, ex Labeonis[e] sententia traditum fuerat, eam differentiam Caius hîc tanquam nimis subtilem contemnit: quia καταχρηστικῶς, id est, abusiuè inter factum & gestum nihil interest. Laurentius e l. Labeo. su- prà eod.
2 Valla gesta † referri ad rempub. maiorísque dignitatis esse tradidit, acta etiam de priuatis dici: quod non omnino probo, quandoquidem etiam de negotiis gestis id verbum proferimus, qui tractatus ad priuatos pertinet. Ampla verò & faciendi est significatio, quam hîc explicat Accursius, nos alibi commodiùs attingemus. Id ex hoc responso summè adnotandum est, vocem καταχρηστικῶς (sic enim in antiquis codicibus legi-
3 tur) id est † abusiuè, plerunque propria & subtili inter-
4 pretatione reiecta accipi: nimia enim iuris* subtilitas, crux est, vt antiqui dicebant: vnde illud Comici,
5 Summum ius, summa iniuria est. Fabius † Quintilianus κατάχρησιν figuram esse autor est, vbi proprio nomine omisso, aliud vicinum assumimus. Translationem verò, vbi nomen proprium deest: quo fit, vt hanc necessitas excuset, vsurpationē ornatus, vel ratio carminis.

SVMMÆ.

1 *Repudiandæ uxoris forma.*
2 *§. Paternos. sensus & emendata lectio. 5. 6.*
3 *Libertus filij, patris non est, nec fratris.*

§. PATERNOS. Solebant † Quirites cùm repudiare vxorem vellent [a], libertum suum huius rei nuntium mittere quod & Satyra Iuuenalis indicat: 1

a l. nullum. de diuor.

Collige sarcinulas, clamat libertus, & exi,
Iam grauis es.

Dubitatum fuit, quem libertum suum intelligeremus: & paternum † quoque seu auitum suum libertum esse Iurisconsulti tradiderunt. 2 Quòd si à † filio forte milite castrensis peculij seruus manumissus sit, 3 is libertus patris dici non poterit: miles enim eius patronus est, non pater [b]. Cæterùm & filius, qui ex assignatione patris libertum habet, solus ei patronus est, non autem frater [c]: quamuis etiam quantùm ad eum, rectè paternus libertus dicatur.

b l. antepen. qui & a quib.
c l. 1. de asses.

NOSTRORVM LIBERORVM. Alij † codices habent libertorum: nam libertus [d] liberti mei, meus libertus non est: sed verior hîc lectio est liberorum: nam † & in antiquissimis exemplaribus vna complexione sic finitur: Paternos libertos, nostros libertos, liberorum nostrorum non rectè nostros libertos dicimus. Sed an id obseruabitur etiam, viuente manumissore? & quia generaliter Iurisconsultus † loquitur, verisimile est hoc quoque casu sententiam hanc producendam: nec abhorret, vt patris libertus filij quoque sit, cùm rerum paternarum inuita patris filii quodammodo domini habeantur [e]. Cæterùm, quamuis libertus filiifamiliâs militis, manumissore mortuo, patris libertus non dicatur, deferetur tamen illi eius hereditas, secundum Iustiniani constitutiones [f]. 4 5 6

d l. Modestinus. infrà eod.
e l. in suis. de lib. & posth.
f §. multis. instit. de suc. liber.

SVMMÆ.

1 *Portum variè accipi.*

LEX LIX.

PORTVS. Portum † antiqui plerunque pro insula aut domo (vt Festus inquit) dicebant: cuius rei 1

ratio-

rationem Iurisconsultus hic assignat, quòd, scilicet, merces in eam portarentur. Hinc à similitudine portus
2 appellari cœpta est, nauium * statio, qua inclusæ naues à ventis tutæ essent: ísque frequentissimus est hu-
3 ius vocis significatus. Sed & angiportum, * angustam viam inter portus, id est, domos, dixerunt: qua de re latiùs Grammatici disseruêre.

SVMMÆ.

1 *Fundi modum ex animo pendere: eo cessante, ad totum refertur. 4. 8.*

3 *Fundum variè stipulamur.*

5 *Parti ex causa cedit totum.*

6 *Locum variè accipi.*

LEX LX.

1 LOCVS. Locus * fundi portiuncula est, * fundus
2 autem intelligitur secundum domini mentem, qui ex vno plures fundos facere potest, si quibus quisque finibus contineatur, designauerit: quapropter & minimam partem fundum dicemus, si talis fuerit
3 eius affectio. Hinc est, quòd † stipulatio fundi in genere nullius est momenti, propter incertitudinem: offerendo enim vel cespitem terræ liberaretur promissor, vt quidam scribunt[a]. Sed & Mar. Ciceronis in quodam ioculari libello citantur hæc carmina,

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda.
Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.

4 Igitur, † nisi affectio testatoris probetur, in dubio appellatione fundi de toto intelligemus [b]: nec vt ab hac interpretatione recedamus sufficiet, si in plures regiones commodioris culturæ gratia fundum diui-
5 serit [c]. Sed & si tibi quis † partem fundi Corneliani legauerit, deinde eadem scriptura fundum Cornelianum leget, nõ sola pars, sed totus debebitur: pars enim fundi (vt diximus) tunc pro toto habetur, cùm ea affectio est testatoris, vt non pars, sed totum sit. Quod in proposita quæstione dici no potest: quomodo enim pro integro fundo habuisse cũ testator videtur, q par-

a l. cùm post. §. gener. de iure dotium.

b l. si defensor. §. i. de interrog. act.

c l. Caius. in fin. de leg. ii.

fieri. Vnde, qui solá opem * adhibet, furti tenetur: tametsi ipse non consuluerit furtum fieri debere quod vt verum sit, defendi tamen & illi possunt, qui coniunctim accepêre: quoniam non sat sit opem præstare, nisi eo consilio, id est, animo præstetur, vt furtum fiat. Si ergo consiliũ* pro suasione accipiamus soluta illa oratio disiunctiuè: si pro dolosa adiuuãtis intentione, cõiunctim intelligetur. Et hic verus est huius responsi sensus, quem nec Accurs. nec cæteri satis percepêre. 31 32

ALII CONDICI. Scilicet † ei, qui opem tulerit: quod tunc procedit, cùm ad eum res peruenit, vel cùm fur soluendo non est [a]: ipse enim in subsidium tenetur, alioquin nec contra eum, qui opem præstitit, furtiua condictio competit: atque ita vulgò dicitur [b]. 33

NON POTEST. Scilicet ei, qui consuluit, quando aliàs furtum facturus quis erat [c]: atque ita Accursius sensit, & plerique sequuti sunt [d]. In dubio tamen contra consultorem præsumemus, *cum videlicet causam delicto præstitisse: nec enim postquam quis omnino furari constituit, solet cõsilium petere, sed cùm adhuc dubius est. Quapropter, † qui consilium dedisse probatus fuerit, furti condemnabitur, nisi ipse ostendat, etiam si nõ consuluisset nihilominus furem idem fuisse facturum [e]: nam tunc leuiore pœna arbitrio iudicis, ex communi sententia adficietur [f]: vt meritò antiquum carmen celebretur, Malum consilium consultori pessimum. 34 35

CONSILIVM MALIGNVM. Id † intellige, vt si criminaliter agatur, lata culpa non idem valeat, quod dolus [g]: quòd si ciuiliter, cùm in causa furti, qui condemnatus est, ipso iure notetur infamia [h], videtur tunc latam culpam sufficere: qua de re alibi latiùs disseritur [i]. 36

SECVTVM In † simplici consilio, cogitationéque vera Iurisconsultus prodit, quòd si vltra consilium conatus aliquis interuenerit [k], in atrocibus delictis regula est pœnam irrogari [l]: in leuibus non irrogari [m]. Qua ratione si etiam de atroci crimine ciuiliter agatur [n], conatus † sine effectu non punitur idemque est, quoties delictum nihil nocuisset: vt cùm quis falsum commit- 37 38

tit,

a l. peculium. §. si opem. de pecul.
b l. proinde. de cond. furt.
c l. nõ solùm. versi. Attilicinus. de iniu.
d c. j. de offi. deleg.
e Ang. l. furti. §. ope. de fur.
f ca. sicut dignum. §. quia verò. de homic.
g l. lege Cornelia. de sica.
h l. j. de iis qui not. infa.
i l. in actionibus. de in lit. iurando.
k l. is qui cũ. C. de sicar.
l l. si quis nõ. C. de episc & cle.
m l. j. quod quisque iur.
n Bal. l. si cõstiterit. C. si. regundo.

tit, quod alicui damnum inferre non potest [a]. Idémq; si ante delictum quis sponte pœnitentia ductus destiterit [b]. Cæterùm & in hac re in primis legis verba pensitanda sunt: nam si actum perfectum verba respiciunt, qui nondum perfecit non tenetur: vt cùm infligitur pœna, si quis appellauerit: actus enim consummatio
39 †per verbum præteriti temporis denotatur [c]. aliud est in futuro, si appellabit [d]. Sed & vbi ipso iure pœna irrogatur. perfectum oportet fuisse crimen [e]: quod & in legibus municipalibus obseruatur, quia interpretationem extra verborum vim non recipiunt. Aliud autem est crimen, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta est.

a l. damus. C. de fal.
b l. qui ea. de furt.
c Cardin. c. præterea. de appel.
d Ioan. And. ca. perpetuò. de elect. in vj.
e Bart. l. j. de sicar.

SVMMÆ.

1 *Creditor non nisi euentu conditionis dici.*
3 *Creditores conditionales dispositis inesse.*
7 *Legem, Conditionales. explicari.*
8 *Spes acceptio multiplex, & effectus.*

LEX LIIII.

1 CONDITIONALES. Creditor, †cui sub conditione debetur, interim propriè creditor nō est, cum ab inuito extorquere nihil possit: sed post euentum
2 conditionis vere est creditor. quæ conditio * cùm in contractibus retrò trahatur, censetur vsque à princi-
3 pio creditor fuisse [f]. Et ideo dispositio † quæ generaliter de debitoribus verba faciat, in dubio de eis quoque intelligetur, qui sub conditione debuerunt. Quapropter cùm testator heredi mandasset, vt omnia debita Titij dissolueret [g]: respondere plerique etiam ad dotem quam soluto matrimonio vxori suæ Titius restituere omnino debebit, obligari. Nam & si cōstitutum sit, vt, re venali proscripta, teneantur qui ius habent, illud in scriptis intra certum terminum exhibere. aliàs ea res emptori euinci non possit [h]: censuerunt veteres ius, quod sub conditione competere potest, in professionem redigendum: non enim huiusmodi legis verba magis ad præsens, quàm ad futurū tempus referun-
4 tur. Accedit his, quòd fideiussor sub conditione, * si

f l. si cui. de act. & oblig.
g l. j. si stipu. fuerim. §. j. de ver. oblig.
h Raph. Iaf. d. §. j.

principalis non soluerit, promisisse videtur, tamen du-
a Bart. l. j. si cer. pe. biùm non est, quin debitor sit [a].
COMPETITVRA. Vt quia promissum sit, cùm
morietur: certum enim est hanc conditionem * ali- 5
quando euenturam. Vera tamen conditio illa est, quæ
omnino * est incerta, ante cuius euentum non oritur 6
b l. cedere. nec obligatio, nec actio, vt infrà attingemus [b].
VEL QVI SPEM. Videtur hîc † probari, si spes 7
nulla subsit, quòd conditio eueniat, creditoris loco
non esse: sicut nec illud pignus videtur, quod verisi-
mile est fore, vt nunquam luatur, quod Bartolus sen-
c l. in quorū. de pig. sit [c]. Sanè spes † in iure variis modis accipitur. alia e- 8
nim est, quam vigilantium somnium Plato appellat,
nos remotam dicimus: vt cùm agnatus agnato suc-
cessurum se opinatur: & hæc nullius effectus est: alia
est paulò proximior, vt quam filius in hereditate pa-
tris concepit: & huius quandoque * propter natu 9
d l. nec ei. §. præterea. de adoptionib. rale votum parentum ratio habetur [d]: alia est, quæ ex
præsenti iure nititur, sempérque in cōsideratione est:
vt in eo, qui per fideicommissum alicui substitutus est:
nisi enim huiusmodi spes probabilis esset, ei per cau-
tionem fideicommissi nomine prætor non succurre-
e l. de statulib. ret [e]. Idem in eo, qui est statuliber, & præsentem spem
habet, vt quia hereditas adita sit: quod & in contra-
ctu conditionali obseruamus. Vnde illa clausula, qua
in contractibus solemus dicere, nos remittere * omne 10
ius, quod habemus, vel habere speramus, ad ius solùm
præsens trahitur: vel ad futurum, quod tamen ex
f l. post emācipationem. §. fi. de lib. lega. causa præsenti habere speramus [f], vt Bartolus scripsit.

SVMMÆ.

1 *Creditor non est peremptoriè submouendus. eius effectus.* 3.
6 *Legis, Creditor. sensus.*
8 *Similium argumenta.*

LEX LV.

CREDITOR. Quamuis † qui exceptione perpetua, 1
putà pacti de nunquam petendo, excluditur, ipso
iure sit creditor: imò, nisi exceptio * opponatur, ob- 2
tineat:

tineat: attamen quia verisimile est, reum in sua fore diligentem: & actori præscripturum, talis creditor non intelligetur: considerat enim lex effectum,
3 Et † ideo si petente creditore velit lex etiam, indicta causa, debitorem in carcerem detrudi, hunc ca-
4 sum excipiemus: quoniam nec † is propriè creditor est [a], qui exceptione perpetua submouetur: nec pro-
5 priè debitor, qui * eam habet. idem que cùm dubium est, an perpetua exceptio futura sit [b]: vt cùm promisi non petere, donec Titius consul fiat.
6 SIMILIS EST. Sicut † enim conditionalis creditor euentum conditionis, ita iste diem expectat [c]: alioquin non paucæ sunt differentiæ inter hos casus.
7 Sed sufficit * similitudinem esse respectu eius rei, de
8 qua agitur [d]. Vnde † similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur, vel quæ in effectu, & causa conueniunt: idque potius obseruabimus [e], quàm formam: quamuis, quæ in forma non conueniant, dissimilia plerunque appellentur. Vnde quod nostrates Diale-
9 ctici aiunt, vt tollatur * consequentia, sufficere instantiam, accipiendum est, si instantia de ratione deducat, non simpliciter de pronuntiato [f].

a l. creditores. suprà eod.
b l. sufficit de cód. indeb.
c Bart. l. ita stipul. in j. q. de ver. obli.
d dict. l. sufficit.
e l. j. §. igitur. de exercit.
f Ias. l creditori. de ope. no. nunt.

SVMMÆ.

1 *Instrumenta variè notari, censeri que.*
3 *Subnotandi forma.*
4 *Cognoscit relegens.*
5 *Dispungit excutiens.*
6 *Dispunctionis natura, & vis.*
7 *Expungit delens.*

LEX LVI.

1 COGNOSCERE. Descriptio, † subnotatio, dispunctio rationum instrumentorúmve differunt.
2 Describimus * ea, quorum exemplum accipimus. Sub-
3 notamus, cùm † quasi inuentarium conficimus [g], adscribimúsque quot corpora instrumentorũ sint, & de
4 qua re. Cognoscimus † cùm ea legimus, atque relegimus: qui enim rationes recognoscit, verum est eum ipsas cognoscere: sicut qui reddit, dat, qui repetit,

g l. fi. de bon. aut. iud.

petit [a]. Dispungit † rationes, qui data & accepta con- 5
fert, excutitque, & examinat: vnde & † dispunctio 6
pro diligenti percontatione, examinationéque acci-
pitur [b]: idque hac (vt opinor) ratione, quia veteres
solerent rationes, cùm data acceptáque constitissent,
transuerso puncto, confodere: hinc Iuuenalis, moro-
sam, auarámque mulierem designans, quæ rationes
diu peractas, absolutásque recognosceret: Longi, in-
quit, relegit transuersa diurni. Id etiam † expungere 7
quandoque appellatur [c]: quod verbum reiicere quo-
que & de medio tollere significat [d], quoniam suffragia
puncto notabantur: vnde quos ceu indignos prætе-
ribant, * expungere dicebantur.

a Bar. in rub. solut. matr.
b l. si statuliberæ pene. ad finem. de statulib.
c l. in omnibus. supra de diuers. præscript.
d l. penul. de re milit.

SVMMÆ.

1 *Legis, pen. & fin. de pollic. sensus.*
2 *Nepotes & filias in casibus liberos non dici, quandoque contra.*
3 *Naturales ex causis filios non dici.*
5 *Conditionem liberorum spurio legitimato non deficere.*
6 *Descendentes ex virili, & per virilem differre.*

§. Liberorum. Huius responsi exemplum hoc
affert Accursius, si is, qui opus reipublicæ pollicitus,
postquam inchoauerit, decessit [e], heres † extraneus 1
in quintam patrimonij partem tenetur: quòd si ex li-
beris sit, solùm in decimam: interpretatúsque † est di- 2
uus Pius, inter liberos, nepotem quoque ex filia con-
tineri [f], quam interpretationem non procedere in pri-
uilegiis [g], quæ generaliter publicæ vtilitati derega-
rent, communi sententia receptum est. Idémque si le-
ge municipali agnati fœminas excluderent: videtur
enim tum testator, qui liberos instituit, prius de agna-
tis sensisse, & cum ordinem sequutus, qui in intestati
successione seruandus erat [h].

e l. pen. & fi. de pollicit.
f l. j. de iure immunit.
g l. quia tale. sol. matr.
h Bar. l. hæredes. §. cùm ita. ad Treb.

Svi ivris. Vt emancipati, & naturales: regu-
lariter enim appellatione filij, etiam naturalis com-
prænditur [i]: naturæ enim id nomen est, non iuris ci-
uilis tantùm: † & hoc, nisi testatoris conditio & di- 3
gnitas [k], præsumptáve disponentis mens aliud indu-
cat [a].

i l. tutelas. de cap. dim.
k l. ex facto. §. j. ad Treb.

cat [a]. Quid enim, si legitimi adsint? potiores certè illi esse debent. Quid item, si ab ecclesia emphyteutica bona pro se, & liberis aliquis acceperit? ad naturales enim peruenire ea non possunt. Nec verisimile est de eis actum fuisse, qui abominato à iure canonico concubitu orti sunt: sed & in materia odiosa humanius erit de eis non intelligi [b], dum tamen melior inde non fiat naturalium quàm legitimorum conditio, vel pater ipse propter naturalium numerum priuilegia non consequatur [c]: & hæc de naturalibus. At de spuriis [d]
4 aliud est: hos enim lex* pro filiis non habet [e]. Et ideo conditio, si sine liberis decesserit, fideicommisso addi-
5 ta, propter spurium non deficit: quod ego † arbitror, verum, etiamsi per rescriptum principis legitimatus sit, quoniam lex incertum illi patrem tribuit, nec præsumit ex legitimante ortum. Vnde parentis fideicommisso grauati confessio & tractatus ipsi obesse debet, non autem substituto, nisi verè probaretur ex eo natus, vt quia ex ancilla domi retenta, quæ cum alio non consuesceret [f].

a l. fina. de iur. delib.
b c. statutũ. ij. de hered. in vj.
c Bar. l. quia. de in ius voc.
d l. ij. §. legitimos. de excus. tut.
e authen. ex cõplexu. C. de inc. nup.
f Alb. l. filiũ. de his qui sunt sui.

6 VIRILIS SEXVS. Differentia est, substituat, qui † ex virili, seu per virilem sexum descendentes, an per lineam virilem: nam primo casu etiam fœmina ex filio vel nepote nata continebitur, secundo non continebitur: non enim per lineam descendit nisi qui in linea est [g].

g Moder. l. Gallus. §. nũc de lege. ff. de lib. & posth.

SVMMÆ.

2 *Magistros variè accipi: eorúmque diuersa officia.* 6.
7 *Iurisconsultorum gradus.*
11 *Legem, Cui. consiliari.*

LEX LVII.

1 CVI PRAECIPVA. Magistrare* moderari est,
2 vt Festus inquit: vnde magistri, † non solùm doctores artium, sed etiam pagorum præfecti, quos vul-
3 gò Syndicos* vocamus: vel collegiorum, societatúmve, quos Abbates appellant. Hinc & magister populi Di-
4 ctator, & magister* hastæ, qui auctionibus præest, & magister pecoris, ipse custos, & magister nauis: cui cu-

ra nauis demandata est. Sic autem dicti sunt, quoniam magis cæteris possunt: vnde & magistratus, qui † per 5 imperia potentiores sunt, quàm priuati.

Cvivslibet disciplinae. Hinc † legum 6 Doctores magistri dicuntur, putauerímque generaliter hoc nomine contineri † Baccalaureos, Licentia- 7 tos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus * coronis 8 more Græciæ antiquo insigniri debebant[a], ita in agone literario tres sunt distincti gradus. Primus, qui à bacca † laurea sumpsisse nomen videtur, scholastico or- 9 dini proximior, quàm doctorum. Secundus ad eos pertinet, qui nondum insignia suscepêre, electi tamen authoratique sunt, tradúntque materia fauorabili * 10 pro Doctore haberi.

a l. j. C. de athlet.

Vel monstrando. Atqui † superius non à 11 monstrando, sed quò magis cæteris curam præstare debeant, magistros dictos ait: sed ipse arbitror illam etymologiam, hanc allusionem eius vocabuli esse. Verùm fingamus aliquem huiusmodi curam non præstare, an idcirco magister non erit? & aiunt esse: quoniam * nomen ab eo dicitur, quod fieri deberet, licet 12 non fiat. Qua ratione & Pontificem & Augustum appellabimus, qui ad vitam æternam pontem non faciat, & qui imperij corpus non augeat.

SVMMÆ.

1 *§. Persequi, explicari. verius. 3.*

2 *Persequi, variè accipi. 6.*

3 *Satisfactionem in lege, cautionem in hominum actu, solutionem accipi.*

§ Persequi. Accursius † persequi interpre- 1 tatur, id est, consequi: nam qui satis accepit, putà fideiussores [b] vel pignora, perinde habetur, ac si rem petitam consequutus esset [c]. quæ expositio mihi non probatur, quia propriè illud persequimur, * quod nó- 2 dum sumus consequuti: Quapropter & lib. 11. Aul. Gellius: Non puto, inquit) Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret. Verior † igitur sensus est, vt 3 quamuis aliquis satis acceperit, tamen adhuc dicatur perse-

b l. item. §. j. quib. mod. pig.
c l. si rem. §. dicimus. de pignor. act.

omnis.

4 persequi: quia satisfactio* pro vera solutione nō est[a]. a l.j. qui sa-
5 In quo † tamen articulo solet distingui: aut lex satis- tisd.cog.
factionem requirit, & sufficit fideiussores, vel pignora offerre; vt ex forma contractus alicui satisfaciendum est[b], & soluere pecuniā opus est, quoniam in his non de simplici securitate creditoris actū videtur, sed de actus perfectione, plenáq; liberatione, quā solutione demū b Authent. si quā io. C. de constit. pec.
6 facta, cōsequimur. Sanè & † persequi dicitur, qui officiū iudicis implorat: quapropter si caueri mihi postulem per fideiussores, quod in prætoriis stipulationibus
7 regulare est[c], persequi videbor: expediuntur* enim hæc officio iudicis[d]. c l.j.§.stipu. de præt.stip. d l.iubere.de iur. om. iud.

SVMMÆ.

2 *Gesta etiam ad priuata referri.*
3 *Καταχρηστ ex causa locus.*
5 *Catachresis, & translationis discrimen.*

LEX LVIII.

1 LICET. Quoniam suprà gestam* rem significare sine verbis factam, ex Labeonis[e] sententia traditum fuerat, eam differentiam Caius hîc tanquam nimis subtilem contemnit: quia καταχρηστικῶς, id est, abusiuè inter factum & gestum nihil interest. Laurentius e l.Labeo.su prà eod.
2 Valla gesta † referri ad rempub. maiorísque dignitatis esse tradidit, acta etiam de priuatis dici: quod non omnino probo, quandoquidem etiam de negotiis gestis id verbum proferimus, qui tractatus ad priuatos pertinet. Ampla verò & faciendi est significatio, quam hîc explicat Accursius, nos alibi commodiùs attingemus. Id ex hoc responso summè adnotandum est, vocem καταχρηστικῶς (sic enim in antiquis codicibus legi-
3 tur) id est † abusiuè, plerunque propria & subtili inter-
4 pretatione reiecta accipi: nimia enim iuris* subtilitas, crux est, vt antiqui dicebant: vnde illud Comici,
5 Summum ius, summa iniuria est. Fabius † Quintilianus κατάχρησιν figuram esse autor est, vbi proprio nomine omisso, aliud vicinum assumimus. Translationem verò, vbi nomen proprium deest: quo fit, vt hanc necessitas excuset, vsurpationē ornatus, vel ratio carminis.

SVMMÆ.

1 *Repudiandæ vxoris forma.*
2 *§. Paternos. sensus & emendata lectio. 5. 6.*
3 *Libertus filij, patris non est, nec fratris.*

§. PATERNOS. Solebant † Quirites cùm repudiare vxorem vellent [a], libertum suum huius rei nuntium mittere quod & Satyra Iuuenalis indicat: 1

a l. nullum. de diuor.

Collige sarcinulas, clamat libertus, & exi,
Iam grauis es.

Dubitatum fuit, quem libertum suum intelligeremus: & paternum † quoque seu auitum suum libertum esse Iurisconsulti tradiderunt. 2 Quòd si à † filio 3 fortè milite castrensis peculij seruus manumissus sit, is libertus patris dici non poterit: miles enim eius patronus est, non pater [b]. Cæterùm & filius, qui ex assignatione patris libertum habet, solus ei patronus est, non autem frater [c]: quamuis etiam quantùm ad eum, rectè paternus libertus dicatur.

b l. antepen. qui & a quib.
c l. i. de assis.

NOSTRORVM LIBERORVM. Alij † codices 4 habent libertorum: nam libertus [d] liberti mei, meus libertus non est: sed verior hîc lectio est liberorum: nam † & in antiquissimis exemplaribus vna complexione sic finitur: 5 Paternos libertos, nostros libertos, liberorum nostrorum non rectè nostros libertos dicimus. Sed an id obseruabitur etiam, viuente manumissore? & quia generaliter Iurisconsultus † loquitur, 6 verisimile est hoc quoque casu sententiam hanc producendam: nec abhorret, vt patris libertus filij quoque sit, cùm rerum paternarum inuita patris filii quodammodo domini habeantur [e]. Cæterùm, quamuis libertus filiifamiliâs militis, manumissore mortuo, patris libertus non dicatur, deferetur tamen illi eius hereditas, secundum Iustiniani constitutiones [f].

d l. Modestinus. infrà eod.
e l. in suis. de lib. & posth.
f §. multis. instit. de suc. liber.

SVMMÆ.

1 *Portum variè accipi.*

LEX LIX.

PORTVS. Portum † antiqui plerunque pro insula aut domo (vt Festus inquit) dicebant: cuius rei 1

rationem Iurisconsultus hîc assignat, quòd, scilicet, merces in eam portarentur. Hinc à similitudine portus
2 appellari cœpta est, nauium * statio, qua inclusæ naues à ventis tutæ essent: ísque frequentissimus est hu-
3 ius vocis significatus. Sed & angiportum, * angustam viam inter portus, id est, domos, dixerunt: qua de re latiùs Grammatici disseruêre.

SVMMÆ.

2 *Fundi modum ex animo pendere: eo cessante, ad totum refertur. 4. 8.*

3 *Fundum variè stipulamur.*

5 *Partis ex causa cedit totum.*

6 *Locum variè accipi.*

LEX LX.

1 LOcvs. Locus * fundi portiuncula est, * fundus
2 autem intelligitur secundum domini mentem, qui ex vno plures fundos facere potest, si quibus quisque finibus contineatur, designauerit: quapropter & minimam partem fundum dicemus, si talis fuerit
3 eius affectio. Hinc est, quòd † stipulatio fundi in genere nullius est momenti, propter incertitudinem: offerendo enim vel cespitem terræ liberaretur promissor, vt quidam scribunt[a]. Sed & Mar. Ciceronis in quodam ioculari libello citantur hæc carmina,

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda.
Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.

4 Igitur, † nisi affectio testatoris probetur, in dubio appellatione fundi de toto intelligemus[b]: nec vt ab hac interpretatione recedamus sufficiet, si in plures regiones commodioris culturæ gratia fundum diui-
5 serit[c]. Sed & si tibi quis † partem fundi Corneliani legauerit, deinde eadem scriptura fundum Cornelianum leget, nō sola pars, sed totus debebitur: pars enim fundi (vt diximus) tunc pro toto habetur, cùm ea affectio est testatoris, vt non pars, sed totum sit. Quod in proposita quæstione dici no potest: quomodo enim pro integro fundo habuisse cũ testator videtur, q par-

a l. cùm post. §. gener. de iure dotium.

b l. si defensor. §. i. de interrog. act.

c l. Caius. in fin. de leg. ii.

tem fundi tantummodo appellauit? vt meritò Pauli Castrensis [a] sententia, qui aliter existimauit, reiicienda sit. Cæterùm etiam si domini affectio non probetur, putauerim partem fundi pro fundo accipi debere, quoties de falso periurióque euitando ageretur: adiuuanda enim quoquo modo est interpretatio in humaniorem partem.

a l. planè. §. j. & fi. de lega. j.

LOCI APPELLATIONEM. Locus † vbi quid 6
collocari potest, dicitur. eius autem μεταφορικῶς varia est significatio, vt cùm dicimus quem loco obscuro natum, vel loco fratris fuisse: illud enim ad genus nobilitatémque refertur, hoc vicem denotat. Sed & Aristoteli Ciceroníque in partitio. orato. & in Topic. loca sunt argumentorum * sedes, hoc est, vniuersales 7
propositiones, quæ particularia continent, sicut loci corpora. In iure verò † quandoque locus generali- 8
ter accipitur [b], & ex mente proferentis interpretationem capit. Qua ratione in prædiis vrbanis locus sine ædificio dicitur area: in rusticis, ager. At cùm specialiter respectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Quòd si fundi Tusculani dominus simpliciter locum suum Tusculanum legat, ne ex incertitudine legatũ vitietur, existimauerim generaliter intelligendum, vt integer fundus debeatur: nam & huiusmodi expositio vulgari sermoni alludit.

b l. fundi. infrà eod.

SVMMÆ.

1 *Obligationem tutiorem ineundi causa, & modi.*

5 *Cautionis modus multiplex, & acceptio.*

6 *Repromittens satis non dat. ex causis contrà.*

8 *Repromissionis causa, inopia.*

LEX LXI.

SATISDATIONIS. † Satisdare * propriè dicitur, 1
qui dat fideiussores [c]. Satisfacit, * qui pignore, vel 2
qualibet alia ratione securum contentúmve credito- 3
rem reddit [d]. Repromittit, * qui nuda stipulatione 4
se obligat. Cauere verò † variè accipitur: in disposi- 5
tione prætoria satisdationem requirit [e], in ciuili solam promissionem, cum hypotheca bonorum, vt quidam

c l. j. & ii. qui satisd. cog.
d l. i. de prætor. stipul.
e l. sancimus. C. de verb. sig.

dam sentiunt. Quòd si lex, causa cognita, cauere velit, vel idoneè, plenè, rectè, competenter, sufficientérve, tunc arbitrio iudicis etiam satisdandum erit [a], veluti si suspectus sit, qui cauere debet, vel pignus præstandum, aliàs nullius effectus esset [b]. Sanè qui simpliciter † repromittit ex vi verborum, non videtur satisdedisse, licet lex propter creditoris consensum ita interpretetur: vt in defensore, quem lex satisd. iubet [c]. quod & in eo dicendum est, qui euidentissimè fit locuples: non enim lex, quæ satisdationem requirit, de huiusmodi homine sensisse videtur [d]: quod verum putauerim, cùm satisdatio idcirco solùm requiritur, quia quantum ad facultates, lex creditori consultum velit [e]: sed si etiam celeritatem perficiendæ litis respiciat, fideiussio * tum quoque præstanda erit [f]: cùm nostra quandoque intersit, posse cum fideiussore experiri, qui non ita litigiosus, & tergiuersator sit, sicut principalis, quíque bonam fidem fortè agnoscet. Cæterùm & bonus † vir, qui compulsus satisdare, propter paupertatem non possit, repromittens cum iurisiurandi religione, admittetur [g], ne eum ad impossibilia obligare lex videatur, vel aliàs ius sibi iam quæsitum amittat [h].

6 (margin, beside "simpliciter †")
7 (margin, beside "fideiussio *")
8 (margin, beside "bonus †")

a Alex. l. diuortio. §. interdum. sol. matr.
b. l. in omnibus. de iudi.
c l. v. §. nunc videamus. iudic. sol.
d l. quicunque. ii. C. de fun. pat. lib. xi.
e l. i. vt leg. no.
f l. minor. in fi. de procu.
g l as. l. i. in fi. qui satisd. cog.
h §. sed hodie. instit. de satisdat.

SVMMÆ.

1 *Tignum, ædium materia.*
2 *Tignum variè accipi. 3.*
5 *Legem, Qui res. de solut. explicari.*

LEX LXII.

TIGNI. Legis duodecim Tabularum verba hæc erant, quorum mentionem Festus Pompeius [i] facit: TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS, VINEAVE ET CONCAPV NE SOLVITO. Sunt qui existiment legem XII. Tabul. ita conceptam; TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS, VINEISVE NE SOLVITO, SED DVPLVM, QVI IVNXIT, DATO.
1 Declarat ea Iurisconsultus, † vt tigni [k] appellatione omnis materia, ex qua ædes constant, contineatur.
2 Vnde † tegulæ, lapides, cæmenta, calx, atque arena id

i lib. xviii. de verb. veter. signifi.
k l. tigni. ad exhib.

a l. i. de tig. iniun&o. genus similia, hoc nomine comprendentur [a]. Tigna, enim à tegendo dicta sunt. Qua ratione & fabri tignarij appellatione, omnes materiarij, murarij, albariíque significabuntur [b]. Huiusmodi tamen interpretatio à communi vsu loquendi abhorret: quandoquidem † tigna solent trabes appellari, quibus summa domus contegitur: hinc & contignationes dictæ, quorum vocabulorum frequens mentio est M. Vitruuio: vt hinc argumentum colligi possit, posse dictionem quamlibet, * quoties deriuatio cum ratione legis conueniat, secundum eam accipi, tametsi communis loquendi vsus repugnet. Sanè verborum † legis x 11. Tabul. iure quoque mentio est, vbi dicitur, quemadmodum ea lex tignum ædibus iunctum vendicari posse sciscit; sed interim id solui prohibuit, pretiúmque dari voluit [c]. Quo in loco Accursius, si scit separatim legit, nimirum ignorans, idem esse sciscere, quod confirmare: vnde & plebiscitum dicitur.

b l. ferri. infrà eod.

c l. qui res. in fin. de solu.

3

4

5

SVMMÆ.

1 *Penes, dominij, apud, personæ, locíve nota.*

2 *Penes & apud, vsus promiscuus.*

LEX LXIII.

PENES. Qui penes † se rem habet: plus iuris in ea habere videtur, quàm qui apud se. idem enim est penes se habere, quod penitus apud se, id est, in potestate, iure, dominióque suo, cum dictio apud, ad personã vel locum simpliciter referatur: quod & Festus Pomp. probat, & Lauren. Valla. Depositarius igitur, commodatarius, & colonus apud se habēt, dominus penes se [d]: licet confundi hanc differentiam plerunque animaduerterim [e]. Quapropter † si lege indicatur pœna illi, penes quem furtiua res reperiatur, putauerim etiam, qui simpliciter sciens * detineat, obligari: tametsi ex hoc responso, is non penes se rem habere, sed potiùs apud se dicatur. nec enim verisimile est legislatorem ad huius tam subtilis differentiæ modulum verba sua redegisse.

1

2

3

d l. Titia. §. Caius. de legatis secundo.

e l. si quis in tantam. C. vnde vi.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Intestabilis neutram testamenti factionem habet.*
3 *Intestatum variè dici. 4 5. 8.*
6 *Legis 1. de suis, & legitimis, sensus.*

LEX LXIIII.

1 INTESTATVS. Testari verbum * inter alia significat suam sententiam etiam expromere: vnde testimo-
2 nium, & testamentum deducitur: & intestabilis, † qui nec testimonium dicere nec testamentum facere[a], ex a l. cum lege. de testa.
3 testamentóve aliquid consequi potest. Hinc etiam † intestatus deriuatur, cuius vocis triplex est significatio: primò enim eum significat, qui testamentum non fecit, & hæc propria & indubitata est interpretatio: quoniam (vt Bartolus[b] inquit) intestatus participium est, cuius ea est natura, vt potentiam ponat, actum neget: quam rationem non satis scio, an Grammatici reciperent: cùm enim præpositio verbo non conueniat, sequitur vim nominis habere, non participii: alioquin inductus, infectus, inuisus, insolens, euidens, vim participii haberent, quod ipsi negant. Cæ- b Bar. l. j. de suis & legit.
4 terùm † & is intestatus est, cuius testamentum iure defecit, vt quia iniustum, vel irritum pronuntiatum est. Idem enim est testamentū omnino non facere, vel huiusmodi facere, quod nullum pronuntietur[c]. Secundò c Inst. de heredi. quæ ab intest. i prin.
5 intestatus dicitur, qui † testamētum ex se quidem validum fecit, sed quod ex eo corruit, quia heres institutus noluerit adire: & hic sensus quoque non improprius est. Dixit tamē Bartolus si lex aliquem admittat in eius successionem, qui intestatus decederet, verba legis hoc casu cessare: non enim intestatus decedit is, ex cuius testamento hereditas non aditur, cùm tempore, quo decedit, verum sit eum esse testatum, licet deinde ex heredis scripti facto reddatur intestatus. Sed hanc ego subtilitatem non approbo, quæ cōtra Iuris-
6 consulti verba est[d], eum † propriè intestatum decessisse d dicta l. j. dicentis, cuius hereditas adita non est, vt inde appareat dictionē hanc tractū habere, & ad perfectionē tēporis referri. quod nō, nisi adita hereditate, cōsumitur.

Tertiò intestatus dici potest etiam is, qui testamentũ facere iure non potuit, vt pupillus & furiosus: & ideó si filio intestato constitutum sit agnatos succedere, pupillo mortuo nihilominus succedent, matrémque excludẽt: quoniam † communi vsu etiam intestabiles, in- 7
testati dicuntur: idque aliqui cum Barto. sensere[a]. Sed frequentius in contrariam sententiam itum est, quod intestati † propriè hi appellentur, nec de hoc commu- 8
ni vsu quicquam appareat: videtúrque agnatos in eius, qui testamẽtum facere possit, hereditatem faciliùs admittendos, ex defuncti præsumpta voluntate, qui cùm testamentum nullum fecerit, voluisse illis hereditatem relinquere censentur. At in eo, qui, etiam si aliter disponere voluisset, non potuit, præsumpta nulla pro agnatis est voluntas. Nobis Bartol. sententia potior visa est, cùm de communi Iuriscosultorum vsu ex quampluribus legibus constet[b]: nec præsumpta volũtas testatoris* probabilis causa differentiæ est, cùm lex 9
eam non sequatur, sed ipsa legem. Voluntatem enim suam secũdum leges regere, & moderari quisque præsumitur: alioquin si quis de facto impeditus testari nõ potuisset, agnati fuissent excludendi, quod absurdum est. Sanè dubium non est, rectè propriéque de intestabilibus dici [c] eos sine testamento, vel etiam ab intestato decessisse: quamuis proprie intestati non dicantur.

a Alex. l. generaliter. C. de institu. & substit.

b l. qui duos. l. Lucius. de vulg. l. diu*. l. credẽdum est. qui pet. tut.

c Alexã. d. l. generaliter.

SVMMÆ.

1 *Heredem ad vlteriores, nisi ex causis, porrigi.*

LEX LXV.

HEREDIS. Heredis † appellatio etiam vltra pro- 1
ximum heredem extenditur[d]: vnde solemus dicere, heredis* heredem testatoris heredem esse: quod ex 2
proprietate sermonis, atque etiam in pœnis procedit, vt apud plerosque tractatum est[e]. Quapropter conditio, vt heredi Titio detur, adimpleri in herede heredis potest[f]. Hinc & pater iure castrensis peculij * rem filij 3
mortui occupans, eius heres dicitur[g], cui filius ipse miles iam successerat: quod & Pontanus annotauit[h]. Sed & si de scriptis heredibus mentio facta sit, & etiam heredem

d l. fin. C. de hered. instit.

e Ias. l. si quis filium. § fin. de acqui. he.

f l. cùm ita. ij. in fi. de cõdit. & demõ.

g l. j. de castren. pecul.

h Roma. singul. dcij.

heredem heredis contineri, tametsi scriptus non sit, plerique contendunt[a]. Verùm id ipse non ex vi verborum, sed propter vtilitatem receptum esse arbitror: quando nulla verisimilis affectio magis in scripto herede considerari potest, quàm non in scripto[b]. Et ideo †generaliter secũdum heredem non contineri, ego ex sermonis proprietate sentio, quoties scripti heredis mentio fit: idémque si infrà scripti, vel suprà scripti dicatur[c]. Sed & si suum heredem, vel ipsum quis addiderit, non videri de herede heredis agi aliqui dixerunt[d], quoniam huiusmodi pronomina specialiter ad personam referuntur. Quod ego non sufficere arbitror: nisi alia mentis coniectura concurrat. Vnde cùm testator, quisquis sibi heres erit, filio suo substituit, de primo herede intellexisse videtur: quia illi non parum adfectus fuisse creditur[e]. Quæ præsumptio in eo cessat, qui extranei alicuius heredibus relinquit: nec enim maiorem obseruationem priorum habuisse: quàm sequentium verisimile est: quod inferiùs diffusiùs attingam[f]. Cæterùm & quoties Titio, eiúsque heredibus vsusfructus legatur de primo tantùm herede accipiemus[g], ne proprietas inutilis sublata consolidationis spe reddatur. Idem est quoties appellatio heredis extraneos non comprendit: non enim vlteriores heredes extranei admittentur: cùm etiam primus reiiciatur. Hoc autem aliquibus casibus procedit, vt cùm Titio, heredibúsque suis, donec ipse vixerit aliquid legauero: cùm enim viuentis nulli sint heredes, meritò de filiis intelligemus[h]. Idem, cùm mentio heredum fit in materia, ex cuius natura sit, vt extranei excludantur: vt in emphyteusi ecclesiastica, & feudo[i]. Idem etiam si de heredibus masculis dictum sit: videtur enim ad proprios descendentes respexisse. Sed & si iniquũ aliquid ex generali interpretatione sequeretur, heredis appellationẽ restringemus: vt si quis hereditatem restituere debeat, si sine heredibus decesserit[k]: vt enim conditio aliquando euenire possit, de descẽdentibus intelligimus, alioquin quilibet extraneus, & tãdem fiscus fideicommissarium excluderet. Et eadem ratione, ne extraneos substituti heredes censeatur te-

a l. j. C. quorum legat.
b Cor. consi. lxix. in iiij.
c Bart. l. qui liberis. §. j. de vulgar.
d Old. consi. xxiiij. Bald. ccciiij. in v.
e d. l. qui liberis.
f l. in annalibus. C. de leg.
g l. antiquitas. C. de vsufruct.
h l. in suis. de lib. & posth.
i c. j. § fin. & de feud. fue. controuersia inter dom.
k l. ex facto in fine. ad Treb.

ſtator extraneis heredibus filij ſui, quem prædilexerat, prætuliſſe[a], hæc dictio re ringetur: non videntur autem extranei hoc in caſu, qui eiuſdem agnationis ſunt. Quapropter ſi pater filio ſine liberis decedente Titium agnatum eiúſque heredes ſubſtituerit, eueniente conditione, heredes Titij agnati non reiicientur, vt Angelus ſcripſit[b], cui aſſentio, ſecus ſi omnes extranei ſint.

a Bartol. d. l. Gallus. §. etiam.

b d. §. etiam.

Vlteriores. Etiam per longiſſimam ſucceſſionem, vt alibi dicitur[c]: vnde & pontifex Romanus Petri ſucceſſor dicitur, quãuis maximo numero alij medij interceſſerint[d].

c l. qui per ſucceſſ. infra tit. j.

d c. j. de homicid. in vj.

SVMMÆ.

1 *Mercem ad rem, non perſonas referri.*

2 *Mercatus etymon. verius. 3.*

4 *Mercatorum & artificum diſcrimen.*

LEX LXVI.

Mercis. Mercem † de rebus mobilibus dici, ita vt venalitij ſerui non comprendantur, varijs locis proditum eſt: qua ratione de facto conſultus Alexander[e], non eſſe abſurdum reſpondit, ſi legem municipalem, quæ à ſocio initum mercatum ratum haberi mandat, de re tantùm mobili intelligeremus: quandoquidem † mercatus à merce deducitur. Per locum ergo, qui à coniugatis dicitur M. Ciceroni in Topic. vbi merx non eſt, ibi nec mercatus. Sed ipſe à verbo † mercari potiùs trahi id nomen crediderim: quod verbum † ſimpliciter emere plerunque ſignificat, atque ita vulgaris loquẽdi vſus ſeruat: inde enim & mercatores † dicuntur[f], qui res emunt, quas in eadem ſpecie cariùs vendant. Nam qui emunt, vt ipſi in aliam formam vertant, quia manuum operam adhibent, artifices ſunt. Mercatores autem ipſi non artificium facere, ſed officium habere dicũtur, ſi vera Bar. ſenſit[g]: tametſi nemo dubitet, exercitium vtriuſque commune verbum eſſe.

(margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5)

e cõſi. xxxvj. in i.

f Roma. l. ſi publicanus. §. j. de publi.

g Bal. tract. de teſte. vercic. lxij. Bart. in tractat. de teſtimonijs num. 62.

SVMMÆ.

1 *Venditione non alienari. 8. ex cauſis contrà. 4. 6.*

Venditum

5 *Venditum constituto alienari.*
9 *Emphyteusin venditam non alienari: huius effectus.*

LEX LXVII.

1 ALIENATVM. Alienare * dicitur, qui ius aliquod
2 dominii trāsfert: sed qui rem vendit † ante, quàm
tradat, nullum ius dominii transfert (traditionibus
enim dominia rerum transferuntur[a]) meritò non di
citur alienasse, cùm sola personali actione possit conue
3 niri. Et ideo ex duobus emptoribus, * is cui priùs res
tradita est, præfertur[b]. Si igitur aliquod ius ex vendi
4 tione transferatur, † censebitur alienatum, nec lex no
stra procedet: veluti in ecclesia emente, cui ex priuile
gio competit, vt absque traditione in eam transeat do
minium[c]. Idem in principe vendente, vt aliqui existi
5 mauerunt[d]. Sed & si † emptoris nomine possidere se vē
ditor constituerit, dubium non est esse alienatum: per
huiusmodi enim constitutionem possessio vera trans
6 fertur[e]. Idem † si specialiter rem venditam pro con
tractus obseruatione vēditor hypothecæ obligauerit[f],
dicetur enim alienasse: quandoquidem qui pignorat,
7 alienare * dicitur[g]. In generali tamen obligatione bo
8 norum de his, quæ venduntur, actum non videtur, vt
pote quæ non obliganda à venditore, sed tradenda
9 sunt[h]. Et ex hac lege argumentum colligitur, † emphy
teutam, qui emponemata, inconsulto domino, vendi
dit, ante traditionem à iure suo non cadere[i]: nā & ven
dere cum effectu accipi debet: ante verò traditionem
venditio omnino perfecta non est[k], licet tum quoque
res periculo emptoris pereat: & ita se habet omniū fe
rè consensus[l].

a l. traditionibus. C. de pact.
b l. quoties. de rei vendi.
c l. final. C. de sacrosan. eccles.
d Ias. d. l. quoties.
e l. quod meo. de acquirē. possess.
f Butr. cōsi. xxxiiii.
g l. fin. C. de rebus alien.
h Rom. singul. dcv.
i l. fin. C. de iur. emphyt.
k §. venditæ. institu de rerum diuis.
l l. quod sæpe. §. si res vēdita. de contrahen. emp.

SVMMÆ.

1 *Donationem variè accipi.*
2 *Donationem in genere, ex re intelligendam.*
8 *Donatio omnis solennia exigit.*
10 *Donationis causa mortis origo.*

1 §. DONATIONIS. Donationem † generale nomen
esse plerique autumant. & ideo sub se continere etiam
causa mortis donationem, & quascunque alias: cùm

verò specialiter accipitur, propriè eam donationem so
lùm dici, quæ pura est, & protinus sine spe recuperan
di*dominium transfert [a], & de hac in dubio, siue in
dispositione hominis, siue legis accipiendum. Quapro
pter, qui filio†permittit, vt donare possit, nec cense- 3
tur de ea donatione sensisse, quæ causa mortis fit [b].
Sed hanc ego declarationem non probo, quæ legem
nostram coarctat, & nos dubios relinquit, quando in
specie, vel genere dictio hæc sit accipienda. Donatio-
nis igitur verbum†quamlibet donationem compren 4
dere existimo, vt hic dicitur, sed diuersis temporibus,
diuerso modo. Nam quæ sub conditione collata est,
post euentum conditionis proprie donatio fuisse cen
senda est: ante euentum, propter dubietatem, impro-
priè. Quæ verò sub conditione resolui posset, vt in
mortis causa donatione, vbi spes resolutionis nulla
subesse ampliùs poterit, & ipsa propriè fuisse donatio
censebitur, interim non: & ideo concessio patris non
videtur ad eam trahenda, nisi ex eius verborum ma-
gna generalitate, vel simili ratione aliud præsuma-
mus [c]. Sed & donatio * propter benemerita eatenus 5
propriè fuisse donatio existimabitur, quatenus iustā
remunerationis mercedem excedit [d]: quod & in qua-
libet remuneratione dicendum est [e], quæ modico pre-
tio facta proponatur [f]: quicquid *enim vltra pretium 6
receptum iusti valoris superest, propriè donatio cense
bitur [g]. Idem*in indebito, quod sciens soluerit. Et ex 7
his consequens est†vt solennitates, quæ aliqua con- 8
stitutione in donationibus requiruntur, etiam in præ-
dictis speciebus necessariæ sint [h], ne quatenus dixi-
mus veram esse donationem, contractus irritetur [i]. Sa-
nè & donationis†appellatione etiam *legatum conti 9
neri dubium non est [k]: quod procedit, si effectum con
sideremus: vsus enim separatā esse speciem obtinuit.
Donationem autem†causa mortis ex Homeri carmi 10
ne inductam Marcellus Iurisconsultus censuit [l]: apud
eum enim Odyss. ρ. Telemachus sic donat Piræo. Eius
carmina sunt:

Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν,
Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,

ὥς τοι

a l. j. suprà de donatio.
b l. filius. ver sic. sed enim. de donat.
c Corn. cons. ccxxxvij. in iiij.
d Imol. l. Aquilius. de donat.
e Alex. cons. xxi. in iii.
f l. non amplius. de legat. i.
g l. quod adipiscendæ. de donat. inter vir. Calcan. cons. xxiiii.
h Imol. d. l. i.
i Cal. d. cōsi.
k l. legatū. de leg. ii.
l l. i. de don. cau. mor.

ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω ἅ τοι μενέλαος ἔδωκε.
Τὸν δ' αὖ τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον κύδα.
πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγλώοσες ἐν μεγαροῖσι
λάθρῃ κλείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε,
εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυλεῦσαι,
δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Hoc sermone virum Piraeus commonet vltro,
Telemache ad nostras famulas agè dirige sedes,
Vt tibi quae dederat Menelaus dona reportent.
Ad quem Telemachus sapiens ita farier orsus:
Piraee, haud equidem haec possum dignoscere facta:
Nanque proci si me spaciosa per atria furtim
Occidant, rapiántque sibi patrimonia fortes,
His te malo frui donis, quàm quemlibet horum.
Quòd si illos fato, merita & mulctauero morte,
Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.

Quorum carminum eò libentiùs mentionem feci, quòd & in Institutionibus corruptus locus ille pro Piraeo Pyrrhum habet, relicta insigni lacuna, quam hisce carminibus replendam duxi. de donation. §. It. mortis.

SVMMAE.

1 *Arbitrorum genera & differentiae.*
4 *Seruus arbitrij expers: huius causa.*
5 *Arbitratoris officium.*
8 *Excommunicatum, nisi ex causis arbitrari.*

LEX LXVIII.

1 ILLA VERBA. Arbitrorum duo †sunt genera: nam alij ex compromisso adeuntur[a], quorum sententiae metu poenae paretur: alij (quos arbitratores vulgò appellamus) sunt, qui tanquam boni viri arbitrari, & constituere aliquid debent, iuris dispositioni minimè obnoxij, nec cōminatione poenae formidabiles: quo-
2 rum sententia*magis transactioni, quàm iudicio conformis est[b]: videntur enim partes transigere arbitra-
3 tu illius, cùm priores arbitria sua instar * iudiciorum dirigant, & non multùm ab ordinariis differant[c]. Igi-
4 tur in prima specie † indubitati iuris est, seruum arbi-

a l. societatē. §. arbitrorū. pro socio.
b c. quintavallis. de iureiur.
c l. i. de arb.

trum esse non posse: sed nec arbitratorem [a]. Vlpianus
ex communi omniũ expositione hic existimauit: quo-
niam illa verba, arbitratu Titij fieri, ad ius referuntur.
Lex autem non censuit ad ea, quæ iuris sunt, seruos
admittendos, tum quòd in personam serui ius reside-
re nequit, sed merum factum [b], tum quòd quo ad ea
quæ iuris ciuilis sunt, serui pro nihilo habentur. Sed
dubium est, quomodo huiusmodi verba ad ius refe-
rantur: arbitrari enim videtur facti esse. Et Accursius
ideo arbitria iuris esse existimauit, quoniam non nisi 5
in legitimam personam compromitti queat. Itémque,
quia arbitrator tanquam bonus vir iudicare debet: 6
quę ratio mihi magis placet: quamuis enim secundùm
iuris tramites incedere omnino arbitrator non com-
pellatur, tamen ex bono, & æquo decidere negotium
debet, vt effectus iuris ex eius sententia oriatur: meri-
tò hoc officium in seruum hominem conferri nõ de-
buit. Sed quid in deportato *, an eius arbitratu aliquid 7
committi potest? & omnes sentiunt posse [c], nisi ante
quàm deportaretur, mandatum sibi fuerit: videntur e-
nim partes propter status mutationem mãdatum re-
uocasse [d]: quod tamen in testatore, qui electionem ali
quam Titij arbitratu fieri iussit, non procederet [e]: cùm
enim is testator mortuus sit, fingi non potest reuocas-
se mandatum. Sed & quod in deportato diximus [f], ad
excommunicatum quoque communi calculo produ 8
citur, vt quò minùs arbitrator sit, non censeatur pro-
hibitus: quod intellige, nisi ex municipalibus statutis
iudicialem aliquam formam arbitramenta habeant: ab
omni enim iudiciario actu, præterquàm si se defen-
dat, excommunicatus * repellitur [g]. Idem si arbitria 9
hæc paratam habeant executionem: videntur enim iu-
diciorum instar tunc obtinere.

a l. Pedius. de arbit.

b §. sed cùm factum. Insti. de [illegible] stipul. [illegible].

*l. quod attinet. ff. de reg. iur.

c l. cùm pa[illegible] ter. §. hered. de legat. ij.

d l. cum quis. de solut.

e l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

f Bartol. l. si quis arbitratu. de verb. oblig.

g ca. ad probandũ. in fin. de re iu.

SVMMÆ.

1 *Dolum abesse variè explicari.*

2 *Stipulamur alij, adiecta clausula, dolum malum abesse.*

3 *Doli mali species variæ.*

LEX

LEX LXIX.

HAEC VERBA. Finge: Promisisti mihi aliquid per stipulationem, & ab ea stipulatione dolum malum abesse: cui rei, nisi dolus malus abfuerit, promisisti cen-
1 tum: declarat Iurisconsultus hæc verba † generaliter accipi: quod duobus modis explicari potest. Etenim respectu personarum stipulatio hæc generalis est, quia non solùm factum suum, heredúmque promisisse contrahens videtur [a], sed etiam (cùm stipulatio pœnalis sit) factum extranei [b]: & ita frequentiùs proditum est, licet dissentiente Bartolo: nam & cùm quis Titium
2 daturum, & facturum † promiserit (quamuis stipulatio non valeat, quia factum alienum videtur promisisse) si tamen subdiderit, dolum malum abesse abfuturúmve esse, non simplex abnutiuum promissum lex interpretatur [c], ne corruat stipulatio, sed potiùs ex præcedentibus curaturum cum promisisse intelligit, quòd Titius dabit & faciet: alioquin stipulator deceptus remaneret. Cæterùm respectu quoque rei ipsius
3 stipulatio generalis est, quoniam dolus vox est † generalis, dolum verum & præsumptum continens, sed & latissimam culpam, & plerunque latiorem [d]. Frau-
4 dem quoque *dolo inesse Labeo ait, qua de re infrà latiùs disputabo [e].

a l. nouissima. iudic. sol.
b l. stipulatio ista. §. si quis dolum de ver. obli.
c l. inter. suprà de verb. oblig.
d Bartol. l. quod Nerua. depositi.
e l. iuris gét. §. sed si. de pactis.

SVMMÆ.

1 *Legis, Sciendum. sensus. 6.*
3 *Heredis verbo nec incertum, nec patrem inesse.*
4 *Sentij plures.*
5 *Lex Aelia Sentia, eiúsque capita.*
7 *Herede proximo filium contineri.*
8 *Operarum genera.*
9 *Operæ intransmissibiles: in quibusdam contrà.*
10 *Filium esse, nisi heres sit, in contractibus & testamentis non sufficere.*

LEX LXX.

1 SCIENDVM. Superiùs † diffusè vidimus heredum [f] appellationem per multas successiones

f l. heredis. suprà eod.

accipi, declarauimúsque quomodo hoc intelligendum sit: hic verò prosequitur Iurisc. tres casus, quibus ea regula non procedit.

SVBSTITVTIONE IMPVBERIS. Sed quæ ratio est, quòd hoc casu à regula recedimus? & alibi dicitur, heredis* heredem non admitti [a], quia ex iudicio testatoris non venit. Per huiusmodi autem substitutionem hi demum vocati videntur, quos affectione aliqua testator prosequitur. Quæ ratio vt vera sit, indiget tamen secretiore doctrina, quæ hic vnico verbo attingitur: cùm enim huiusmodi verba de certa persona intelligi possint, non debent extendi, vt incertas quoq; contineant. Cùm ergo heres aliquis †instituitur, siue etiam seruus, siue filiusfamiliâs sit, non debet intelligi de herede heredis, qui ipsi testatori incertus est. Eodem modo non intelligemus de patre aut domino, cùm potuerit filiusfamiliâs emancipari, & seruus vel manumitti, vel vendi, quo casu hereditas patri, aut priori domino lucrifacta non [illegible]. Non ergo verba testatoris accipiemus, vt ad incertos hosce casus porrigantur, sed vt eas tantùm personas contineant, de quibus nominatim actum est. 2 3

a l. qui liberis. §. 1. de vulgar.

ITEM IN LEGE. Sentiam †familiam Romæ fuisse, ostendunt Sentius Gallus, & Sentius Augurinus, quorum in epistolis meminit Cæcilius Plinius, & etiã Sentius Saturninus Vetulio apud Valerium Maxi. libr. VIII. Igitur †Ælius Sentius legem tulit, quæ ab eius nomine Ælia Sentia appellata est. Cuius Cicero in Topicis, & Boetius mentionem faciunt: ea plurima capita habuit, quæ hîc referre non attinet. Vide in eam Vlpian. in Epitome tit. I. de libertis. 4 5

HERES PROXIMVS. Interpretatio †hæc ex verbis legis descendit: cùm enim filium heredem proximum dixerit, consequens est, de eo intelligi non posse, qui post aliquas successiones sit heres. Placuit autem †legislatori hanc ingrati accusationem coarctare, quæ tanquam libertatis peremptoria odio non caret, quod etiam libro historiæ XIII. Cornel. Tacitus tradit. Vnde non nisi proximo heredi [b], eidémque filio, id iuris concessum est: cùm etiam si proximus heres non sit, 6 7

b §. illud. in auth. vt lib. de cæter.

fit, bonorum possessionem contra tabulas liberti filius impetret [a]: nec enim id beneficium ita odiosum est: nam & qui manumittere compulsus est [b], ingrati actionem non habet. & tamen præteritus contra tabulas possessionem petit [c].

8 Idem dicitur. Operarum † duplex est species, quæ officiales dicuntur & quæ artificiales [d]: illæ personam patroni respiciunt, cui officiosum esse libertū naturalis ratio admonet, vt patronum comitari, cantu, sono, saltatione oblectare, suntque huiusmodi vt plurimùm incertæ: hæ verò ad artificium pertinent, inde operæ pictoriæ, fabriles, & si quæ similes. & sunt plerunque certæ, quia sub certo numero solent promitti: alioquin incerta promissio arbitratu patroni secundùm consuetudinem, aut qualitatem liberti, declarabitur. Quę autem exercitium aliquod, assiduitatémque non complectuntur, ad obsequium attinent, nec operarum nomen habent. Igitur, si † patronus operas sibi præstari stipulatur, regula est, vt ad heredes heredum talis stipulatio non transeat [e]. Obsequialis tamē reuerentia ad heredem heredis transmittitur [f]. Idémque in his operis fabrilibus, quarum ęstimatio heredi ex iudicato præstanda fuit: eius enim heres rectè eā pecuniam petet [g]. In officialibus verò operis hæc nō procedunt: quoniam hæ ad extraneos heredes regulariter non transeunt [h], sed ad filios tantùm, etiam si non sint heredes [i]: & ideo parum refert, quota parte heredes sint instituti [k]. Atque ita hanc materiam ego extrico, licet alij aliter. Sed hîc quęri potest, an in casibus † quibus testator, mentione heredis facta, de filio censetur intellexisse, eundem requiratur heredem quoque esse? & in contractibus dubium non est, filium non admitti, nisi sit heres. Quapropter, si quis sibi, & filiis, & heredibus emphyteusin stipuletur, nisi filius sit heres, excludetur [l]. In testamentis quoque idem crebriore calculo responsum est, in ea specie, cùm testator filio, si sine herede moreretur, substituisset: non enim sufficit, si filium reliquerit, nisi si quoque heres sit: quod & in eo casu Paul. Castrensis respondit [m], cùm filio sine liberis moriente Titius & eius heredes sub-

9

10

a l. si filius. §. Paulus. de bo. libe.
b l. ij. C. de ope. lib.
c l. j. C. de bon. poss cō- tra tab. lib.
d l. si non sortem. §. libertus. de cond. indeb.
e l. cùm patronus. §. j. de ope. lib.
f l. sed & si hac. §. liberos. dę in ius voc.
g l. qui libertinus. §. pen. de ope. lib.
h l. fabriles. supra illo titul.
i l. si operarum. eod. tit.
k l. vt iurisiurandi. §. si. eod. tit.
l Barto. d. §. fin.
m leg. ex facto. §. fina. ad Trebel.

stituti sunt: non enim ad fideicommissum Titij filij admittētur, nisi hereditatem patris adiuerint [a]. Sed quid si legitimi * heredes vocati sint? & cùm de his intelligatur, qui intestato succedunt, fortè etiam si Titio heredes non fuerint, admittentur: ne testator videatur fideicommissum Titij arbitratui reliquisse, quod infrà attingam. 11

a Paul. d. l. Gallus. §. j.

SVMMÆ.

1 *Verba, is ad quem &c. ex re accipienda. 3. 4*
2 *§. Verba. explicari.*
5 *Verbis, is ad quem &c. omnem successorem contineri.*

§. VERBA HAEC. Quoties † in lege hæc verba repe- 1
riuntur, considerandum est ob quam causam sint adie
cta: nam si pretor actionem putà redhibitoriã empto-
ri, eíque, ad quem ea res pertinebit, daturum pollice-
tur, de particulari successore intelligi non poterit, sed
† de vniuersali tantùm, vt hic dicitur: personalis enim 2
actio ad particularem successorē non pertinet [b]. Quòd
si de ea, † quæ in rem scripta, vel simpliciter in rem 3
sit, loquatur, tunc aliud erit [c]: idémque cùm etiam par
ticulari successori vt succurratur, eadem æquitas sua-
det [d]: sed & in iure excipiendi dubium non est, quo-
niam id ad quemcunque indistinctè transit [e], vt etiam
si beneficiũ sit personale, nihilominùs eo, cui conces-
sum est, viuēte, donatario proficiat [f]. Accipient † igitur 4
hæc verba ex subiecta materia interpretationem, alio-
quin ex sui proprietate successorem particularem † cō- 5
prendere putauerim: ad eum enim etiam pertinet,
nedum ad heredem. Quod maximè erit obseruandum,
si materia sit fauorabilis, vt beneficia principum, vel
additum sit generale pronomen, quicunque, & simi-
lia, quæ de nomine successoris recentiores tradide-
runt [g]. Sanè quę iura successoribus particularibus den
tur, quæ've contra eos competant, latior est articu-
lus, quàm vt hîc perstringi possit [h].

b l. sciendũ. §. deinde. de ædil. edict.
c l. si Titius. §. si quis priùs. de aqua plu.
d l. his verbis. de adop.
e l. ait prætor. de iureiur.
f l. si tibi. §. pactum. de pact.
g Ias. l. quædam. §. j. de edend.
h Bart. d. §. si quis tertius.

SVMMÆ.

1 *Capio effectu. & 6.*

4 *Capere & accipere distant, plerunque tamen confunduntur.*

8 *Peruenit variè accipi.*

LEX LXXI.

1 ALIVD EST CAPERE. Capere † verbum ad ef-
fectum acquisitionis refertur [a]: atque ideo qui
restituere tenetur, non videtur capere: atque hinc est,
quòd spurius substitutus pupillariter fratri legitimo,
ipso iure quidem vniuersorum bonorum heres erit,
sed quæ à patre prouenerunt restituet agnatis [b], quia
2 eorum capax non est. Filius tamen familiâs * & ser-
uus, quamuis restituere teneantur, capere dicuntur [c]:
quia per eos statim absque alia restitutione, patri vel
3 domino acquiritur. Ast verbum * accipere, non ita fre-
quenter ad effectum refertur: vnde & plerunque acce-
4 pisse † dicitur, qui tamen dominium adhuc non acqui-
siuit [d]. Sed confunduntur hæc aliquando, & etiam ca-
pere dicimus eum qui rapit [e], vel simpliciter aufert.
Sunt & qui accipere de manu alterius, capere verò pro-
pria autoritate intelligant [f]: quod mihi non displicet,
vt præpositionem ad, pro iuxta interpretemur: quã-
uis si testator Titio mandet, vt fundum accipiat [g], quia
de testatoris manu capere videtur, non putem heredis
traditionem expectandam.

CVM EFFECTV. Adiuuatur hinc regula, quæ mã-
5 dat cum effectu * verba accipi debere: quapropter si
6 exulem † capienti certum præmium dari constituatur,
7 non intelligetur cepisse, * qui ad præfectum non tra-
xerit [h], vel eum armis reperisse, qui non ceperit. Qua
ratione & qui tantum erogat, quantum acceperit, ca-
pere non dicitur [i], cùm in effectu nihil illi remaneat:
illud enim datum, legatum, donatum, concessum dici-
tur, quod deductis omnibus expensis reliquum est [k].

8 PERVENISSE. Propria † hæc huius verbi est si-
9 gnificatio, vt id quod * remansurum est, peruenisse di-
camus [l]: licet plerunque ex subiecta materia aliter e-
tiam non impropriè interpretemur, quod alibi at-
tingam [m].

a l. non videtur quisquã. infrà tit. j.

b l. si is qui. de vulg.

c cepisse. infrà eodem.

d l. naturalis. §. j. de præscrip. verb.

e l. j. de fid. tut.

f Mod. d. l. non videtur.

g Bar. l. centurio. de vulgar.

h Iaf. l. j. §. si. quod quisque iuris.

i l. ciuitatib. in fi. de leg. j.

k l. non amplius. de legat. i.

l l. si ipsa. quod met. cau.

m l. peruenisse. infrà eodem.

SVMMÆ.

1 *§. Hæc verba. sensus.*
2 *Rectè præstatur damno solutum.*
3 *Cautionis causa, & modus.*

§. Haec verba. Quod †conuentus rei vendicatione propter eam rem alteri promisit, vt ab actore indemnis seruetur, ita cautionem accipit, quas res tibi tradidero, pro his rebus rectè prę̨stari spondes? quã cautionem etiam emptor recipit [a]: qui redhibitoria aduersus venditorem experitur, si eius rei nomine, quæ redhibenda est, alteri aliquid soluere damnatus est [b]. Interpretamur †enim rectè, id est, tutò & securè, hoc est, sine periculo & damno. Periculum autem ad personam, damnum ad res seu pecuniam referri Accursius credidit. Hincque †argumentum accipitur pro sui defensione cautiones interponi posse. Quare si malè ab aduersario tuo metuis, licitum erit iudicem adiri, qui eum ex officio compellet, vt caueat, per se non fieri, vt vis aliqua tibi inferatur [c]: idque etiam sub pœna, & datis fideiussoribus. Sanè & M. Varro Rei rusticæ libro II. solitos tradit eos, qui indomitos boues emunt, sic stipulari: Illósce iuuencos sanos, déque pecore sano esse, noxísque solutos rectè præstari spondes? atque hanc formam M. Manilij actionibus contineri, quæ verba hoc ex responso interpretationem recipiunt. 1 2 3

a l. ipsi. de rei vend.

b l. redhibere. §. cauendum. de ædil. edic.

c Moder. l. si super. C. de transact.

SVMMÆ.

1 *Partem rei inesse: ex causis diuersum. 3.*
5 *Partium genera.*
7 *Genus partibus æquipollere.*

LEX LXXII.

Appellatione. Qui de †aliqua re quicquam cõstituit, vt de domo, insula, fundo, de qualibet eius parte constituisse intelligitur, & id quidem propriè sicut in genere species, in maiori summa minor continetur. Alioquin quæ vox totum* significat, propriè de parte dici non potest: quare † si quis de domo loquatur, aut insula, de toto, non de parte locutus intel- 1 2 3

intelligetur [a]. Quapropter, si testes actoris fundum ab eo possideri dicant, de integro accipiatur, nisi alij testes omnino prioribus æquales, idem de reo dicant: tunc enim vt à periurio soluantur, fiet interpretatio tam actorem, quàm reum eum fundum communiter pro indiuiso possidere [b]: atque id plerique omnes tra-
4 didêre. Sane hinc colligitur, de parte ad totum * valere argumentum [c]: quod verum est, nisi alia ratio sit in
5 toto, quàm in parte. Pars autem † tripliciter accipitur: quædam numeralis, alia integralis, alia quota. Exempli causa, tres arithmetica pars est nouem [d]: vsusfru-
6 ctus pars * integralis dominij est, sicut paries, domus: at triens, quadrans, semis, quota pars est assis. Perci-
7 pitur etiam alia hinc regula, nimirum idem † pollere generalem enumerationem, quòd particularem omniũ specierum [e]: quod ita intelligimus, dum sub generali sermone ea non accipiamus, quorum specialem mentionem fieri opus est [f]: etenim dubium non est de generali sermone multa accipi variis ex rationibus [g], quas hîc referre nimiæ curiositatis esset.

a l. Titia. §. j. de leg. ij.

b l. si duo. v. ti posśid.

c l. quæ de tota. de rei vendic.

d Bartol. l. si mater. §. si inter. de excet. rei iud. *si quis iter.*

e l. omnes. C. de præscr. xxx. ann.

f l. quod trãslationem. de offic. leg.

g Rom. §. de viro. l. si verò. sol. matr.

SVMMÆ.

1 *Fructus in restitutione intelligi.*
2 *Rectè, variè accipi.* 6. 7.
4 *Cognitio, an rectè ad omnia pertineat.*

LEX LXXIII.

1 HÆC VERBA. Restituendi † verbum ad fructus quoque pertinere, suprà ostensum est: quare cùm *in l. restituere.* Iurisconsultus in hac stipulatione, eam rem rectè restitui, fructus contineri, propter dictionem, rectè, sentiat, videtur in stipulationibus id verbum simpliciter positum fructus non comprendere [h], quod Iacobus & Oldradus sentiunt. Sed ita generaliter suprà sequutus non sum: quamuis enim ex huiusmodi contractus forma fructus debeantur, verbũ tamen rectè non parui momenti est, cùm deberi eos arbitrio boni viri o-
2 stendat. Sanè † hinc probatur dictionem hanc, rectè, ad
3 iustitiam causæ referri, sicut ritè * ad ritum, id est, so-
4 lennitatem [i]. Atque † hinc aliqui existimauerunt, si iu-

h l. in condemnatione. §. j. infrà titul. j.

i Bar. l. lecta. si cert. pet.

dici demandatum sit, vt cognoscat, an Titius rectè captus sit, non posse eum discernere, an feriato licitóve tempore sit captus, sed an iusta causa subesset, propter quam capi debuerit. Quæ decisio prudentibus viris meritò displicet: demãdantis enim mens fuit, omnem omnino quęstionem committere. Et Iurisconsulti differentia hac nimis subtili abutuntur, & doctissimi grãmaticorum aliter tradiderunt. Varro* ritè à ritu, nam 5
quod secundùm ritus fit, id ratum & rectum est. Priscianus: Ritè pro rectè, * quia nihil traditur ritibus, ni 6
si quod rectum esse credatur. Donatus: Rectè dicitur, * quod nullo vitio verborũ dicitur. Verè, ad rei seu sen 7
tentiæ veritatem refertur: hinc Terentius in Adelphis, Rectè & verè dicis.

SVMMÆ.

1 *Anuli signatorij vsus.*

2 *Anulum signatorium ornamentũ non contineri.*

LEX LXXIIII.

Signatorivs. Signatorius † anulus est, qui cha- 1
ractera, id est, sculpturam habeat, quo vtimur, vt signum imprimamus [a]. Erat autem id genus anuli plurimo in vsu apud antiquos: nam propter multitudinem seruitiorum reclusa omnia, obsignatáque à dominis tenebantur, sicque à rapina (vt Plinius inquit) vendi-
cabantur. Cùm ergo † huiusmodi non ornamenti cau- 2
sa, sed custodiæ principaliter fierent, meritò appellatione ornamentorum non continebantur [b]: quod maximè in his procedit, qui leuis pretij essent, vtpote aureos quinque non excedentes, & ita iure cautum est [c].
Sed † hanc ego summam hodie leuem non arbitror, íd- 3
que propter nostrorum temporum paupertatem: nam constat veteres Romanos fuisse ditissimos.

a l. ad testam. §. penult. de testam.

b l. argumento. §. ornamenta. de auro leg.

c l. diuus. de bon. damna.

SVMMÆ.

1 *Restituere verbi acceptio multiplex. 3.*

LEX LXXV.

Restitvere. Restituere, † est retrò statuere, id 1
est, in eum casum rem cõstituere, in quem fuisset, si ni-

si nihil aduersus quod facienda esset restitutio euenisset: de quo verbo latiùs suprà attigimus. Genera- *in l. restituere.*
2 lius † autem est, quàm reddendi: reddit enim qui retrò dat, id est, transfert dominium: at restituere e-
3 tiam ad facta pertinet. Propriè * autem restituere dicimur, quod accepimus. Quapropter, si lex dicat, soluto matrimonio, maritum tertiam partem dotis restituere debere, reliquam lucrari, de dote data intelligetur, non de promissa [a]. Sed id ego non probo, cùm nulla ratio sit, cur promissam minus lucrari debeat,
4 quàm datam: & restituere satis dicitur [b], qui * actionem remisit, rémque in eum casum constituit, ac si promissa non esset: atque ita Salicet [c]. censet, nec omisit Iason [d].

a Ang. cons. clviii.
b infrà l. seq
c Salic. l. si constante. C de don. antè nupt.
d Ias. rubr. sol. matr.

SVMMÆ.

1 *Dare variè accipi.*
3 *Remittens dat, ex causis, contrà.* 5.
4 *Remissio ex causa insinuanda.*

LEX LXXVI.

1 DE DISSE. Quamuis † verbum dare propriè de eo intelligatur, qui per traditionem dominium transfert [e], tamen interpretatione legis etiam qui
2 permutat, * vel compensat, dare dicitur [f]. Vnde homo liber sciens qui tanquam seruus veneat, emptori tenetur, non solùm in eo, quod datum est [g], vt verba legis indicant, sed etiam quod ea causa permutatum vel
3 compensatum fuit. Nam & qui * remittit, seu accepto fert, dare dicitur [h]: æquiparántque Iurisconsulti dantem accepto ferenti: quod procedit etiam in conditionibus, quæ ad amussim implendæ sunt [i]: & quàuis ex vi sermonis qui remittit, non det, cùm tamen verba omnino non repugnent, propter effectum lex
4 dedisse interpretatur [k]: qua † ratione remissio, quæ vltra quingentos aureos transfert, insinuatione indi-
5 get [l], idque cōmuniter approbatur. Quandoq; † tamen non fit huiusmodi interpretatio, vt cùm per remissionem, nihil iuris, seu commodi acquiritur [m]: vel aliam ob causam quis remittit, quàm vt donet: vel cùm

e l. vbi. in ff. de ver. obli.
f l. si ei nup. de iur. dot.
g l. in tātum. de lib. caus.
h l. si mulier. de cond. cau. dat.
i l. si fundū. §. Titio. de leg. i.
k l. Iulianus. de cond. &. demonstr.
l l. creditori. C. de pact.
m Abbas. c. veniens. extra de test.

a Paul l. contra. §. j. de pac. b Bar. l. actione. C. de trã. c glo. c. statutum. §. notanũ. de rescr. in vj. d Barto. l. si duo. in fi. de ver. oblig. e l. si sponsalibus. §. j. de iur. dot.

debitum quod remittitur, liquidò non apparet [a]: id enim facto magis, quàm rationi accedit: nam & quãdoque donare licet [b], remittere non licet, vt quia lex extorqueri remissionem præsumat: quia faciliùs inducitur quisque, vt remittat quàm vt det [c], quod & Bartolus annotauit [d]. Sanè cùm pecunia solutioni præparata est, remissio alia quoque ratione vim dationis habet, quòd videlicet lex restitutam fingit, & incontinenti rursus datam [e].

SVMMÆ.

1 *Reditui omnem vtilitatem inesse.*
2 *Frugum genera, acceptióque multiplex,*
3 *Frumentum in genere, speciéque sumi.*
5 *Siliqua, vox variè accipitur.*
6 *Sicilici pondus.*
7 *Siclus.*

LEX LXXVII.

f Card. clem. j de ex. prælator.

FRVGEM. Reditus † nomen generale est sicuti prouentus [f], sed obuentiones: comprendit autem omnia iura seu vtilitates, quæ percipi possunt: quam significationem etiam frugem habere aliqui dixerunt. Contrà Iulianus, qui fruges esse, quibus homo vescatur censuit, præter carnes, & poma: quæ sententia verior est, atque ita vsus obtinet. Vnde & Plin. duplex frugum genus † agnoscit, quod aristam habeat, vt frumenta, & quod siliquam, vt legumina. Antiquiores tamen latiùs accepêre, vt fruges sint, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus: qua ratione idem Plin. frugiferas arbores omnes appellat, quæ fructiferæ sunt, oliuam, pyrum, pomum. Dicuntur enim fruges à fruendo, vt Varro: vel à frumine, quod summa pars gulę est, per quam cibus in ventrem demittitur, vt Donatus, & Seruius existimarunt. 1 2

FRVMENTVM. Aristam † habent triticum, auena, hordeum, siligo, Laconica. Siliquam, id est, folliculum, omnia legumina. sisama verò & papauer vasculis continentur: at milium, & panicum nullis defenduntur integumentis, ob ídque sunt paruarum volu- 3

volucrum iniuriæ exposita. Sanè quamuis frumen-
4 ti † appellatio amplior sit, tamen κατ' ἐξοχὴν de tritico
intelligimus: atque hoc communis loquendi vsus
in Italia obseruat, & ita etiam Iacobus & Bartolus
existimauêre.

5 SILIQVA. Id est † membranula, seu folliculo. Si-
gnificat etiam fructum arboris dulcis, longum, & co-
loris atri, cuius Plin. quoque meminit: & Horat. Vi-
uit siliquis & pane secundo. L. Columella fœnum græ-
cum sic appellari quoque censet. Capitur etiam in iure
alio significatu [a], nimirum pro certo pondere: nam a Auth. sed
quatuor grana siliquam pendunt [b], hoc est, quod Græ- hodie. C. de
ci vocant ceration. Aurifices nostri corrupto sermo- episc. & cle.
ne caracton. est autem LXXIIII. pars solidi, & XVIII. b Auth. ad
drachmæ. Theodosiani codicis interpres, Centesima, hæc. C. de
inquit, vsura est, qua in anno tres siliquas pro solido vsur.
6 habemus. Sicilicus † verò duplici drachma constat [c], c l. liberto. §.
quo fit, vt quarta pars sit vnciæ: licet plerique ine- filium. de
mendati codices pro sicilico siliquã scriptum habeant. ann. legat.
7 Est † & Siclus apud Hebræos maioris ponderis: sic
enim ipsi stateram, id est semunciam appellant: in
quem sensum videtur etiam L. Columellæ capi, &
Græcis quibusdam auctoribus.

PVTAVIT. Et malè: colligitur autem hinc, lega-
8 to * frumento, vel frugibus, etiam contineri quod
adhuc in agro, in arista, vel siliqua est.

SVMMÆ.

1 *Possessione immobilium proprietatem contineri.*
2 *Possessionem in dispositione de proprietate intelligi, ex causis contrà. 3.*

LEX LXXVIII.

1 INTERDVM. Non solùm † apud Iurisconsultos
& in constitutionibus [d], possessio pro proprietate d l. fin. C. de
ipsa seu prædio capitur, sed etiam apud alios auctores. præ. mino. l.
Vnde possessiones vrbanæ & rusticæ Ciceroni in Phi- cùm res. C.
lippic. Et idem in Paradoxis, Callidi, inquit, æstimato- de contrah.
res prata & areas magni æstimant, quòd ei generi pos- empt.
2 sessionum à nemine noceri potest. Meritò igitur † si
quis dicit se possessiones suas legare, vel donare, vel

aliter alienare, de ipsa proprietate intelligimus: nec enim de nuda possessione actum videtur cum ea non soleat à proprietate his verbis separari: alioquin vsum quis vel vsumfructum legaret, non possessionem [a]. Ad res tamen mobiles hoc legatum non extendetur: quoniam communis loquendi vsus repugnat, vt proprietatem mobiliũ possessionis nomine designemus: tametsi dubium non sit etiam propriè mobilia possideri [b]. Ad hanc rem pertinent, quæ Festus quoque scribit: Possessiones appellantur * agri latè patentes, publici, priuatíque: quia non mancipatione, sed vsu tenebantur, & vt quisque occupauerat, possidebat. 3 4

a Bar. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij.
b Iaf. l. j. de acq. poss. in prin.

SVMMÆ.

1 *Impensas necessarias variè accipi.*
2 *Impensarum necessariarum genera.*
3 *Impensæ necessariæ deducendæ: quandoque contrà.*
4 *Impensarum vtilium effectus.*
5 *Impensæ vtiles non deduci ex causis diuersum.*
6 *Possessorum bonæ & malæ fidei discrimen.*
7 *Horrei impensas ex re æstimari.*
9 *Voluptarias non deduci: auferri separabiles.*

LEX LXXIX.

IMPENSAE. Necessariæ † impensæ dicuntur, quæ impendendi necessitatem habent, ne res vel pereat, vel deterior fiat: sed & quæ ex consuetudine regionis sine dedecore omitti non possunt. Harum † plura exempla in iure habẽtur, vt si quis aggeres coercendo torrenti faciat, in demortuarum locum alias arbores surroget, ædificium ruens instauret. Sed quid, si iam ea sit dirutum sit, vt quia ab igne correptum, vel vi bellica? Et aliqui scribunt esse necessariam impensam: quibus assentio, si ad villæ necessitatem ille locus pertinebat. Quid enim, si casa agrestis non necessaria vtilitati prædij esset? Sanè has † impensas & maritus deducit, & quilibet bonæ fidei possessor, itémque malæ [c]: nisi sint impensæ, quæ rei vtilitaté perpetuam non respiciant, sed solummodò impendentis pro tempore commodum [d]: tũc enim nemo deducit, sed fructibus imputat. 1 2 3

VTILES. Impensæ † quæ rem meliorem faciunt, 4

c l. domum. C. de rei vẽ.
d l. iij. & seq. suprà de impens. in reb. dot.

vtar-

Vt arbusti pastinatio, doctrina puerorum, stercoratio,
nouelletum, pistrinum, horreúmque adiectitium, &
his similia. Est autem arbustum, locus quo certo or-
dine arbores vitium causa plantantur: hæ sunt, popu-
lus, vlmus attinia, ornus. Debet autem saltem bis in
anno pastinari, id est pastino, quod ferramētum bifur-
cū est, fodi: huiusmodique impensa necessaria est: quòd
si tertiò quoque fodiatur, erit vtilis: atque ita M. Co-
lumella lib. IIII. capit. XXVIII. præcipit. Has vtiles im-
5 pensas maritus † non consequitur [a], nisi volente vxo-
re, fecerit, aut mulier eas commodè restituere possit
aliunde, quàm ex fundo dotali: satísque est soluendo
eam esse, vel tempore quo impensæ fiunt, vel quo repe
tuntur [b]. In cæteris verò bonæ fidei possessoribus, qua-
tenus dominus est locupletior, eatenus deducuntur,
tanquàm eorum negotium vtiliter sit gestum, ídq; nisi
dominus ipse non fuisset eas facturus [c]. Quid enim, si
pauper erat qui de re qualis qualis fuisset erat vsurus?
nec curaret pretiosiorem facere, vt qui venalem eam
non haberet? Permittetur tamen possessori hoc casu de
impenso id tollere [d], quod sine detrimento domini po-
test, sibíque vtile futurum sit. Idémque in malæ fidei
6 possessore [e]: sed in hoc differentia est, quòd prædo si
impensa † quam vtiliter vel etiam necessariò effudit,
euanescat, vt quia res perimatur, nihil deducit [f]: quod
in bonæ fidei possessore aliter obseruatur, præterquàm
cùm rei vendicatione agit [g]. Sed & si ædificiū aliquod
à fundamentis construat, sciens se in alieno ædificare,
videtur domino donare [h], & nil repetit, nisi tanquam
negotiorū gestor fecerit [i], vel dominus is sit, in cuius
persona consistere donatio nequeat, vt cùm vir in he-
reditario vxoris fundo ædificat [k].
7 Horreum. Meritò addita est dictio † plerunque:
nam si magnus fundus est, & frugum ferax, & plurima
familia colatur, & pistrini, & horrei impensa necessaria
est [l]: si verò modicus fundus sit, pistrinum & horreum
ad vtilitatem solùm pertinet: quia locari potest.
8 Volvptariae. Ad * ornamentum solùm per-
tinent [m], præterquam in re promercali. Quapropter
in prædio vrbano, si maritus cœnaculi, quæ locari

a l. j. §. sed nec. C. de rei vxor. act.
b Din. l. j. suprà de imp.
c l. si autem in fin. de rei ven.
d l. in fundo. suprà de rei ven.
e d. l. domū.
f l. planè. de petit. hered.
g l. vtique. suprà de rei ven.
h §. ex diuerso. inst. de rer. diuis.
i d. l. domum.
k arg. l. in voluptariis. suprà de impens.
l d. l. §. j. de imp.
m l. quod si her. de impen.

solent, picturis exornet, pictura erit vtilis, non simpliciter voluptaria: tanto enim pluris cœnaculum locabitur, quia ornatius. Has impensas † nisi dominus ipse fa- 9
cturus fuisset, nec maritus, nec bonæ fidei possessor deducit[a]: licitum tamē ei est auferre, quod commodè separari potest. In malæ verò fidei possessore distinguimus, vt si impensa in re facta sit, quæ separationem sui natura non admittat, videatur donasse[b]: at si aliquo casu separentur, auferre tamen ei nihil liceat: si verò sui natura res sit separabilis, licitum est ei auferre: nec enim donasse videtur[c], quod auferre potest, & ita ipse extrico, licet alij differentiam in modo agendi constituant[d].

a l. pro volúntariis. eo. tit.
b d. §. ex diuerso.
c l. vtiles. supra de petit. heredi.
d Barto. d. l. in fundo.

INCRVSTATIONES. Tectoria sunt parietum, ex crustis marmoreis.

LORICATIONES. Sunt superficies integendi causa, quæ ad pauimenta maximè pertinent, fiúntque ex calce & arena: qua de re Vitruuius lib. VII. plura. Est & lorica quæ vallis castrorum, vel podiis apponebatur alio significatu.

SVMMÆ.

1 *Legem xij. Tabul. explicari.*

4 *Generali inesse specialia: quandoque contrà.*

LEX LXXX.

IN GENERALI. Verba † legis xij tab. erant[e]: vti quis 1
legassit rei suæ ita ius esto. Quibus verbis generaliter tributa est potestas legatariis, legata sua petendi. Sed an idem sit in his, quibus libertas testamento legata est? & ex verbis videretur non esse idem: qui enim libertatem legat, rem suam non legat, quippe libertas
in *bonis testatoris nō est: & id neque verè, neque (vt 2
Bartolus inquit[f]) causatiuè: sed tamen ex mente legis idem dicendum est. Accurs. hîc verbum petitione, intelligit pro repetitione, quod mihi non placet, quam-
uis in iure verum sit, sub generali repetitione* legato 3
rum in substitutione facta, etiam libertates cōtineri[g]. Quæ res argumento est, † generali in dispositione etiā ea intelligi, quæ speciali priuilegio insignita sunt, vt libertates, dotes, testamēta militū, & similia[h]. Quod verum,

e l. verbis. infrà eod.
f Bart. l. j. de lega. j.
g l. cū in substitutione. de legat. iii.
h l. i. fraudē. in fi. de test.

verum, niſi priuilegium illud tolleretur: non enim veriſimile eſt generalibus verbis voluiſſe legiſlatorē corrigere ea, quæ fauore ſpecialis cauſæ indulta ſunt: vt hac in re ridiculi ſint, qui contraria prodiderunt[a].

a l. j. iij. not. ſolut. matri.

SVMMÆ.

1 *Pratoris de facto reſtituendo edict.*
2 *Reſtituendum damnum, lucrúmque. 3.*
5 *L. Cùm prator. explicatur.*
7 *Lucrum in emptione venire.*

LEX LXXXI.

1 Cvm praetor. In † interdictis (inquit prætor) quod vi aut clam factum eſt, reſtituas: item., quod quis ſpreta nuntiatione noui operis fecit, reſtituat, &
2 id genus ſimilia. Explicat † Iuriſconſultus quid reſtituendum ſit, & non ſolùm opus[b], ſed etiam omne damnum reſarciendum eſſe teſtatur: hanc enim eſſe vim huius verbi reſtitutionis[c]. Sed dubium eſt, cùm hîc dicitur damnum reſtitui, an etiā ratio lucri ceſſantis habenda ſit. Et extat reſponſum apud Baldum[d] in ſimili ſpecie, eius, qui conuenerat damnum reſtituere: exiſtimat enim huius lucri rationem non habendam: aliud
3 eſt enim damnum, * aliud ceſſatio lucri. Sed hæc † ſen-
4 tentia hoc reſponſo confutatur, quo omnem vtilitatē reſarciendam ei eſſe teſtatum eſt, cui damnum debet
5 reſtitui. Itaque ego hæc verba † ſecundum legis diſpoſitionem interpretor, vt in caſibus, in quibus de iure ceſſantis lucri ratio habetur, qui damnum reſtituere promittit, etiam ad id lucrū teneatur. Regulariter au-
6 tem traditur, lucri * quod quis veriſimiliter feciſſet, rationem habēdam, præterquam ſi cum alterius iniuria
7 lucrum illud acquireretur[e]. Idem † in emptionis cōtractu ſeruatur[f]: cùm enim emptor, ſi pecuniam non det, in legitimis ſolùm vſuris condemnetur, non fuit æquum, vt venditor, ſi rem non tradat, grauiùs puniretur, ceſſantiſque lucri rationem reſolueret.

b l. ſemper. §. in hoc. ſuprà quod vi.
c l. antep. §. ſiue. ſupra de oper. no. nū.
d Bald. conſ. clij. in j.
e l. ſi is cui. de furt.
f l. ſi ſterilis. §. cū perven. de act. empt.

SVMMÆ.

1 *Amplius, variè accipi. 3.*
2 *Reſtituat totum ſupra legem capiens.*

4 *Damnantis pluris iusto pœna.*
5 *Amplius repetit, sed variè.*

LEX LXXXII.

VERBVM AMPLIVS. Amplius † & minus, com- 1
paratiua quamuis sint, tamen ex subiecto argumē
to vim comparationis quādoque amittunt[a], ponitúr-
que ampliùs pro toto, minùs pro nihilo: verbi gratia:
Quis promisit se restituturum, si † quid legatorum 2
nomine ceperit amplius, quàm per legem Falcidiam li-
ceat: emergit ingens æs alienum, per quod legata om-
nium extinguuntur[b], certè totum restituere debebit,
† licet ea dictio ex proprietate sermonis partem tan 3
tùm comprenderet. Finge † cōstitutum esse, vt si præ- 4
tor aliquem condénauerit, ampliùs quàm debeat[c], ipse
certa pœna adficiatur: quamuis in tota summa quis in-
debitè fuerit damnatus, prætor verbis legis punietur.
Illud † non prætereundum, hanc dictionem, si prono- 5
men illi addatur, rerum repetitionem facere[d]: veluti
cùm dicitur, hoc amplius, vel eo amplius, vel amplius
quàm talem rem. Si verò simpliciter adponitur, actum
legandi solùm repetere, nō ipsam rem[e]: & ita frequen-
tiùs traditur. Cæterùm & minus aduerbium, positiuo
* adiunctum contrariæ significationis comparatiuum 6
demōstrat: vt, minus stultus, id est, prudentior. Teren-
tius in Eunucho: Hoc nemo fuit minus ineptus, id est, 7
aptior, vt Priscianus interpretatur.

a l. minus. su prà eod.
b l. j. §. hæc verba. si cui plus, quàm per leg.
c Bartol. l. si seruus. §. si ita, de lega, j.
d l. si sic. de legat. iij.
e d. §. si ita.

SVMMÆ.

1 *Legis, Propriè. sensus.*
2 *Bona, incommoda non dici, quandoque contrà.*
4 *Legatum ob aliud, nisi sit pium, non defalcari.*

LEX LXXXIII.

PROPRIE. Cùm † superiùs dictum sit, bona intelli- 1
gi ære alieno deducto, ostendit hic generaliter Iu-
risconsultus, qualecunque incommodum sit, etiam si
aliud quàm æs alienum, eius respectu propriè bona
non dici. Quotiescunque ergo † alicui sunt prædia ma- 2
ioris incommodi, quàm vtilitatis, is bona ea rectè nō
appellauit: & ideo permittitur ecclesiæ sine aliqua so-
lennitate huiusmodi prædia alienare[f], tanquā bona nō
sint:

in l. subsignatum. §. bona. s. eod.
f §. penul. in auth. de non alien.

sint: quod & in minore plerique senserunt[a]. Quãdoq; a l. ij. supra de offic. eius.
3 tamen appellatione bonorum etiam æs alienum* com
prendatur, itémque ea, in quibus plus incommodi est,
4 vt in bonorum possessione. Sed quid in† legatis? pone
eum qui L X. habet, aliis X X X. mihi tertiam partem bo
norum legasse, X X. ne, an X. consequar? & X X. me cõ-
sequi, nec quæ aliis legata sunt, deduci Bartolus cen-
suit[b], quamuis enim deducto ære alieno bona intelligũ- b in l. si quis
5 tur, quæ tamen legata aliis sunt, æs alienum* ipsius te- seruum. §. fi.
statis non erant: quòd si ea huiusmodi fuissent, vt in de legat. ij.
illis lex falcidia locum non haberet, qualia sunt quæ ad
pias causas trãsferuntur[c], de mea solùm portione fiet c Auth. simi-
deductio: vnde in proposita specie cæteris legatariis liter. C. ad l.
XXX. mihi decem, heredi XX. relinquentur, & ita pleriq; falcid.
tradiderunt.

SVMMÆ.

1 *Filij etymon varium.*

2 *Filio nepotes, non nisi ex causis contineri. 5.*

LEX LXXXIIII.

1 FILII. Filium † plerique ab amore dictum volunt,
quasi φίλιον, sed syllaba refragatur. Ipse magis à Græ
co sermone υἱὸς dictum arbitror, addito ex more Aeo-
lico digammate Fυιὸς. sicuti Fελένην ἑλένην dixerũt. Aeo-
lico autem sermoni nostrũ simillimum esse Fab. Quin-
tilian. tradit. Prior tamen deriuatio à cæteris appro-
batur, atque hanc esse rationem existimant, quòd etiã
nepotes filij dicuntur, cùm & in illis sit mutuus aui
2 amor. Ipse † ex sermonis proprietate appellatione filij d l. quod si
nepotem contineri non arbitror[d], sed ex interpreta- nepotes. de
tione, quæ in dispositione legis generaliter procedit[e], test. tut.
& id etiam in odiosis, nisi ratio diuersa aliud suadeat. e l. filius. ad
3 Ecce, miles à tutela præterquam filii cõmilitonis* ex- Maced. l. se-
cusationẽ habet, quid si sit nepos? certè in eo est diuer- natus. de rit.
sa ratio: quia pater non militauit, licet auus fuerit mi- nupt. l. ij. §.
les[f]. Rursus filii* fideicommisso grauati tametsi volẽ- si mater. ff. ad
4 te testatore fructus in rationem quartæ nõ imputãt[g], Tertul.
quod in solatium grauaminis lex illis specialiter indul f l. sed & mi-
sit, ergo ad alios trahendũ non est. At in dispositione lites de excu
hominis, qui de filio loquitur, de nepote nõ intellige- sat. tut.
g l. Iubemus. C. ad Treb.

tur[a]: nec enim † in eiusmodi materia sit extensio, nisi 5
alicunde de mente coniiciamus[b], vt cùm alioquin du-
ra separatio induceretur[c], vel extranei suis præponerẽ-
tur, vel vsus testatoris hoc suaderet[d]. Idem si natura
contractus, vt cùm cliens beneficiarium fundum pro
se & filiis accipit[e]: natura enim huius contractus est,
vt in nepotes transmittatur.

SVMMÆ.

2 Collegiorũ genera: quorum quædã vetita, permissa alia. 4 5.
7 Collegium in dubio recipiendum.
8 Collegium non, nisi ob fructus augeri.

LEX LXXXV.

NERATIVS. Fuerunt fortasse, qui crederẽt duobus
constare collegium: quandoquidẽ & collegæ * di- 1
cantur, duo ad idem officiũ electi. Neratius tamen tres
mauult, cuius sententiam tanquam probabiliorẽ Mar-
cellus probat. Cùm enim collegium sit vniuersitatis no-
mẽ, aliquid vltra dualem numerũ requirit. Sunt † autẽ 2
varia collegia, sicut fabrorũ, qui arcẽdis incẽdiis īstitu-
ti sunt: dendrophororum, qui arbores cædũt, & tor-
rẽt: centonariorum, qui vilia artificia exercent, quorũ
artificum quamplures alibi nominantur[f]: qui quòd
tenuiores sint, * possunt se collegiis congregare, & sti- 3
pem cõferre. Permissa etiam sunt † mastigophororum, 4
quos disciplinatos vocãt, collegia, quòd rei sacræ cau-
sa conueniant: ea & scholæ, & confratriæ appellãtur,
† quippe varia sunt nomina, collegium, corpus, mili- 5
tia, commilitium, societas, thiasus, ordo, conuenticu-
lum, sodalitium, quæ eãdem fere vniuersitatem signi-
ficant. Sunt autem iure quæcunque collegia prohibita,
nisi permissa expresse reperiantur: habuere enim ma-
iores nostri ea suspecta, nec multitudinem * coire sine 6
legitimo rectore voluerunt: nam vidimus plerunque
etiam sub sacri conuentus prætextu, multa improbos
aduersus pudicitiam & leges moliri, quod T. Liuius li-
bro xxxix. eleganter prosequitur. Extat etiam hac de
re Traiani Impe. rescriptum ad C. Cæcilium Plinium.
Sanè quod de collegio hîc traditur, de familia quoque
dici suprà vidimus[g]. Vbicunque † autem dubitatur, 7
aliquis

a §. si institu. qui dar. tut.
b l. liberorũ. infra eodem.
c l. Lucius. de here. inst.
d l. alimenta. de alim. leg.
e Ias. §. institu[...]. in l. Gallus.
f l. fin. de iu. immu. & l. j. de excus. artif. C.
g l. detestatio. §. fin. hoc tit.

aliquis in collegium admittendus ſit, an id minùs, pro admiſſione pronuntiandum Baldus[a] reſpõdit: id enim eſſe fauorabilius. Sed finge ſcholares, ſeu collegas certæ eccleſiæ neminem aliquo defuncto ſubrogare, vt quo pauciores ſunt, eò tutiùs in ſuos vſus reditus pios vertant, quomodo prouidebitur? Et † puto ſi non minori

8 tant, quomodo prouidebitur? Et † puto ſi non minori quàm trium numero ſint, non poſſe cogi vt alios ſubſtituant, vel eligant, & id huius reſponſi argumento, niſi tam ampli ſint reditus, vt rectè adminiſtrari à tam

9 paucis nequeant. Illud conſtat, negligentes,* vel fures, ab epiſcopo amoueri poſſe[b].

a Bal. conſi. lxxxiij. ĩ ij.

b l. nulli. vbi Bal. C. de epiſco. & cler.

SVMMÆ.

1 *Seruitutes rerum, iura.*
2 *L. Quid aliud, enucleari, & emendari.*
4 *Seruitutem variè definiri, & accipi. 5.*
6 *Prædij ius etiam de reditu eius accipi.*

LEX LXXXVI.

1 QVID ALIVD. Iura † prædiorum ſeruitutes eſſe, ſiue de ruſticis, ſiue de vrbanis loquamur, dubium
2 non eſt. Sed † Iuriſconſultus hîc interpretatur clauſulam, quæ in inſtrumentis apponi conſueuit, cùm quis prædia cum iuribus ſuis reſtituere promittit: intelligitur enim, vt eius æqualitatis reddat, cuius acceperit, eiuſdem, ſcilicet, bonitatis, ſalubritatis, amplitudinis. Quapropter legendum hic eſt, æqualiter, non autem, qualiter. nam ratio ſenſus, & recti ſermonis non conſtaret. Illud tamen non negauerim, ſeruitutes ipſas
3 * qualitatem prædiorum, non autem ſubſtantiã reſpicere[c]: quapropter eas ſic deſcripſit Baldus[d]: vt ſeruitus
4 † ſit accidentalis habitudo & extrinſeca qualitas prædij. Bart. verò ſubtiliùs definiuit[e]. Seruitus eſt quoddã ius prædio inhærens, quod eius vtilitatem reſpicit, vi
5 cini diminuit. Planè hoc † in reſponſo, ius pro qualitate rei inhærente ponitur, ſicut & alibi pro commoditate[f]. Sed & pro nuda facultate plerũque vſurpatur: vt ſi dicam, Ius mihi eſt per viam publicam eundi: vel filiusfa. ſeu ſeruus adeundi ius habet: fit enim interpretatio, ius adeũdi, id eſt, facultatem, vt Aretinus ſenſit[g].

c l. penul. de e. ic.

d Bal. auth. ei qui. C. de bo. aut. iudi.

e Bart. l. j. de ſerui.

f l. quod dicimus. infrà eod.

g Are. l. legarũ. de leg. 1.

Sanè Alexander cum, cui ex iuribus prædiorum quicquid vellet alienare, concessum erat, posse reditus ex fructibus perceptos distrahere, huius legis argumento respondit[a].

a Consil xv. in ij.

SVMMÆ.

1 *Vrbis etymon.*
2 *Vrbs sacra: versus.3.*
5 *Loquendi vsum ex personis accipi.*

LEX LXXXVII.

VT ALPHENVS. Quoniam † vrbs ab vrbo parte 1
aratri dicitur, quo solebant in condendis ciuitatibus maiores vti, sicque muros definiebat, meritò vrbs solùm dicitur, quod muro tenus ambitur. Roma verò etiam continentia vrbi ædificia significat, quod suprà latiùs attigimus[b]. Sanè cùm † vrbem sacram appella- 2
mus, sunt qui Hierosolymitanã accipiant, vt Baldus[c].
Ego † Romam potiùs intellexerim, sicut & cùm æternã 3
dicimus[d]: Ausonius:

Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino.

Vt mirum sit, quòd literatores quidam ibi legũt, Hectoreæ. Ostẽdit & id varijs locis Ammianus. Cæterùm cùm Iurisconsultus consuetudinem loquendi in * testimonium adducat, hinc apparet secundùm com- 4
munem vsum verba potiùs accipi, quàm secundũ proprietatis originem: quod etiam in pœnalibus & odiosis receptum est. Sed hæc † ita plerique declarant, vt 5
in dispositionibus peritorum, eorum vsus attẽdatur[e], sicut in idiotarum sermone, cõsuetudo imperitorum: quod non displicet. In dubio autem vnum eundémque vsum esse credemus, nec aliter loqui plebẽ, quàm patritios[f]. Sed & si cõstitutum sit, vt verba ad literam intelligantur, * vel propriè, tũc communem vsum im- 6
peritorum non attendemus, eruditorum verò obseruabimus[g]; quandoquidem consensus eruditorum (vt Fabius scribit) cuicunque proprietati præualet: penes enim eorum vsum arbitrium est, & ius & forma loquendi, Horatio autore in arte poetica. Probato † au- 7
tem vsu præsentis anni, non sequitur eundem retrò fuisse obseruatum: nisi ab eo tempore cœpisset: cuius

b l. ij. suprà eod.
c l. ij. C. de nau. fœno.
d l. j C. de suar. libr. xj.
e Bald. c. j. de suc. feud.
f l. si chorus. §. j. de legat. iij.
g Moder. in rubr. de ope. noui nunciа.

initij nulla esset memoria: quod enim tandiu viguit, semper fuisse obseruatum, etiam ante hominũ memoriam, creditur: idque plerique omnes scripsêre.

SVMMÆ.

1 *Aestimandi forma.5.*
2 *Numi causa.*
4 *Fideiussio alia à principali nulla.*
7 *Valor communis spectandus.*
9 *Pretij iusti modus.*

LEX LXXXVIII.

1 PRopemodvm. Quæcunque † res secundùm pecuniam æstimationem recipiunt, non autem pecu
2 nia* secundùm res; etenim iure gentium ea † de causa
3 signatus est numus, vt commercia rerum faciliùs celebrarentur, functionémque ex eo reciperent: quæ in rebus nõ est, vnde minùs in vsu cœpit esse permutatio[a].
4 Si igitur † tu decem debeas, & pro his decem ego fide mea totidem modios tritici esse iubeam[b], tanquam de alia re promiserim, fideiussio non valet: nec enim res pecuniæ loco succedit, sed pecunia quibusdam casibus loco rei[c]. Planè dubium est, cùm quis in censu habere dicatur, quantum pecuniæ ex bonis refici potest,
5 † quomodo ineunda sit ratio, an ducto valore secundùm communem æstimationem[d], an secundùm reditus, vt tanti res censeatur, quantum viginti annorum reditus conferunt[e], an quanti vendi potest: quod verius videtur, responsi enim huius verba hoc indicãt[f].
6 Cùm enim res in pecunia* functionem recipiant, tanti æstimari debent, quantum pecuniæ reperitur: nisi de rescissione propter læsionem agamus,[g] tunc enim is censetur læsus, qui à communi cursu aberrat. Sed
7 quoties rem æstimamus † eius respectu, qui eã acquisiuit, siue titulo hereditario, siue ex cõtractu, tãtum eũ adeptum dicemus, quantũ cõmuni æstimatione res vẽdi potest[h]: nec enim adfectiõis ipsius ratio est habẽda, nec etiã quid alius tũc sit oblaturus, cũ is qui eã est ade ptus, ne licitantis affectio deinde minuatur, nõ sit cõ

a l. j. de contra. emptio.
b l. si ita fide. de fidej.
c l. Imperator. in fin. de lega. ij.
d l. pretia. ad l. falcidiam.
e Auth. perpetua. C. de sac. sanct. eccle.
f l. mortis. iiij. in fin. suprà de dona. causa mort.
g l. ij. C. de rescin. vend.
h d. l. pretia.

pellendus eam quàm primùm vendere. Vnde summa ratio est, vt tali casu communem valorem potiùs æstimemus: in qua æstimatione redituũ quoque ratio habebitur[a] quod autem * communiter reperitur, id iustũ 8 pretium est, † vt pote quod ex valore rei, non ex affectu constituatur. Quapropter, cùm in lege iusti pretij fit mentio, de eo quod communiter perciperetur, intelligemus[b].

a gloss. in d. authen. perpetua.

b Alex. l. qui Romæ. §. coheredes. suprà de verb. oblig.

SVMMÆ.

1 *Iumentorum etymon varium.* 5.
2 *Boues iumentis non contineri.*

LEX LXXXIX.

BOVES. Veteres † à iungendo iumenta appellabãt, 1 quòd currui iungerentur: ea erãt equi, & muli: boues verò armenta* potiùs dicebantur, ab arando[c], vt 2 Varro inquit, quòd principalis eorum vsus is esset. Igitur † legatis iumentis,* non videtur de bobus actũ[d]: 3 & ædiles cùm de iumento mentionem fecêre, subdiderunt etiam de pecoribus[e], vt boues comprenderẽtur. 4 Lucius tamen Columella lib. vj. iumenta appellari credidit, quæ nostrum laborem vel onera subuectando, vel arando iuuarent. Sed aliter † Iurisconsulti sentiũt: 5 lege enim xij tabul. à iungendo, non à iuuando iumenta dicuntur, vt A. Gellius est autor. Videtur tamen nobis ex eruditorũ vsu Columellæ approbari sententia.

c l. seruis. de lega. iii.

d l. legatis. §. fi. de leg. iii.

e l. ædiles. §. iumẽtorum. de ædil. ed. ẽto.

SVMMÆ.

1 *Sermo, nisi neget, de primo actu accipiendus: quandoque diuersum.* 3. 6.
4 *Vxoris alimenta etiam secundæ, & vlteriori deberi.*
5 *Viduitatis casus multiplicabilis.*
8 *Reductio perpetua accipienda, non prima fraudulosa.*

§. HOC SERMONE. Hæc † dictio, dum, eam significa- 1 tionem habet quam donec, & quandiu. Vnde propriè hæc verba interpretantur, donec, seu quandiu erit nupta: referuntúrque (vt Pompo. ait) ad primas nuptias. Cuius rei rationem arbitror, quia eis dissolutis, verba cessant: amplius enim nupta nõ est: & quod semel definit, rursus non conualescit[f]. Communi tamen calculo aliter

f l. stipulatio de dote. suprà de iure dot.

aliter trahitur[a], videlicet regulam esse, vt sermo simpliciter prolatus, de primo tantùm actu intelligatur[b], eam nō procedere in sermone negatiuo[c], vt si testator
2 mandet ne filiæ* suæ mercatoribus nubāt: nam neque secundas nuptias cum eis cōtrahere poterunt[d]. Idém que in dispositione legis: nam si lex velit causas inter agnatos compromitti, compromittēdum semper erit, donec lis finiatur[e]. Sed & si prior actus sit nullus, de secundo, ita suadēte æquitate, intelligemus[f]. Quinetiam
3 † si materia sit fauorabilis, interpretatione eam adiuuabimus, vt sequentes quoque actus contineantur. Vnde
4 si vxori † suæ quis alimenta legauerit, etiam de secūda intelligetur. Et ex facto ita respondit Alexand.[g] Idem,
5 cum pater filiæ, † casu, quo vidua sit, habitationem domus relinquat: nā si tertiò & quartò vidua fiet, legatū consequetur: quoniam verba hæc generalia sunt & ad
6 rem natura sui multiplicabilem referuntur[h]. Sed † & generaliter ex subiecto argumento aliter interpretabimur: quid enim si natura rei interpretationē requirit? vt si vestitū testator vxori legauerit[i], vel princeps priuilegium aliquod mihi concedat: solent enim ea perpetua esse, non autē quàm primùm finiri[k]. Quid si ex primo actu menti disponentis non satisfiat? vt si pro-
7 curatorem ad * appellandum constituam[l], an à prima sententia solùm appellabitur? & non solùm vt à prima tantùm sed & ab vlterioribus appellet, cùm constitutum videri iure respōsūm est, & hæc quidem commu-
8 niter approbantur. Hincque † Othonis Magūtini * an-
9 tistitis fraus iniusta detegitur: is Alberto Francorum Comiti sub iurisiurandi fide persuasit, vt relicta inexpugnabili, quam insederat, arce secum ad regem, cuius filium occidisse insimulabatur, descēderet: se enim vel eum regi conciliaturū, vel sospitem in arcem reducturum: vixque egresso, tanquā melius esset priùs prandere, iussit vt reuerteretur: mox finito prandio, ad regem duxit captiuum, cúmque ad supplicium duceretur, antistitis periurium accusanti respondit, se datæ fidei satisfecisse, religionéque exolutum, cùm eum prādendi causa in arcem incolumem perduxit. Dignus perpetua nota sacerdos, qui pignorauerit fraude periu-

a Ias. l. diuortio. §. quod in anno. suprà solut. matrim.
b leg. dotis promissio. de iure dotium.
c l. si sic stipulat. suprà de verb. obl.
d Oldr. consil. xvi.
e Alexand. l. si cùm dotē. §. i. solu. matrimo.
f l. hæc conditio. infrà de condit. & demonstrat.
g cōs. clxxi. in ii. l. placet. suprà de lib. & posthum.
h But. consi. xxx.
i Bald. l. i. C. de fideicom.
k Felin. ca. ii. de treug.
l not. l. fideicommiss. §. si quis decem. de legat. iii.

rium astringi, non solui.

SVMMÆ.

1 *Rationes variæ censeri.*
4 *Argentariorum autoritas, & officium.*
5 *Argentariæ tractandæ modus hodiernus.*

§. Inter reddere. Edere, † est rationes* exhibe- 1
re[a], & copiam describendi facere. Reddere verò est cō- 2
putare,* & reliqua restituere[b], quòd si ad reliqua quis 3
non tenetur, nec quidē rationes reddere debet[c]. Hincque est quod vulgò dicimus, vbi duo propter vnū, ibi
vnum. Edere autem † tenentur argentarii, tanquam fi- 4
des eorum publicè approbata sit: habebant enim argētarii tabernas in foro, & priuatorum pecunias sub fœnore locabant, eligebanturque magnæ fidei homines, & eorum codicib. fides dabatur. Hodie † verò per chi- 5
rographa debitorum manu subscripta, & à proxeneta agnita res tractatur. at numularii & trapezitæ, & mēsarii, collectariique, inferioris gradus erant, nec tantæ autoritatis: quod etiam ex Plauto facile est dignoscere.

a l. j. suprà de edend.
b l. cùm seruus. de condi. & demon.
c l. qui libert. §. i. de euict.

SVMMÆ.

1 *Clausulæ vti optimus &c. effectus. 3.*
2 *Seruitutis non dictæ causa ex empto agi.*

LEX XC.

Qvi vti. Clausula † est in alienationibus rerum im- 1
mobilium poni solita, quum dicimus, nos prædiū vti optimum maximúmque est, tradere: quæ clausulā nihil de eius bonitate, amplitudinéque diminutum esse significat, & ideo liberum dari: quia si seruitutem aliquā deberet, de eius iure diceretur diminutū. Quāuis ergo hac clausula fundum liberum esse ostēdamus, non tamen ideo deberi illi aliquam seruitutem per vicinos pollicemur[d]. Sanè † qui fundum simpliciter ven- 2
dit, si seruitutem debeat, talem, qualis est præstare debet[e]: competit tamen emptori actio quāto minoris, si seruitutis ignarus rem emit[f]: poterit etiam ex empto agere[g]. Quòd si additum sit † optimum maximúm- 3
que

d l. pe. suprà de euiction.
e l. cùm venderes. de contrahē. empt.
f l. quoties. de ædil. edic.
g l. in venditio. de actio. emp.

quę vendi, tanquam fides seruata non sit, nec venditor parte sua adimpleuerit, posse etiam ad rescissionem contractus agi verius est. Sed & si vicinus seruitutem imponi aduersus emptorem obtinuerit, per actionem
4 *de euictione prouidebitur [a]: atque ita ego sentio, licet Accursius aliter, qui eo solùm casu talem, qualis est, fundum pręstandum credidit, cùm venditor expresse prædixit, se eum vti optimus maximus est nolle præstare [b]: quæ interpretatio Iurisconsulti verbis non quadrat.

a l. penul. de euict.

b d. l. cùm venderes.

SVMMÆ.

1 *Meum variè accipi. 3. 4. 5. 7.*
2 *Nomina, datis omnibus, data videri.*

LEX XCI.

1 MEORVM. Quoniam †meum dicitur id, quod vendicare possum [c], constétque actiones tanquam res incorporales non vendicari, videbatur hac appellatione eas non cõtineri, sed Iurisconsultus aliter censuit.
2 Qui ergo †omnia sua, vel omnes res suas donat, & nomina debitorum donasse intelligetur, & ita communiter traditum est [d]: idem enim est, siue omnia mea dixerim, siue addito vniuersali substantiuo, omnes res
3 meas, seu bona mea dicam. Sed †si generale substantiuum appositum proponatur, vt si quis dicat, argentũ meum, vestes meas, hæc pronomina ad dominium vel quasi dominium referentur [e]: nisi subiecta materia aliud velit, vt cùm seruo, vel monacho pecunia sua legatur, nec enim illi quicquam in dominio habere possunt [f]: vel cùm de famulis suis quis loquitur. nam si in dominio eos suo haberet, serui essent, non famuli. Sed
4 †& cùm colonus vineas suas, armiger (quem hippagiũ vocant) equos suos dicit, ratione curæ intelligitur, nõ
5 dominij [g]. Quoties † verò substantiuo particulari id pronominis iungitur, demonstrationem facit, pręter quam si futurum respiciat: vt cùm lego Stichum, qui meus erit, tunc conditionale legatum est [h]. Celebre est Biãtis illud dictũ, cùm patria sua capta, omnes cum rebus suis fugerẽt, ipse interrogatus, cur solus bona sua

c l. Quintus. § ... supra de aur. & argen.

d l. si legatus. §. si quis. l. nam quod. §. fi. ad Treb.

e l. seruos autem. de lega. iij.

f l. iiij. de manumiss.

g glo. l. ij. in princ. de ori. iur.

h l. iiij. de leg. i.

non asportaret: Ego, inquit, omnia mea mecum porto. Inde ostendens bona animi* propria & nostra esse, 6
non corporis. Scribit Philostratus, Cyrum Persarum regem cùm exercitum in Odrysios moueret, oraculū Orphei consuluisse, responsumque accepisse, τὰ ἐμὰ ὦ Κῦρε σά, id est, mea ô Cyre tua: quod ille interpretatus est, tanquam Odrysios, quibus Orpheus imperauit, subacturus: cùm ad genus mortis alluderet. Sicut enim Orpheus à mulieribus interfectus est, ita Cyrus à Massagetarum regina. Quibus † exemplis constat has di- 7
ctiones latissimæ significationis esse.

SVMMÆ.

1 *Superlatiui natura.*
2 *Proximum, primúmve, etiam vnum dici.*
3 *Primum etiam de duobus dici.*
5 *Tertius etiam secundus est.*

LEX XCII.

PROXIMVS. Superlatiuum † nomen est, & ideo ex 1
natura sua positiuum præsupponere deberet [a]: sicut optimus præsupponit cæterorum meliorem, & maximus ampliorem [b]: sed tamen in iure hoc non seruamus. Et cùm lex proximo † agnato hereditatem defe- 2
rat, si vnus solùm superfit, is proximus dicitur [c]. Quòd & de dictione primus, obseruandum est: vnde primogenitus dicetur, quem nemo sequitur, dum ante se neminem habeat [d]. Sed & lex, quæ primogenito regnum defert, in eo locum sibi vendicabit, cuius fratres maiores natu ante delatam hereditatem decessere: quod etiam approbat Baldus [e], quoties quis sibi & primogenito emphyteuticum ius acquirit [f]: satis est enim ne aliquem ante se habeat. Quod † & in pluribus re- 3
cipiendum est, vt duo eiusdem gradus, ambo ad successionem admittantur. Et si corona muralis ab Imperatore illi promissa sit, qui primus murum ascenderit, si duo eodem tempore ascenderint, vtrique sua debebitur: verum est enim eos primos, quos nemo antecessit: & ita obseruasse P. Scipionem autor T. Liuius est, libro xxvj. nec nostrates Doctores omnino

a l. vbi. de verb. oblig.
b l. illa verba. infrà eod.
c l. i. §. proximus. vnde co.
d ca. Ioseph. ex. 32. eod.
e Bald. l. si quis. §. tale. C. de secund. nupt.
f l. ii. C. de iur. emphyt.

omnino reclamant[a]. Et quod de proximo dictum est, eadem ratione in supremo receptum est, vt supremus
4 *dicatur, quē nemo sequitur: vt cùm prętor bonorum possessionem secundùm tabulas supremas pollicetur[b]: fitque hac ratione, vt si vnus superest, idem proximus & supremus sit. Quod adnotandum est, cùm quis ei, qui supremus morietur, substituit[c]. His consequens
5 est †quæstio, cùm filio testator substituit eum qui tunc secundogenitus erit filiorum sororis suæ, & defuncto primo, colligat secundus cum tertiogenito: putauerim enim tertium admitti, quia tunc is secundogenitus est filiorum sororis: & ita ex facto consultus respondi.

a l.qui filiabus §.i.de legat.i.

b l.i.§.i. de bonor.poss. sec.tab.

c l.qui duos. de reb.dub.

SVMMÆ.

1 *Mouentium mobiliúmque discrimen.*

2 *L. Mouentium. emendari.*

3 *Nomina, bonorum species: eodémque, quo actiones iure censeri.*

6 *Quæcunque, vocem impropriari.*

7 *Reditus variè & ex re censeri.*

8 *Iura ex re mobilia dici.*

LEX XCIII.

1 MOVENTIVM. Licet †mouentia actiuam significationem respiciant, sicut mobilia passiuam, tamen pro eodem accipiuntur, nisi aliter de mente constet: vt in edicto prætoris[d], in quo executionem rei iudicatæ non priùs fieri debere in mouentibus, vt equis, mulis, asinis, bobus, & similibus, ostenditur, quàm in mobilibus facta sit, dum tamen id debitori commo-
2 dius videatur. Dum †ergo hoc in responso legitur, si tamen apparet, castigatior lectio est, si non apparet, &
3 id etiam Latini sermonis ratio postulat. Sed an †nomina vel iura mobilium vel immobilium appellatione comprendentur? Et non comprendi certum est[e], separata quippe est species. Sed si sub altera prædictarum specierum hæc quoque collocandi est, vt quia constet de omnibus bonis actum, de eis iudicabimus, quod de actionibus: vt si rem mobilem petam, id nomen inter mobilia computetur: si rem immobilem, im-

d l.à diuo. §.ii.de re iud.

e l.quam Tuberonis. de peo.d.§.ii.

a Dinus l. post. supra de aut. tut.

b Rom. l. in tempus. in fi. de vsuc.

c Mode. l. v-nius. §. cognitorum. supra de quæst.

d Cle. exiui. de verb. sign.

e c. querelã. de elect.

f l. ii. C. quãdo & quib. quarta pars. lib. x.

g l. si chorus. de legat. iii.

ter immobilia. Et hoc Dinus probauit[a], quod ex vi sermonis nõ est, sed ex interpretatione legis: quoniã qui actionẽ* habet, rẽ ipsam habere videtur. Sed & si cõstitutione prohibitũ sit, quæcunq. bona, siue mobilia, siue immobilia, in extraneos transferri, de iuribus quoque actum videtur: iura enim impropriè inter* immobilia computantur. At illa dictio, quæcunque, propter *generalitatem etiam ad hosce improprios casus trahitur [b]. Vnde, quicunque heres, etiam impropriè heredem comprendit: & cùm de quibuscunque contractibus loquimur[c], etiam de abusiuis dicimus: quod tamen procedit, cùm nulla differentiæ ratio adsignari potest. Et quod de nominibus diximus, in annuis quoque reditibus locum habet [d]: in quibus tamen fit huiusmodi distinctio, vt si perpetuò debeantur, immobilibus æquiparentur: si verò breui tempore sint duraturi, mobilibus [e]. Sed hanc ego † distinctionem ita intelligo, vt si dies cessit, incipiantque iam deberi, mobilibus æquiparentur: nam cùm actio inde competat, videtur res ipsa haberi, alioquin immobilium potiùs similitudinem in eis approbo. Illud † non prætereundum, iura quandoque mobilibus potiùs adscribi quàm immobilibus, quoties ratio hoc suadet: vt si lex prohibeat bona mobilia curialium sub cuiusquã aspectu diuidi [f], ne paupertas alicuius detegatur: nam etiã iura continebuntur: illa enim latere, in absconditóque esse possunt: quod de immobilibus dici nequit. Sanè nec illud omittendum est, quod sententiarum receptarum lib. iij. titul. ix. de vsufructu, scriptum Paul. Iurisconsul. reliquit [g]: is, Mobilibus, inquit, legatis, aurum vel argentum non debetur, nisi de his quoque manifestè sensisse testatorem possit ostendi.

4

5

6

7

8

SVMMÆ.

1 *Reddere variè accipi. 3.*

2 *Reddi, dari ex re sonat. 4. 6.*

LEX XCIIII.

h l. Lucius. §. i. l. heres. de leg. iii.

VERBVM REDDENDI. Reddere † quandoque accipitur simpliciter pro † dare [h]: vnde si testator ali- 1 2

eui centum reddi iubet, quanuis nihil ipse accepisset, tamen legatum deberi dubium non est. Quod tamen Accursius ex interpretatione[a] legis esse arbitratur, nō
3 ex sermonis proprietate. reddere † enim propriè est retrò dare, nam plerunque per abusum hanc præpositionem superfluè addimus: vt cùm Lucilius dixit, Repudium remissum, id est, simpliciter missum: & Terentius, Renuntio futurum, id est, nuntio: quod nec Grāmatici omisêre. Verbum autem dandi propriè redden-
4 di significatum habet: quia † qui reddit, vtique dat: qui repetit, petit. Hinc dicimus, soluto matrimonio do-
5 tem peti[b]: quoniam[*] id verbum generalius est, & repetitionem quoque continet. Sanè huius legis argumen-
6 to respondit Bar.[c] cùm duo fratres in † diuisione certum fundum excepissent, pro dote vxori reddenda, tametsi non constet vllam dotem eos accepisse, tamen fieri interpretationem tanquam dotem dari simpliciter stipulati sint: quo casu absenti mulieri fauore dotis actio quæritur. Quod & in verbo, restituēdi, quosdam approbasse suprà retuli[d].

a l. i. §. elegā ter. de poss.

b Bar. in rub. sol. matr. n. xi.

c Bart. cons. cxxiii. incip. factum sic se.

d in l. restituere. suprà eod.

SVMMÆ.

1 *Reliquum, restans, ex re totum, nihilve sonat.* 3 5.

4 *Reliquum ex causis ad totum referri.*

LEX XCV.

1 POTEST. Reliquorum † appellatio propriè ad partem restantem refertur, à qua sermonis proprieta-
2 te in dubio nunquā recedimus[e]. Vnde si ex † fideiussoribus alter decem promiserit, alter reliquum, si primus soluere nequeat, non tamen secundus in totum condemnabitur. Sed & testator, qui illud quod residuum est pecuniarum, apud argentariū ecclesiæ legat, si dein de nouis lucris eam summam auxerit, non tamen totam legasse videtur[f], sed id solùm, quod tūc erat. Quapropter Barbatij sententiā non probo[g], qui cùm Rom. Pontifex cuidā præposito indulsisset, vt de reditibus sacerdotiorum liberè testaretur, dum tamē de residuo liberalem se erga ecclesiā exhiberet, respōdit saltem dimidiam partem appellatione residui contineri: quod ipse non approbo, cùm residuū propriè de quacunque

e Mod. l. ii. C. de hered. instit.

f Pau. l. cùm stipulamur. suprà de ver. oblig.

g Barb. cōs. xxxiii. in i.

restante parte dicatur: satis ergo erit, si boni viri arbitratu munificus sit. Sed & eadem ratione factum est, vt qui x. pro residuo soluerit, cēseatur liberatus [a]: cùm enim creditor eam summam sibi restare fateatur, consequens est, vt, ea persoluta, debitor liberetur. Recedimus tamen † quandoque à proprietate sermonis, 3 vt quia hoc materia suadeat, vel narrantis intentio: fitque eo casu, vt residuum quandoque totum, quandoque nihil inducat [b]. Finge testatorem ex semisse spurium instituisse, † ex residuo Titium: cùm spurius 4 sit incapax, videtur Titius in vniuersum institutus: nec enim pro parte solū voluit testatus decedere. Qua ratione si quis partem domus vxori leget, quam viuens ipse solebat inhabitare, si integram inhabitabat, tota debebitur [c]: siue quia videtur partem dixisse respectu aliarum domuum, siue quia præualet intentio, ex aliis verbis coniecta, proprietati verborum. Finge è conuerso † Titium ex asse institutum, Sempronium in 5 residuo, certe nihil ei debebitur, cùm nihil supersit [d]. Non recedimus ergo à priore significatione, nisi ex coniectura voluntatis: atque sic communiter dici consueuit.

a l. si ex plurib. de acce.

b l. ij. C. de hered. instit.

c l. vxori. de leg. iij.

d l. itē quod. §. sed si. & l. qui non. de hered. instit.

SVMMÆ.

1 *Littoris acceptio varia.*
2 *Fluctuum auxesis causa.*
3 *Nauigandi tempus.*

LEX XCVI.

LITTVS. Littus † propriè maris est, ripa flumi- 1 num. Veteres tamen μεταφορικῶς littus de quacunque extremitate dixerunt, qua ratione Verg. Iacet, inquit, ingens littore truncus. Illud sic definiuit Gallus Aquilius, vt littus sit quousque hybernus fluctus eluderet, vt apud M. Ciceronem in Topicis relatum est, ita autem apud eum scriptum est, Solebat Aquilius collega, & familiaris meus cùm de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærētibus iis ad quos id pertinebat quid esset littus ita definire, quà fluctus eluderet. Sunt † autem hyberni fluctus maximi, quòd 2 eo tem-

in loco à definitione per translat. verb.

eo tempore circiter vergiliarum occasum tempestatibus maria conturbantur: quamobrem ex die † tertio Iduum Nouembris, vsque in diem VI. Iduum Martij, maria clauduntur, vt lib. iiij. rei militaris Vegetius scribit: quod tamen in præsentia non obseruatur. Nihil enim inausum reliquit nostrorum temporum auaritia.

SVMMÆ.

1 *Fratrum dici diuisa prædia.*
3 *Formulam, si quis eorum, &c. de vno accipi posse.*
5 *Vel, voculam variè accipi.*

1 §. PRAEDIA. Tres † fratres certa prædia habent diuisa, nec in alterius portione vllum ius est alteri, an rectè dicemus prædia illa esse illorum fratrum [a]? Et huiusmodi sermone videbatur potiùs significari, esse communia, & indiuisa: sed tamen etiam, facta diui-
2 sione, rectè sic dici, Iurisconsultus ait: debent *enim verba congruè adaptari [b], & secundum debitum ordinem intelligi, vt quamuis de vniuerso verba concipi videantur, de singulis vniuersi partibus actum censeamus. Nam & si testator pluribus filiis institutis [c], sub-
3 iiciat, Si aliquis † eorum decesserit, volo hereditatem meam pauperibus distribui: aliquo decedente, erogabimus non hereditatem totam, sed eam portionem, quæ decedentis fuerat: fitque vniuersi interpretatio pro singulis eius portionibus. Qua ratione & quan-
4 doque genus * pro singulis suis partibus accipimus, & pro tempore exponimus, pro qualibet temporis parte [d]. Sed & si lex aliquid pecuniæ indicat agenti ad domum, etiam qui partem vendicat tenebitur [e].
5 VEL ALIO. Id est, etiam alio. Vel, † coniunctiua quandoque augmentatiua est, vt hîc, & apud Verg. Vel Priamo miseranda manus. Sicut è conuerso diminutiua, veluti cùm lex mandat Christianis [f], vt animum demittant, quod vel capitis inclinatione testentur. capitur ibi vel, id est, saltem. Quandoque disiunctiua, vt, promittis Stichum vel Pamphilum? Quandoque coniunctiua [g], vt in eo qui sibi vel heredibus stipulatur. Quandoque exemplaris, vt apud Teren-

a l. rectè. §. Quintus. supra eod.
b l. Gallus. §. j. suprà de lib. & posth.
c Alex. l. Titia. ad l. falcid.
d gl. c. generali. §. illos, de ele. in vj. Mod. l. ij. §. si tamen. de ver. oblig.
f c. decet. de im. eccles. in vj.
g c. l. de eo qui sib. in feud.

tium : Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, id est, veluti Pamphilus. Aliquandò correctiua, vt si dicam, Tiburi vel Romæ optimè viuitur: interpretamur enim, vel potius Romæ. Plerunque declaratiua, vel, pro id est, vt cùm inter genus & * speciem ponitur, veluti in lege Aquilia, quadrupedem vel pecudem. 6

SVMMÆ.

1 *Pecuniā species contineri: iura non item.* 4.

LEX CXVII. 97.

CVM STIPVLAMVR. Cùm † pecuniæ verbum generale sit [a], si emptor hereditatis stipuletur à venditore, quanta pecunia ex hereditate ad eum peruenerit, species ipsas stipulatus videtur, non pretia earum [b]. idem si quantas summas sit stipulatus: quod etiam in legatis obseruatur: verba enim huiusmodi de certis corporibus non impropriè accipientur. Sed quid si aliquis quantitatis nomine vsus fuerit? Et species cōprendi eodem argumento proditum est [c]. Mihi res dubia videtur: dictio enim* quātus, ad amplitudinē refertur: at quantitas* non videtur secundū vsum accipi pro certis speciebus. Sed an hæc stipulatio etiam iura comprendet † ? Et dubium non est comprendi [d] : sortiuntur enim nomina naturam rerum corporalium, & eius loci esse existimantur, vbi debitores conueniri possunt [e]. 1 2 3 4

a l. venditor. com. de hered. ven.
b l. quisquis. de leg. iij.
c Barto. l. j. C. de senten. quæ pro eo. quod.
d l. pecuniæ. infrà eod.
e Alex. consil. xvj. in j.

SVMMÆ.

1 *Anni partium obseruatio varia.*
2 *Legem, Cùm bissextus. explicari.*
3 *Intercalaris mensis ratio.* 8. 10.
4 *Mensis partitio.*
6 *Dierum computandorum modus.* 9.
7 *Calendæ.*
11 *Mensem 30. diebus ex causis.* 31. *constare.*

LEX XCVIII.

CVM BISSEXTVS. Habuêre † veteres Romani institutum à Romulo annum x. mensium, qui erat dierum CCCIIII. incipiebátque Martio mense: 1

quæ

quæ ratio cùm neque solis, neque lunæ cursui conueniret, Numa duos menses addidit, Ianuarium & Februariũ, atque ita dies distribuit, vt omnino CCCLV. essent. Sed quia hæc quoque constitutio non quadrabat, necessariò intercalaris mensis constitutus est, id est, mensis interposititius, arbitratu Pontificum, qui alternis annis nunc XXII. dies, nunc XXIII. intercalabant. Is mensis addititius erat, & prope finem Februarij, quia is vltimus anni, inserebatur. Sed hunc quoque modum cursui solis non conuenire, cùm C. Iulius Cæsar animaduertisset, x. dies addidit, intercalariúmque mensem sustulit. Et quoniam solis cursus annuus quadrantem quoque, id est, sex horas occupat, singulis quibusque quadrienniis diem inseruit, qui Bissextus dicitur: intercalatur enim, id est, vocato populo, inseritur is dies post eum qui sextus Calendarum Martii est, & duo loco vnius habentur. Vera ergo est † Mutij sententia, qui mensem in-
2 tercalarem, id est, in quo intercalatur, seu inseritur Bissextus, dixit esse dierum XXIX. Quæ vero M. Cato disseruit, computationi præsenti non respõdent: floruit enim ille ante Cæsarem, quo tempore reformatus annus nõdum erat, sed alternis annis XXII. & XXIII. † dies
3 inserebantur, qui dies totum mensem intercalarem faciebant, & non aliter quàm si solùm momentũ temporis occuparent, obseruabantur. Sed dum illum mensem extremo diei Februarij Cato attribuit, videri potest Græcos imitatus, qui ἐμβολιμαῖς suos, id est, exemptiles menses sub finem anni superaddebant. Romani verò vj. diebus anteuertebant post celebrata Terminalia, ne veterẽ religionis suę (vt Macrobius scribit) morem conturbarent. Nam, vt etiam libro XXVI. Ammianus Marcellinus tradit, dies is Bissextus, Romanis
4 rebus infaustus atq; ater erat. Diuiditur † autẽ mensis in Calẽdas, Nonas, Idus. Calendarũ primus est dies: tunc enim pontifex calato, id est, vocato populo pronũtiabat, quot dies à Calendis ad Nonas superessent: καλεῖν enim Græcè, idẽ est, quod voco. Cõfluere autẽ Nonarũ die in vrbe populares oportebat, vt addiscerent, quid eo mense in diuinis humanísque rebus faciendũ esset

Erántque Nonarum aliæ quintanæ, aliæ septimanæ: & sic dictæ sunt, quasi nouæ obseruationis initium, quæ ex noua luna assumebatur: vnde ex eius ortu nunc celeriùs, nunc tardiùs duorum dierum lapsu celebrabantur. Idus verò ab Hetrusco sermone dicuntur, apud quos Iduare est diuidere. Is autem dies * di- 5
uidit mensem: nam eo lapso, † computamus dierum 6
numerum, quatenus à sequentibus Calendis distant. Vnde cùm dicimus, sexto Calendas, sextum diem intelligimus, qui ante Calendas est. Dies autem mensium his carminibus annotari possunt:

Septembris, Iunij, Aprilis trigintáque nono
Mense dies, vnum adde aliis, duo Februus aufert.

At Nonarum Iduúmque ratio non absimili disticho sic vulgò tradita est:

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.

In calendis. Non solùm † primus dies Ca- 7
lendarum simpliciter Calendæ appellatur, sed omnes dies [a], qui postridie Idus incipiunt: vsque ad sequentem mensem: ídque fortè exemplo Græcorum, qui primam partem mensis ἱσταμένου vocant, secundam μεσοῦντα, tertiam quæ post vigesimum diem est φθίνοντα.

a l. iij. §. minorem. de min.

Intercalatvr. Id est, † inseritur, & supra numerū additur: quod ostendit etiam Græcus sermo, 8
qui ὑπερβαίνοντας dies appellat, quos nos intercalares. Sic autem dicitur, quoniam, calato, id est, vocato populo, olim Pontifex pronuntiabat, quando mensis intercalaris habendus esset: quod cùm quandoque propter gratiam negligeretur, annique ratio non constaret, C. Cæsar eum mensem sustulit, & singulis quadrienniis vnam diem intercalariam fecit, vt suprà retulimus.

Cato. Hic est qui M. Porcij filius fuit, & egregios de iuris disciplina libros reliquit, vt scribit Gellius: & vt ex eius lectione constat, fuit longè antiquior Cæsare, vt meritò eius sententia præsenti computationi non quadret, sed antiquiori, cùm mensis intercalarius alternis insereretur, quem Cæsar deinde sustulit,

ſtulit, additis vnicuique anno decem diebus, vt Tranquillus ſcribit.

9 PRO MOMENTO. Cùm igitur omnes † illi dies pro momento haberentur, meritò in vltima die computandi fuerant: ſicut hodie duo dies pro vno habentur. Sanè ſcribit Accurſius, x. momenta punctum conficere, & quatuor puncta horam. Latini tamen auctores momentum ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Horat. Quid enim concurritur horæ momento. Terent. Tum temporis mihi punctum ad hanc rem. Minutis verò ſexaginta conſtare horam receptum ex auctoritate prudentium eſt: at Boëtius lib. Geomet. vlt. puncto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, auctor eſt.

ATTRIBVIT. More Græcorum. Latini enim ſexto Calendas Martias inſerebant, ne ſtatæ eorum ceremoniæ confunderentur.

QVINTVS. Mutij ſententia eſt vera, ſi intercalarem menſem accipiamus, id eſt, in quo fit intercalatio: ſi enim de toto intercalari menſe intelligamus, qui apud veteres fuit, is XXII dierum erat, vt Macrobius eſt auctor, alterníſque annis variabatur, quod latiùs ipſe attingit.

10 DIEBVS XXIX. Quamuis † ergo dies intercalaris pro eodem habeatur, cum eo, qui eſt ſextus ad Calendas, neque computetur: ſi tamen diſpoſitio de certo dierum numero tractet, vt ſi liceat venditori intra xxx. dies redimere [a], etiam biſſextilis dies computabi- a l. ff. ſuprà de diuer. præſcript.

11 tur. Sed hîc conſueuit dubitari, iudex † mihi dilationem menſtruam concedit, de quot diebus intelligemus? & cùm menſis abſolutè fit mentio, traditum eſt xxx. dies computari [b]: tot enim diebus cùm tardiſſimè à coitu ſolis luna remoratur, ad ſuas vices redit, curſumque conficit. Menſes autem à luna dictos, ex Græcis accepimus, apud quos menſis μὴν, Luna μήνη dicitur. Quòd ſi in materia fauorabili agatur [c], vbi lex duorum menſium mentionem facit, & qui LXI. die venerit, audietur: quod etiam procedere exiſtimauerim, ſi lex duorum menſium vtilium terminum ſtatuat. Quòd ſi à certa die terminus menſis adſignetur, vt ſi

b l. ſi. §. i. C. de iu. delib. Alex. conſil. cxiiii. in v.

c l. vbi. infrà tit. i.

quinta die Augusti iudex dicat,se mihi mensis terminum constituere [a], vsque ad v. Septembris durabit, complectetúrque hac ratione vnum & xxx.dies.

SVMMÆ.

1 *Notionem omnibus ius dicentibus competere.*
3 *Legis, Ait prætor. de re iudic.sensus*
5 *Cognitione mandata,decisionem mandatam videri.*

LEX XCIX.

NOTIONEM. Notionis † verbum generale est, 1
& non solùm ad eos pertinet,qui iurisdictionem habent,sed & qui simplicem cognoscendi facultatem, Quare assessores siue amici,qui in consilium Proconsulum adhibentur, cùm etiam ipsi cognoscant,dicuntur habere notionem. Arbitri quoque, quos ex compromisso adimus, habent notionem. Cùm enim ex pacto priuatorum iurisdictio * conferri nequeat [b], 2
consequens est, vt saltem notionem habere dicantur. Quare cùm Iurisconsultus [c], † exequendas esse eorum 3
sententias, qui notionem habent,attestetur,etiam de arbitris intellexisse videtur, quorum sententiæ vel per pœnæ petitionem [d], vel per exceptionem, vel etiam per actionem in factum,si arbiter à iudice datus sit, executionem sortiuntur [e]. Hodie etiam si à partibus simpliciter sint electi, & ὁμολογία,id est,approbatio subsequuta sit [f]. Sed & si sub pœna, etiam rato manēte pacto,compromissum sit,oriri actionem in factum * crebriùs receptum est [g]: licet aliqui sufficere 4
pœnæ petitionem existimauerint, quorum sententia communi calculo locum sibi tantumodo vendicat, cùm actum non est,vt ratum sit pactum. Sed an is, cui mandata est iurisdictio,notionem solùm habeat quod plerisque videtur [h]: nihil enim proprium habet. Nobis magis ea sententia probatur,vt habere iurisdictionem dicatur, licet alieno iure, & beneficio. Sed nunquid is cui † causæ cognitio concessa est,definire po- 5
terit? Et si à lege concedatur,dubium non est posse [i]: si verò ab homine,Bartolus negat,quoniā aliud sit cognoscere,aliud definire [k]. Nam etsi alicui mandetur,

a l.ij.l.fin.§.j.C.de tem.app.
b l.priuatorum. C. de iurisd. omn. iudic.
c l.ait prætor.de re iudic.
d l.diem.§.stari. de arb.
e l.ab arbitro. qui satis.
f l.iiij.&seq. C.de arbit.
g d.l.ait.
h l.j.in fi.de offic eius.
i l.iij.§.cognoscit. de offic.præfec.vig.
k l.vbi.C.de fid.

vt caussam audiat, non iudicandi munus, sed referendi mandatum videtur [a]. Ego, si ordinario cognitio de- mandata per principem sit, putauerim etiam ius de- cernendi concessum: solent enim ordinarij ipsi iudi- care, non autem referre [b].

a Cle. auditor. de referi.

b l. j. C. si cōtra ius l. fin. C. vbi sen.

SVMMÆ.

1 *Prouinciarum etymon, & partitio, & acceptio, & iura. 3. 4.*
2 *Dilatio pro loco danda.*

1 §. CONTINENTES. Prouinciæ † dictæ sunt, quòd procul ab Italia armis victæ fuerant: in has Proconsu- les & legati mittebantur, qui ius redderent, & tributa exigerent. Aliæ autem erant continentes, aliæ trans- marinæ. Continentes, vt Gallia, Illyricum, Rhetia, Vandelici, Pannonia, Germania: Transmarinæ, Asia, Aphrica, Syria, Cyprus, Achaia. Sed dubitatū est, quid de Sicilia? videbatur enim transmarina, quoniam ab Italia mari dirimitur. Sed tamen cùm illud fretū modi- cum sit, magis probat Iurisconsultus, vt & ipsa inter continentes sit. Hincque adparet Italorum appellatio- ne non contineri Siculos, tametsi olim, priusquàm, irrumpente freto, dirimerentur, aliud esset, nec obest, quòd cùm insula sit Italiæ vicina, pars potius Italiæ sit [c] existimanda, quàm prouincia: nam cùm in eam prætor destinaretur, sicut in cæteras prouincias, esset- q; amplissima & viris & vrbibus, maior existimata est,
2 quàm vt insula appelletur. Refert † autem plurimum, vt sciamus prouinciæ continentes an trāsmarinæ sint: propter dilationes, quæ in illis breuiores, in his proli- xiores concedi debent [d]. Scribit Dion, edicto diuum Augustum prohibuisse, ne senatores iniussu principis extra terram Italiam peregrinarentur, præterquàm in Siciliam, & prouinciam Narbonēsem: illam, quia Italiæ continens propinquáque est: hanc, quia imbellis, & nouandis rebus minimè apta. Tacitus tamen libro XII. egregiæ erga patres Narbonensium reuerentiæ,
3 hoc tributum à Claudio attestatur. Sanè † quantum sit ad iurisdictionem, hodie quælibet ciuitas, quæ merum imperium habeat, suósque sibi magistratus constituat,

c l. insulæ. de iudic.

d l. j. C. de dilat.

a L. cùm in prouinciæ æquiparatur [a]. In iure † verò pōtificio pro- 4
longi. C. de uĩcia pro diœcesi accipitur [b], in qua decem vel vnde-
long. temp. cim sint ciuitates, quibus is, qui dominatur, rex dici
præscrip. potest.
b vi. q. ii. sci-
te.

SVMMÆ.

1 *Dilationum causæ. 4.*
3 *Dilationes ex causa multiplicari.*
5 *Instrumenta variè accipi.*
7 *§. Instrumentorum. sensus.*
9 *Testis eorum, quæ inhabitis vidit, fidem facit: ex causis contrà.*

§. INSTRVMENTORVM. In † causis pecuniariis 1
c l. i. C. de dilatio vnica debet concedi [c], & secundùm locorum
dilat. distantiam temperari: in ea debet actor per omne probationum genus intentionem suam adiuuare: † quòd 2
si specialiter ad aliquod capitulum dilatio concessa
d l. fina. vbi sit [d], nihil obstat, quin ad alia capitula plures dentur:
Alex. de fer. quod seruandum non est, vbi generalis dilatio sit semel data, vel etiam specialis: ratione enim eius speciei,
e l. oratione. secunda dari nō debet [e]: atque ita oratione diui Marci
de fer. cauetur. Vtilitatis † tamen causa receptum est, vt etiam 3
secunda dari, causa cognita possit: vt si sub sacramenti religione allegetur aliquid inopinatum emersisse, vel
f d. l. fin. impedimentum adfuisse [f]. Sed † & propter instrumen- 4
ta causæ dilatio danda est, quod Iurisconsultus hîc declarat: veluti cùm pars allegat aliquem de ea re instructum esse, & ideo certum terminum constitui petat, intra quem ille sui copiam facere, adesséque possit: nam si verisimile sit eum esse instructum, vt quia allegetur ab eo negotium fuisse tractatum, dilatio concedenda erit. Hinc ergo probatur, † instrumentorum ap- 5
g l. i. de fide pellatione etiam testes contineri [g], & quidem pro-
instrum. priè; & ipsi enim causam instruunt, vnde meritò instrumenta appellantur. Idémque in scripturis priuatis. Ex communi tamen loquendi vsu aliud esse Doctores sentiunt: vnde in statutis municipalibus, quæ strictam
h Imo. in ru- interpretationem accipere solent, ea appellatione, de
bri. extra de testibus, huiusmodique scripturis, non intelligemus [h]:
fide instr. & si, publicatis attestationibus, iudex dilationem in-

strumen-

strumentorum causa concedat, de testibus non accipietur [a]: quoniam licet scripturæ * vsque ad conclusionem causæ produci possint, [b] testes post publicationem non admittuntur [c].

6

7 SEPARARE, DISTINGVERE. Cùm † enim arbitrio iudicis hoc tributum sit, qui ex verisimilibus coniecturis subodoret, an is, cuius absentia allegatur, causam instruere possit, perquàm, id est, valde difficile est certam doctrinam tradere, cùm ex qualitate negotij coniecturæ oriuntur.

QVAE ENIM Interrogatiuè legendum hoc modo: Quæ enim propriè sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, vnde cognoscemus? non autem inde.

8 IN PRAESENTIAM. Id est, donec sit præsens: hæc enim est natura † præpositionis iunctæ accusatiuo casui: vt cùm Vergil. dixit, In lucémque tulisset, id est, vsque ad lucem: quod à Seruio, Diomedéque Grammaticis animaduersum est.

9 IN SERVITVTE. Potest † ergo liber homo testimonium eius rei perhibere, quam cùm seruus esset vidit: & maior xxv. annis, de eo attestari, quod cùm minor esset, cognouit [d]: dum tamen proximus pubertati. Sed quoties lex ad substantiam negotij certum testium numerum requirit, vt in testamentis, necesse est tunc, cùm negotium agatur, esse liberum [e]. Illud

10 constat, qui impræsentiarum infamis * sit, si testimonium dicat, fidem nō facere, etiam earum rerum, quas inculpatus adhuc viderat [f].

a Alex. d. l. oratione.
b c. cùm dilectus. de fide instrum.
c c. de testibus. extra de testib.
d l. excipitur §. 3. ad Silla.
e §. sed cùm aliquis. inst. de testa.
f l. iij. §. duæ. de Carb.

SVMMÆ.

1 *Dignitatum nomina varia, verius. 3.*
4 *Senatorum dignitas, delectus, & insignia. 7.*

LEX C.

1 SPECIOSAS. Quatuor † esse in iure dignitatum nomina, recentiores tradiderunt [g]: Superillustres, vt Senatores, Consules, Patritios Dictatores. Illustres, vt Præfectum prætorio, Præfectum vrbis, Quæstorem. Spectabiles, Prætorem, Præfectum vigilum & Augustalem. Clarissimos, Præsidem prouin-

g l. i. de offi. eius.

ciæ, & Procuratorem Cæsaris. Sed hanc sententiam ipse nunquam probaui, & quandoque diffusioribus adnotationibus ostendi [a] longè & latè à vero abesse. Nam & hoc responso satis apparet, spectabilem, seu quod idem est, speciosum à clarissimo non differre. Itaque sciendum est, Senatores dignitate * clarissimos fuisse [b]: quod in iure apertissimè variis ex locis probatur [c], & ostendit Lampridius in Seuero, qui præfectis prætorij sui eum tribuisse senatoriam dignitatem tradit, vt clarissimi dicerentur. Quapropter & in iure Opellius Macrinus, qui priusquam imperaret, præfectus prætorio Seueri fuit, clarissimus appellatur [d]. Et quia ex his Senatoribus aliqui consularia † prætoriáque ornamenta consequebãtur, † vel principis indulgentiâ, vel quia eos magistratus gesserant, omnésque latum clauum habebant, speciosi, spectabiles, illustrésve, propter ornamenta ipsa propriè sunt dicti. Deligebantur autem sorte ex Consularibus Proconsules, sicut ex prætoriis Prætores, qui in prouincias populo Roma. attributas, cum potestate mittebantur. Cæsar verò in prouincias, quas suæ curæ reseruauerat, præsides vel legatos mittebat: qui si ex Senatu essent, Clarissimi erant, alioquin sola Perfectissimatus dignitate fruebantur [e]. Meminit eius rei Ammianus Marcellinus lib. xxi. Quæ autem essent Consulares, prætoriæque prouinciæ in calce operis sui Strabo Amasinus refert.

2 3 4

a dispun. li. iii. c. iiii.

b l. fœminæ, de sena.

c l. ii. C. de his qui ven.

d l. i. C. de sent. pass.

e l. i. C. de perfect. dign. lib. xii.

VTRIVSQVE SEXVS. Fœminæ * enim maritorum dignitate illustrantur [f]. Vnde quæ clarissimo viro nupta est, etiam ipsa fit clarissima. Addit Angelus, fœminam naturalem, * si legitimo viro iuncta sit, effici legitimam [g]. Quod ita intellexerim, vt eas dignitates consequi possit, quas aliæ legitimo concubitu ortæ ex mariti persona habent [h].

5 6

f l. i. de senat.

g §. quod verò. in auth. quibus mod. nat. effic. sui.

h l. si quis. C. de na. lib. in fi.

ORNAMENTIS. Id est, † veste laticlauia. Gerebant enim Senatores latum clauum, ídque amplissimi ordinis insigne erat [i]. Concedebantur etiam aliis consularia, aliis prætoria, aliis præfectoria, aliquibus & quæstoria ornamenta. Consularium prætoriórumque insignia erant, sella curulis & trabea vestis. 7

i l. si Rufinus C. de testam. milit.

ctis[a]. Decernebantur & quibusdam triumphalia ornamenta, ea sunt tunica palmata, & toga picta: nam cùm omnia bella principis auspiciis gererētur, legatis prætoribúsque, vel ducibus, qui hostes superassent, triumphus decerni non poterat, quia alienis auspiciis vicerant: vnde repertum, vt saltem triumphalia ornamenta consequerentur. Concessit tamen Belisario Iustinianus, vt de Parthis triumpharet, quamuis nō suis auspiciis vicisset.

a l. fin. C. de dign. ord.

SVMMÆ.

1 *Adulterij & stupri discrimen.*
2 *Adulterij pœna.*
3 *Stuprantis pœna.*
4 *Luxuriantis contra naturam pœnæ.*
5 *Illegitimi, demptis quibusdam, successionis incapaces.*
6 *Filij in dubio censendi.*
8 *Pœnalia ex causa improbari.*
9 *Nuptias ineunt separati.*

LEX CI.

1 INTER STVPRVM. Adulterium † propriè in nupta committitur, stuprum in vidua, vel virgine, seu qualibet alia muliere, quæ corpore quæstum non faciat. In puero quoque perpetrari stuprum, alibi traditur[b]. Horum criminū variæ pœnæ constitutæ sunt. In
2 adulteros † gladius[c], nisi quod nobiliores deportātur[d]. Mulier hodie in monasterium detruditur. Stupratores
3 virginum † vel viduarum ex lege Iulia coercitione corporali[e], vt fustium, flagellorum plumbatarum, verberibus, relegationéque adfliguntur. Honestioris ordinis viri, dimidia parte bonorum mulctantur: extra ordinem tamen solent omnes extremo supplicio adfici[f]. Hodie iure canonico, qui virginis florem delibat, vel ipse eam in vxorem accipere, vel dotem, quâcum alij
4 nubat, præstare compellitur[g]. At † cùm vir nubit in fœminam viris porrecturam, armātur iura gladio[h], notatúrque ipso iure vterque infamia. Quapropter ex facto responsum est, etiam priusquam accusati sint, si moriātur, ab eis conditum testamentum non valere: hos enim improbos & intestabiles lex appellat, quod Platus

b l. stuprum. §. i. de adult.
c l. quamuis. C. de adulte.
d l. Claudi. de his quib. vt indign. e §. ii. instit. de publ. iud.
f l. i. in fin. de extraor. cri.
g cap. i. de adulter.
h l. cùm vir. C. de adult.

a In consiliis Parba. lo vl. in i. civis meus elegāter disputauit. Sanè hinc apparet tam
adulterium quàm stuprum lege Iulia puniri. Quo † fit, 5
vt ex huiusmodi damnato coitu nati, paternorum bo-
b Authen. ex cóplexu. C. de incest. nup. norum sint incapaces[b]: quippe hos nec ali quidē leges
Quiritium iubent. Qua pœna excipiūtur hi, qui pro-
priè naturales sunt, videlicet ex concubina domi retē-
c l. si ea. C. de adulter. ta, vxoria quadā honestate. His addēdi & spurij sunt[c],
quos ex meretrice suscepimus. Sed & si ex pedisseca,
d l. quæ adulteriū. C. eod. clientáve aliqua viliore orti sint, idem iuris videtur[d]:
has enim propter vilitatem cōstat legum laqueis non
e Salicet. d. authentic. ex complexu. innodari[e]. Sed quid in dubio præsumemus, an capacē,
an incapacem filium? Et à Baldo respōsum est[f], nō cen-
f Consilio cclxij. in j. seri † naturales in dubio filios: quia ad licitum concu- 6
binatum multa requiruntur, quæ rarò in vnum conue
g l. iij. de libē. & posth. niūt[g]. Idem adnotauit, si quem instituam tanquam fi-
lium certæ mulieris, & probetur ex me ortum, incapa-
cem præsumi. Ego edictum ad testamenti factionem
h l. si quæramus. de test. pertinens prohibitorium esse scio[h], & ideo quemlibet
capacem * esse, qui non probetur incapax, quamobrem 7
alio non constituto, putarem hunc admittendum, ídque benignius est.

i l. inter liberas. §. j. de adulter. INDIFFERENTER. Alibi lex[i] Græcè καταχρηστικώτερον appellat, id est, abusiuius, vt inde colligatur, in cōsti-
tutione † pœnali verba etiam per summum abusum ac- 8
cipi, quando ex ipsius lectione constat, eius auctorem
indifferenter, & promiscuè ea voce vti solitum tanquā
propria.

DIVORTIVM Diuortium † propriè in coniugi- 9
bus est, Repudium sponsæ mittitur. Hodie iure ponti-
ficio neutrum permittitur, sed solùm separatio ex cer-
tis causis: nec interim licet aliam ducere, etiam si sepa-
rationi vxor causam dederit: veluti si ipsa adulterium
commisit, vel impietatis in Deum, quam hæresim vo-
cant, sit rea. Aliter * tamen aliqui ex antiquis patri- 10
bus olim obseruauēre, inter quos Ambrosius, qui ex
iusta causa marito ius facit diuertendi, atque aliam du-
cendi: non enim hos homo separat, sed Deus, quando
ita optimis antistitib' propter malos fœminæ mores
k j. Corint. cap. vij. videtur: quod & latè disputat Erasmus in priorē Pauli
ad Corinthios epistolam[k]: nec est verisimile, Iustinia-
num

num piissimum Imperatorem, hunc tractatū non fuisse de iure ciuili amputaturum, si passim tempestate sua pontificius ille canon obseruatus fuisset: vt fortè credendum sit, licere pontifici eos canones tollere, & ius Romanum obseruari permittere, si velit. Nam & hodie

11 filius fa. eo* iure, etiam patre reclamante, matrimoniū contrahere potest, cùm tamē ius ciuile aduersetur[a], & Euaristus Ro. Pon. in vetustissimis decretis, vnde pleraque Gratianus compilauit, illud expressim approbet.

12 SPONSAE. Vxorem * tamen repudiari etiam alibi legitur[b]: sicut etiam aliquando diuortium dicitur, cùm de facto tantùm matrimonium fuit[c]: Res enim

13 * quãdoque legitimi actus appellationem sortiuntur, quamuis de facto solùm tenuerint: vnde suprà adnotaui, posse dici eum emisse, qui de facto emit.

a §. 1. instit. de nuptiis.

b l. si qua. suprà de ritu nupt.

c l. quod Seruius. de condictio. ob caus.

SVMMÆ.

1 *Morbi vitiique discrimen.*
2 *Oculorum vitium multiplex.*
3 *Luscioforum species.*

1 §. VERVM. Varia inter antiquos fuit opinio, quid inter se morbus, & vitium differrent: & Modestinus hîc morbum temporalem, vitiū perpetuum dixit, cui sententiæ etiam Nonius Marcellus accedit: at Sabinus vitium generalius nomen esse definiuit[d], quod etiam ad animum referatur. Sed & balbum vitiosum esse, non morbosum. Vlpianus pro eodem accipi vitiū & morbum ait, quamuis in edicto ædilium curulium tollendæ dubitationis causa bis κατὰ τὸ αὐτὸ idem dictū sit. M. Cicero morbum totius corporis corruptionem existimauit: ægrotationem, si imbecillitas accedat, vitiū, cùm partes corporis inter se dissident, vt distorsio mēbrorum, & deformitas. Extat Comi antiquum monumentum hac inscriptione:

Morborum vitia, & vitæ mala maxima fugi.
Nunc careo pœnis, pace fruor placida.

Huius Iurisconsultorum controuersiæ etiam Gellius lib. Noct. Atti. IIII. cap. II. meminit.

d l. 1. §. sed sciendum. de ædili. ed. ct.

LVSCVS. Qualis fuit Annibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores, cū tamē vno-

a l. item O-culi & coclites essent. Sanè oculorum vitia sic declarat Vlpianus[a]. Sed & μύωπα morbosum esse constat: idem vbi homo neque † matutino tempore, neque vespertino videt, quod genus morbi Græci vocant νυκταλωπίαν, elus/cationem eã esse, quidam putãt, vbi homo lumine adhibito nihil videt. hæc ille in correctis exemplaribus. Sunt Miopes, quasi minus videntes dicas: cuius vocis etiam apud Nonium est mentio. Nyctalopes verò Latini luciosos vocant, Festo auctore. Horum duplex species, alij † interdiu vident, noctu nihil, quorũ Paulus Ægineta Alexan. lib. 1. Celsus vi. meminêre: sed & Plinius horum nocturnas cæcitudines cõmemorat. Alij parum interdiu vident, vespere aut noctu acie acutiore sunt, vt Galenus in Isagoge sua testatur: horum quoque Plinius aciem vespertinam appellat. Vtrunque id malum breuiter & eleganter Iurisconsultus definiit, licet imperitis ansam calumniandi dederit, non nyctalopa, sed cæcum ab eo describi cauillantibus. 2

a l. item O-filius. de ædil. edict.

SVMMÆ.

1 *Fœmineum mari contineri.*
2 *Seruis, vox etiam ad seruas referri.*
4 *Filijs filias contineri.*

§. SERVIS Satis suprà † perstrinximus[b], quãdo masculinum concipiat fœmininum, ostendimúsque per extẽsionem communi vsu approbatam, ex Baldi sententia, id fieri. At hoc respõso videtur potius ex proprietate sermonis esse[c]: dum nomẽ id commune appellat, & ita aliqui adnotarunt: interpretatúrque Angelus cõmune esse nomen in substantia[d], licet non ita sit in prolatione sermonis. Ipse arbitror † etiam in prolatione esse commune: serua enim, datiuum habet pluralem seruis, sicut seruus: vnde meritò ex proprietate sermonis etiam ancillas continet, non ex ea regula, quòd masculinum concipiat fœmininum: sed ex alia, quæ habet, verba generaliter accipienda, quatenus* ex vi sermonis inferre possunt[e]. Et † quod de seruis dicitur, idem de dictione filiis, dicendum est: veteres enim nõ filiabus solùm, sed etiã filiis fœminino genere protulisse constat. Ego cùm ius dicerem, & in testamento patris 1 2 3 4

b l. i. suprà eodem.
c l. seruis. de lega. iii.
d Angel. l. quicũque. C. de seruis fugiti.
e l. i. de alea lus.

patris conditione filio apposita, si sine filiis decessisset, aliqui de masculis tantùm intelligendi putarent, quibusdam coniecturis, quòd videlicet propriam filiam testator excluserat, & quòd ex lege municipali masculi fœminis præferretur, consului quàm plurimos notæ prudentiæ patres familias, an si ipsi illis verbis testarentur, decedente filio neptem suam excludi vellent: negauerunt omnes, & huiusmodi sermone, de vtroque sexu, seu communiter intelligere professi sunt, scrupulosam recentiorum interpretationem omnes vno ore damnantes.

SVMMÆ.

1 *Legum ferendarum modus, & nomina.*
3 *Adoptandi forma.*
5 *Derogationis vis.*

LEX CII.

1 DEROGATVR. Ferebantur† leges per populi rogationem: quia Quirites vel à Consulibus, vel à Tribunis rogabantur, vellent, iuberéntne, quid fieri: qui si sciuissent, id est, confirmassent, lata, sancitáque lex erat. Quæ & alio nomine rogatio dici potest. Vn-
2 de & adoptionis* species est arrogatio: quia vt A. Gel-
3 lius† scribit non nisi lege lata, & per populi rogationem fieri poterat: hodie verò rescripto principis opus
4 est[a], postquam populus Romanus omne imperium* in Augustum transtulit: quamuis hac in re aliter alij sen-
5 tiant[b]. Eadem † ratione dicitur derogatio, per quam aliquid diminuitur de vi, & effectu rogationis i. legis:
6 sicut abrogatio cùm * tota penitus tollitur, vt etiam II. Rhetoric. M. Ciceronis declarat Victorinus.

a l. i. de mandа. princip.
b l. ii. de adoptio.

SVMMÆ.

1 *Capitalis causa, & pœna.*
2 *Capitalis pœna, mors.*
3 *Membri amputatio non, nisi ex causa capitalis.*
5 *Exilium Romanorum pœna, exterorum in metallum damnatio.*
6 *Pœnarum variarum vsus.*

LEX CIII.

LIcet Capitalis†causa quælibet intelligitur, quæ ad existimationem refertur: sed si pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, cùm vita, libertas, vel ciuitas perditur[a]. Corruptus autem est codex: in aliquibus enim legitur, non tamen, in aliis deest negatio: sed omnino legendum est, pœnæ tamen. Hinc argumentum colligitur, si in lege municipali pœna capitalis, seu capitis simpliciter constituitur, non omnino de morte intelligendum, sed vt in pœnis mitiora sequamur, exilium irrogandum[b]. Fuêre & qui solam infamiam notam sufficere existimauerunt: vnde traditum est, sicut beneficiarius cliens domini vitã pro virili tueri debet, alioquin beneficio priuatur, ita etiã existimationem: quoniam famę periculum vitæ æquiparatur[c]. Sed & cùm sacerdoti capitale supplicium decernitur, excommunicationis plerique intellexerunt[d]. Verùm†hæc ego iure consistere non arbitror: capitalis enim causa, de infamia, vel relegatione non nisi impropriè accipitur, vt interpretes omnes huius responsi argumento tradiderunt. At in inferendis pœnis etiam sermonis proprietas maximè obseruatur[e]. Quòd si delictum ita atrox sit, vt iure communi summo supplicio emendetur, non est credendum, legis municipalis auctores, aliter capitalem pœnã accepisse, quàm mortis[f]. Quod etiam fatendum est, quoties eo iure exilium nulli facinori pro pœna additur: nec enim de eo actum verisimile est, præsertim cùm vulgaris loquendi vsus hodie pœnam capitalem tantùm intelligat, cùm amputatur caput. Et ideo Iurisconsultus hîc ex Latino sermone latam illam significationem causæ capitali tribuit, non autem ex eo, quo vulgares & idiotæ vtuntur. Sed †an membri amputatio pœna capitalis sit[g]? Et non esse receptum est, nisi fortè crassiore significatione id nomen accipiamus: non enim membrum amputari potest, quin reus existimationis suæ detrimentum patiatur[h]. Iure autem veteri huiusmodi*pœna non inferebatur, sed hodie in quibusdam casibus, ex constitutionibus indicta est[i].

1 2 3 4

a l. ij. de public. iud. l. ij. de pœnis.
b gl. l. j. C. ne man. Christ.
c l. iusta. de man. vind.
d ea. j. de homicid.
e l. cum lege. de testa.
f Imo. d. l. ij.
g l. qui manus. suprà de testam.
h l. nullã. C. ex quib. cau. irrog. infam.
i l. ij. C. de ser. fugit.

Mortis. A principio vrbis conditæ, pro delictis grauioribus pœna mortis reis ingerebatur: verberibus enim à lictoribus affecti necabantur, vel arbori infelici suspendebantur. Verùm M. Porcius Cato legem tulit, ne quis ciuis Romanus
5 † verberibus necaretur, sed ex delicto in exilium mitteretur. Solebant tamen Senatores ex magna causa more maiorum, id est, eorum qui ante legem Porciam vixere, reos punire, vt in Catilinæ collegas obseruatum fuisse Sallustius tradit. Imperatoribus quoque, quoniam legibus soluti essent, ad necem ciuem Romanum condemnare permissum erat, vt in Augusto Dion est auctor. In exteros autem raro quoque pœna mortis constituta fuit, sed damnatio in metallum, vel in insulam sufficere visa est; aliquis enim eorum vsus erat, cùm opus facere compellerentur, & tamen merita pœna afficiebantur. Siquidem vt C. Cæsar apud Sallustium inquit, in luctu & miseriis, mors ærumnarum requies, non cruciatus
6 est. At hodie † in pœnis mera carnificina est, & per leges municipales vel strãgulantur, vel decollantur, vel exuruntur, vel mutilantur rei: qui si in opus publicum damnarentur, & perpetuam pœnam subirent, idcircóque acriorem, & maiori cæteris exemplo essent, publicéque vtilitatem aliquam adferrent: vt negari nõ possit, vt in plerisque aliis rebus, sic hac quoque in parte ab antiquis recentiores legumlatores superari.

in Hispania vero maior reorũ pars in triremes condemnat, ibiq. remigant si plebeij sunt, si nobiles et potentes in regnum Oranum quod dicitur, per exiliũ mittuntur, ut ibi adversus Mauritanos pugnando scelera sua luant, et purgent.

SVMMÆ.

1 *Filiorum natorúmve verbo nepotes contineri.*

LEX CIIII.

Natorvm. C. Herennius Modestinus libros de excusationibus sex conscripsit, & hos quidem Græco sermone, quorum bonam partem in Digestis Iustinianus referri iussit, leguntúrque hodie inde excepta pleraque libro xxvii. sed ab indocto aliquo in Latinum sermonem translata: in eorum ii. id responsum habetur, quod sub hunc titulũ Tribonianus collocauit: Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Verisimile autem est à Bulgaro Latinitatem consecu-

tum fuisse, eo, quo in præsentia legitur, modo. Sanè
hinc notandum est, per extensionem filios nepotes 1
appellari, idémque in Græco sermone esse: vt hinc argumentum
sit, etiam in nostro vulgari idiomate idem
obseruandũ. Qua ratione, si in viri imperiti testamento
mentio liberorum, quæ latior est quàm filiorum,
reperiatur, putarim secundùm iuris distinctionem intelligi:
quod & Bartolus probat: verisimile enim est tabularium
eius emphaseos verba Latinè scripsisse, cuius
fuerant vulgaria ab illiterato prolata. Sed an quod
de natorum appellatione hîc dicitur, locum sibi vendicet
etiam cùm de prognatis, seu progenitis fit mentio?
Et horum appellatione propriè nepotes contineri
magis crediderim: præpositio *enim hoc inducere vi- 2
detur, sicut cùm pronurum, pronepotem, prosocerũ
dicimus: nam & progenitores, pro quibuscunque ascendentibus
accipiuntur.

SVMMÆ.

1 *Meum non est, meo deuinctum: ex causis contrà. 6.*

LEX CV.

MODESTINVS. Solent testatores vestiarium, vel
alimenta libertis, libertabúsque suis legare: quæ-
ri potuit, an † liberti libertorum intelligerentur: & hîc 1
traditur non contineri, quod * dubium non est, nisi 2
cùm testator eos quoque libertos suos consueuisset
appellare: quæ consuetudo vel ex patrisfamiliâs epi-
stolis, etiam nuntiatiuè prolatis verbis, probari po-
a l. aliméta, de alim. leg. test [a]: vt si scriptum sit, Ρκφί. ῳ ἡμετέρῳ ἀπελευθέρᾳ. Hincq;
argumentum sumitur, socij † mei socium, non esse so- 3
b l. socii. infrà tit. 1. cium meum [b]. Itémque, inimici * mei amicum, mihi ini- 4
micum non esse, nisi in perniciem meam vinculo ami-
c gl. l. i. §. cũ patronus. de offi. præf. vr. citiæ sese coniunxerint [c], simúlque conspirauerint.
Qua ratione & clientis * mei cliens, clientulus mihi 5
non est. Si tamẽ † beneficiarij fundi, quem à me qui in 6
d glo. lxxxi. dist. legitur. fidem acceperit [d], causa aliquem clientem acquisiuerit,
potest ille παχυμερέστερον cliens meus dici: sicut colonus
e Bal. l. i. C. com. de leg. meus appellari potest is, qui à colono meo in re mea
ius conductionis accepit [e]. Quod & in secũdo emphy-

teuta

teuta dicendum videtur, & hoc ex lata interpretatione. Qua ratione subditi alicui purpurato regio, in quē Rex omne suum ius penitus transtulit, Regis subditi propriè non dicuntur[a]: impropriè verò secus est. Quarum decisionum eam esse rationem arbitror, quòd ver-
7 ba de eo, quod prius * est, propriè accipiuntur: non de eo, quod posterius, per quæ aliam personam assumunt[b].

a Mod. d. l. locii. consilij. in fin.

b L. qui liberis. §. i. de vulg.

SVMMÆ.

1 *Apostolorum etymon, accepti o jse varia.*
2 *Apostoli petendorum dandorumque vis.*
3 *Apostolorum genera.*
4 *Apostolos non petentis pœna.*

LEX CVI.

1 Dimissoriae. Apostoli † dicuntur nuntij ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod est remittere. Sunt & de lemborum genere naues quædam Demostheni. Significant etiam in iure dimissorias literas. Cùm enim à senten-
2 tia † iudicis appellatur, debet is, qui appellat, instanter ab eo petere huiusmodi literas, quibus secundus iudex de causa instrui possit: tenetúrque is, à quo peti-
3 ti sint, eos apostolos dare: qui † si appellationi detulit, dimissorij dicuntur[c]: si non detulit, refutatorij. Omnes autem obsequij aduersus superiorem testimoniū præstant: vnde & si dubitetur, an deferendum sit, dari debent[d], & ideo reuerentiales quibusdam appellan-
4 tur. San: † qui apostolos non petit, appellationi renunciare intelligitur[e]. Idem si in termino, quem sibi iudex eorum accipiendorum causa statuerit, non com-
5 pareat. Succurri tamen in his casibus rusticitati * quidam existimauerunt: nec enim omnes hanc iuris obseruationem nouerunt: sed id ego affirmare non ausim[f].

c l. fin. C. de appel.

d c. i. de appel. in vi.

e Cle. quāuis. de appe.

f Gui. Pap. q. ccccxxxvi.

SVMMÆ.

1 *Assignandi optio libera.*
2 *Assignationis vis.*
3 *Assignatio causanda.*

LEX CVII.

ASSIGNARE. Velleio Ruffo, & Hostorio Scapula Coss. †Senatusconsulto concessum est patri 1
plures liberos habenti, cui filiorũ velit, libertos suos
assignare [a]: & licet huiusmodi assignatio neque legati, neque fideicommissi vim habeat, quæritur † tamen 2
ius patronatus ei filio, cui fuit assignatum. Sanè verbũ
assignare, ambiguum est, & ad translationem dominij
referri potest [b], & ad solam pignoris vel custodiæ concessionem [c]. Quapropter causæ † assignationis obseruari 3
debet, si enim translationi dominii sufficit, eum qui
assignauit dedisse interpretabimur: si non sufficit, solam
custodiam commisisse [d]. Quod & in dubio recipiendum
est, ne donatio præsumatur: & ita Bartol. & 4
plerique omnes declarant [e].

a l. j. de assig. lib.
b l. iiii. de euict.
c l. i. §. antepen. suprà de vent. in poss.
d l. cum pater. §. pluribus. de lega. ii.
e Barto. l. si consti. solut. matr.

SVMMÆ.

2 *Debitorem sub conditione, in diémve non dici.*
3 *Debitorem omnem à tutela reiici.*

LEX CVIII.

DEBITOR Suprà declarauimus quo significatu accipiendus
sit creditor [f], & quo debitor, latiorémque harum vocum
expositionem ostendimus: hìc Iurisconsultus nos admonet,
quomodo strictè debitorem accipiemus: vt is sit, à quo inuito exigere possimus. 1
Qua ex definitione † apparet eum qui sub conditione 2
vel in diem debeat, propriè debitorem non esse:
postquam autem conditio euenerit, retrò fingitur verè
debitorem fuisse. Sed an is, cui promissum fuit non
petere per certum tempus, sit debitor? interim enim
exigi pecunia ab eo nequit [g]: & similem eum illi crediderim,
qui in diem debet. Colligitur † autem hinc argumentum: 3
si lex à tutela debitorem generaliter reiiciat: si item
constitutum sit, ne debitor vectigalia redimere possit,
eum cõtineri, qui propriè sit debitor, non autem
conditionalem, vel qui in diem debeat [h]. Sed
hæc mihi sententia non placet: ratio enim huiusmodi
legum est, vt magis consultum sit Reipublicæ vel pupillo:

f l. creditores, & l. conditionales. suprà eodem.
g l. creditor. suprà eodem.
h Ias. l. i. in princ. si cer. pet.

pillo: vnde cùm conditio ad tempus promissionis retrò trahatur [a], posset Respublica vel pupillus à priore creditore excludi: largè igitur debitoris nomen erit accipiendum, cùm par ratio vtroque in casu hoc suadeat [b].

4 EXIGI. Id est, ab* inuito extorqueri: hæc enim huius est verbi significatio, vt Accursius probat [c].

a l. is cui. su prà de actio.

b Aret. l. si fideiussor. de leg. j.

c l. fideicommis. §. si rem. de legat. iij.

SVMMÆ.

1 *Sequestri etymon.*
2 *Sequestri, & depositarij discrimen.*
3 *Sequestri causa, in eum actio.*

LEX CIX. CX.

1 SEQVESTER. Sequestrum † hîc dici proditum est, quasi occurrentem controuersiæ, sequentémque litigatores. Lauinius tamē in libro quem scripsit de verbis sordidis, sequestrum dici mauult, quòd eius vtraque pars fidem sequatur: ídque etiam A. Gellius. libr. xx. probat, & mihi non displicet. Etymologia enim à Iurisconsulto hîc tradita, subdura est, in quem & illud intorqueri potest, quòd occurrere & sequi pro similibus accipit, cùm penitus sint diuersa. Occurrit qui aduersum tendit, sequitur qui pòst venit. In hoc au-
2 tem differunt [d] sequestres † à depositariis, quòd illi plurium partium se medios gerunt, hi etiam ab vno deliguntur. Hinc apparet errare magistratus, qui sub prætextu vt iurgiis & seditionibus obuiam eant, fructus penes alteram partium sequestro deponunt: debet enim sequester esse medius, non ex collitigatoribus e-
3 ligi [e]. Quòd † si iudex vereatur, ne fructus rei controuersæ dissipentur, non eos sequestro tradere, sed describere simpliciter debet, vt, finita lite victori consultum sit [f]. Sed quæ actio aduersus sequestrum competit? Et nemo dubitat, depositi actionem sequestrariā [g]. Addunt quidam, etiam præscriptis verbis agi posse, vt aduersus eum, qui quos sponsionis causa annulos accepit, reddere negat [h]. Sed hîc sequester non est: nec enim ab vtraque parte annulus depositus fuit, nec de eo vlla erat controuersia.

d l. propter. depositi.

e Bal. c. j. de sequest. poss.

f l. fina. §. ex quadrante. de doli except.

g l. ei apud. l. si in Asia. depositi.

h l. si rem. in fi. de præscrip. verbis.

Aduerte quòd hęc l. sequester. preposita l. bone fidei debet postponi, quia l. sequester. in omnibus Codicibus quos adhuc uidi est in ordine 110 lex uerò, bone fidei. est 109. Id euenisse arbitror incuria typographi.

SVMMÆ.

1 *Bonæ fidei effectus.* 4.
2 *Bonæ fidei possessor.*
3 *Errorem bonæ fidei esse: ex causis contrà.*
5 *Possideri mala fide variè.*
7 *Fidem bonam ex causis non præsumi.*

LEX CX. CIX.

BONAE FIDEI. Multùm interest scire, quando
quis bonæ fidei possessor sit: is † enim & fructus 1
lucratur. & longo tempore præscribit [a]. Hîc autem Iu-
risconsultus † eum esse bonæ fidei ostendit, qui titulũ 2
habet, seu ab eo quem dominum arbitratur, seu ab eo
quem domini procuratorem, aut tutorem existimat [b].
Quòd si credulitati illi suæ iniusta fatuàve aliqua cau-
sa ansam dederit, † nihilominùs fructus lucrabitur [c]: 3
quoniam vt eos suos faciat, sufficit, si dolo careat. Hu-
iusmodi autem causa, licet in bona fide possessorẽ non
constituat, efficit tamen, ne malæ fidei videatur [d], idq;
satis est & fructuum acquisitioni, & longissimæ præ-
scriptioni [e]: itémque ei possessioni, de qua summariè
litis instruendæ causa solet tractari [f]. At vsucapioni,
& x. vel xx. ann. præscriptioni nõ sufficit [g]: hæc enim
non nisi bonæ fidei possessorem adiuuant. Præsumi-
tur † autem regulariter bona fides [h], etiam in eo, qui iu- 4
ris errore lapsus sit, nisi contractui lex specialiter resi-
stat: veluti cùm censitorum venditio absque agro, cui
ascripti sunt, celebratur [i]. Idem si in iure naturali, vel
quasi naturali, vel etiam in ciuili iure verisimiliter o-
mnibus explorato, euidentissimóque erretur [k]: atque
ita plerisque visum est. Sed † & qui domino cõtradicen- 5
te emit, malæ est fidei [l]: & qui dolo venditorem pelle-
xit [m], quíque ab eo emit, quem vendendi ius non ha-
bere sciebat [n]. Sed an bona * fides in eo præsumatur, 6
qui nullum habet titulum? Et nisi de possessore anti-
quiore constet, præsumi receptum est [o]. Quod verum
arbitror, si † is persuasum habet ad se rem pertinuisse: 7
alioquin quod suum non est, scire debet ad alios spe-
ctare [p]. Cæterùm & quoties possessioni ius commune
resistit, bona fides non præsumitur. Quapropter qui
ius

a l. si fur. §. 1. de vsucap.
b l. quicunque. in fin. de publician.
c l. igitur. §. potest. de liber. cau.
d l. sed etsi. §. scire. de petit. hæred. Bart.
e l. j. C. vbi cau. stat.
f d. §. potest.
g l. fin. pro suo.
h l. pen. C. de euict.
i l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11.
k Doct. d. l. ex consensu. §. fin. de app. Angel. Imo. Raph.
l l. si fundũ. C. de rei vẽd.
m l. dolus. C. de rescin. vend.
n leg. qui à quolibet. de cõtra. empt.
o Bar. l. Celsus. de vsuc.
p l. fin. C. vnde vi.

8 ius seruitutis * præscripsisse asseritur, bonam fidem probare debet [a], cùm pro cuiusque rei libertate regulariter præsumamus [b].

a cap. j. de præscript. in vj.
b l. altius. C. de ser. & aq.

SVMMÆ.

1 *Censere variè accipi, censendíque forma.*
2 *Censorum officium.*
3 *Augusto collata potestas, limitata.*
4 *Electorum potestas.*
5 *Italorum, & prouincialium discrimen.*
6 *Germanorum libertas.*

LEX CXI.

1 CENSERE. Censere †propriè est sententiam suam exponere [c], & constituere. Solebant autem à Consulibus Senatores interrogari, quid fieri placeret: Populus verò Romanus, vellet, iuberétne. Quapropter senatum censuisse, populum iussisse, rectè dicimus. Hócque loquendi modo plena sunt antiquiorum autorum volumina: quamuis & censere sit præcipere: quæ enim censuerat senatus, obseruanda omnino e-
2 rant [d], Hinc & censores †dicti, qui quinto quoque anno de ciuium moribus iudicarent, præsentis transactæque vitæ rationem perquirerent, indignos honoribus abdicarent, famosos notarent, publica locarent, censum ciuium peragerent, perquàm necessarius rectè institutis vrbibus magistratus; qui tamen hodie nusquam est, cùm ea quæ ad auaritiam pecuniarúmque æruscationem pertinent officia, mirum in modum coaluerint, vbique laqueos tendentibus Satrapis, hallucinantibus Theologis, adulantibus Iuriscõsultis, persuadentibúsque omnia principibus licere, summámq; eo-
3 rum & liberã esse potestatẽ. Quod †certè in Italia verũ non est: Romani enim cæteris Italis fœdere in societatem attractis, in Augustum lege regia non nisi ius trãsferre potuerunt, quod ipsi ex fœdere habebant: vt ridiculũ sit affirmare, Pontificibus, Ducibus, & quos Ger-
4 manica †voce Marchiones vocant, absolutam in subditos potestatem competere, quæ nec ipsi Imperatori in Italos competit, vnde illi causam habent. Atque

c l. item. §. pridie. de petit. hered.
d §. S. consultum. Insti. de iur. natur.

a l. j. suprà de cens. hinc est quòd suprà in tractatu de censibus [a], †ius Ita- 5
licum à prouincialium iure distinguitur: illi in censum vniuersas facultates deferre tenebantur, & tributum soluebant: ita liberi erant, æquóque cum Romanis iure agebant. Solæ antiquam indolem retinuerunt in Germania †ciuitates, quas illi francas vocant: vt enim 6
Imperatoris fastigium libenter agnoscunt, ita tributis se atteri, violentia vrgeri, tyrannide opprimi non patiuntur.

SVMMÆ.

1 *Lacus littoris iure censetur.*
2 *Lacus publici priuatique discrimen.* 5.

LEX CXII.

in l. litus est. 96.

Littvs. Quod †de littore maris suprà vidimus, 1
producitur per Iurisconsultum etiam ad lacus, dū tamen priuati non sint: sed & si Reipublicæ sit, qui soleat piscatoribus locari, vt est Thrasimenus Perusij, videtur priuatorum naturam sequi, ídque in alluuionis tractatu[b] Bartolus probat. Publicum †ergo lacum pro- 2
priè accipiemus, qui in vsu publico sit, & in quo vnicuique piscari fas est. Sanè lacus est, * qui perpetuam 3
habet aquam[c]. Stagnum*, quod temporalem, vt si hye- 4
me tantùm. Fossa receptaculum est aquæ, manu factū. In eo †autem priuatus lacus à publico differt, quòd pu- 5
blicus eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæstuat: at in priuato id tantùm littoris constituitur, quatenus actum est [d], & in eius venditione tempus contractus obseruamus.

b verbo, flumen. in fin.
c l. j. vt in flum. pub.
d l. rutilia. de cōt. emp.

SVMMÆ.

1 *Legis xij. Tab. caput explicari.*
2 *Morbi sontici vis, & priuilegium.*
3 *Dies fissus, mixtus, variéque acceptus.*
4 *Diei diffindendæ causa.*
6 *Sonticum morbum ex re variè accipi.*

LEX CXIII.

Morbvs. Lege †xii. tabul. qui morbo laborabat 1
in ius venire non cogebatur, nisi aduersarius iumen-

iumentum illi dedisset, vel plaustrum, quo veheretur. Accipit autem ea lex morbum pro aliqua imbecillitate & inualentia, alioquin vbi vitæ periculum vertitur,
2 morbum †sonticum appellat, quasi maiorem, vímque nocendi habentem, vt Sext. Cæcilius Iurisconsultus apud Aulum Gellium* interpretatur. Hoc morbo qui *lib. xx. c. i.
affectus erat, neque in ius venire, sed nec procuratorem mittere cogebatur [a], sententiáque aduersus eum a l. ii. §. si
lata nullius erat momenti [b]. iubebat enim lex iudicij quis in iudi.
diem esse diffissum, cuius nominis rationem ex Seruio suprà si quis
grammatico in vi. Æneid. commentario colligere li- caut.
3 cet. Is † in iure diem fissum dici interpretatur, qui par- b l. quæsitũ. de re iud.
tim religiosus, partim fastus est. Idem opinor qui &
4 intercisus à Macrobio appellatur. Cùm † ergo aliqua negotia expedienda erant, quæ propter religionem differre oportebat, dies diffindebatur, id est, scindebatur in sequentem. Meminit huius vocis præter Aul. Gel. Liuius quoque ab vrbe condita lib. ix. Sed & Ho-
5 ratius lib. ij. Sermo. Nihil hîc diffindere* possum, id est, differre, quo minus pro te pronuntiem. Atque ita ipse sentio, licet indiscussum id verbum Politianus in Miscellaneis cap. xl. reliquerit, idcircóque non omnes suam in sententiam trahere potuerit. Sanè Iuriscon-
6 sultus † hîc simpliciter sonticum morbum diffinit, qui cuique rei, intellige de qua agitur, nocet. Et ideo, ne quis in ius veniat, sonticus morbus accipietur, qui grauior est nocétque, ne venire possit, vt magna febris [c]: c d. l. quæsitum.
ne verò mancipium veneat, sonticus accipietur, perpetuus vel reciduus [d]: non enim est verisimile emptorem, si huiusmodi morbo laborare seruum sciuisset, fuisse empturum. d l. fi. de ædilit. edic.

SVMMÆ.

2 *Legis, Itaque. de furtis. ff. sensus.*
3 *Soluendo, an non, esse variè accipi.*
5 *Indiuiduorum genera, & effectus.*

LEX CXIIII.

1 SOLVENDO. An quis sit *soluendo creditori suo, hoc attenditur, vt solidum possit soluere. Quapro-

pter cùm † lex fulloni aduerſus furem actionem det[a], 2
ſi is fullo domino ſoluendo ſit, niſi poſſit ſolidum da-
re, concedenda ei non erit actio, ne compellatur do-
minus ex vno iudicio duo facere: vt videlicet contra
fullonem ex locato agat, & quanto minùs conſeque-
tur, aduerſus furem condicat: id enim ei damnoſum eſ
ſet: ſed qui cum duobus contraxit, graue ſibi exiſtima-
re non debet, ſi contra duos experiundum erit: qua
ratione † vt quis ſoluendo dicatur, etiam fideiuſſoris 3
facultates ei aggregandæ erunt[b]: ſatis enim eſt, ſi per
alium ſoluendo ſit[c]. Sed & qui in nominibus æs ſuum
habet, ſoluendo dicitur[d]: compelli enim poterit in exe
cutione condemnationis, vt nomina vendat, vel exi-
gat: quod intelligendum ſi debitores idonei ſunt, &
bonam fidem agnoſcunt[e]. Sanè is cuius bona venie-
runt, ſuſpectus eſt, tanquam ſoluendo non ſit[f].
SOLIDVM. Adnotat hinc Accurſius, factum* non 4
videri, quod perfectum non ſit[g]: quæ regula in his
procedit, quæ indiuidua appellamus[h]. Ea † quatuor 5
modis accipi receptum eſt: Natura, vt ſeruitutes. Vo-
luntate contrahentium, vt in eo qui in binos arbitros
compromiſerit, vel binos ſymphoniacos emerit: non
enim veriſimile eſt altero fuiſſe contentum. Forma,
vt in fideiuſſione, * quæ principali obligatione gra- 6
uior eſſe nequit, aliàs penitus vitiatur. Acceſſione, vt
cùm quis Iudæo fundũ cum colonis Chriſtianis ven-
dit: coloni* enim à fundo ſeparari poſſunt[i]. 7

a l. itaque. de fur.
b l. ſi plures. §. præterea. de fideiuſſo.
c l. nemo dubitat. infrà titul. j.
d l. facere. vbi Alexan. ſol. mat.
e l. à diuo. § fin. ſuprà de re iudic.
f l. tres tutores. in fin. de admi. tut.
g l. rei. §. fin. ſuprà eod.
h Bar. l. græcè. §. illud. de fideiuſſ.
i l. quemadmodum. C. de agric. lib. xj.

SVMMÆ.

1 *Fundi etymon, acceptióque varia. 3.*
2 *Agri etymon, & cauſa.*
4 *Poſſeßio vſu quæſita.*
5 *Prædium variè cenſeri, & quæri.*
6 *Alienationis ſpecies.*
8 *Vſucapio, autoritas.*
9 *Autoritas, vendicandi ius.*
10 *Legem, Quæſtio. explicari.*
11 *Poſſeßionem variè definiri.*
12 *Poſſeßionis ab vſu ſeparandæ cauſa.*
14 *Poſſeßionis actus ab ipſa non differre.*

16 *Poſſeſ-*

16 *Possessionum qualitates differentes.* 19. 20.
17 *Possideri per alium posse.*

LEX CXV.

QVAESTIO. Declarat Modestinus, quid inter se differunt quatuor hæc vocabula, fundus, ager,
1 possessio, prædiũ. Et fundum † generaliter accipit pro omni eo, quod solo continetur [a], deducitúrque à verbo fundere: hinc & μεταφορικῶς fundus pro autore accipitur, vt Festus inquit. Sic apud Cic. in oratione pro Cn. Corn. Fundi populi: & apud Plautum in Trinummo: Fundus potior, id est, pes, & fundamentum pro-
2 missionis. Ager † verò non tam latam habet significationem, sed cum fundum significat, in quo agatur. vnde & nomen sumpsit secundum M. Varronem. Ager ergo est, qui colitur, & qui fructuũ causa habetur, cùm
3 fundus † quamlibet soli superficiem, etiam incultam, & nulli vsui destinatam, in qua aliquid fundari possit, si-
4 gnificet. Possessio † is est fundus, qui non iure seu mancipatione nobis comparatus est, sed vsu & præscriptione quæsitus, vt etiam Festus scribit: & ideo eius proprietas ad nos non pertinet. Sed & si pertinere non possit, vt quia res sacra, possideri tamen potest, posses-
5 sióque dicitur. Prædium tam † ad possessioné, quàm ad agrum refertur: vnde siue quis per mancipationem, vel in iure cessionem, agrum, siue per vsum possessionem acquisiuisset, rectè suum prædium appellabit. Tradidit autem Modestinus hanc differentiam, legem XII.
6 tab. interpretans, † quo iure duplex tantummodo alienationis species erat, quæ per nexum, & quæ per cessionem fiebat [b], vt M. Cic. in Topicis declarat. Per vsu-
7 capionem * verò proprietas non acquirebatur, licet iuris autoritate possessor defenderetur. Hinc eodem in
8 opere Tullius † vsucapionem autoritatem appellat ex lege XII. tabul. Autoritas, inquit, vsus fundi biennium est, sit ergo & ædium. Idem Officiorum lib. I. ex eadem lege. Aduersus hostem æterna autoritas. In lege quoque Attinia, cuius Aul. Gel. lib. XVII. meminit, dicebatur, quod subreptum erit, eius rei ęterna autoritas esto, id est, æternum tẽpus ante quàm vsucapiatur.

a L. fund. infrà eodem.

b Cic. l. j. C. de vsu. trãsfer.

Venuleius † autoritatem ius esse interpretatur, quo 9
autor, id est, dominus rem suam vendicare potest: vnde
amitti, inquit, autoritatem, id est, actionem pro cui-
ctione [a], placet. Et † ita accipiendum hoc responsum 10
ipse arbitror: quo sensu ridiculus ipse Valla erit, qui
cùm vulgari interpretationi, vir alioqui non vulgaris
adhæsisset, Iurisconsultum nostrũ increpat, musca pla-
nè, quod dicitur, elephantum. Illud non negauerim, in
posteriore iuris disciplina, hanc differentiam non fuis-
se obseruatã, cuius rei nos etiam Accursius admonet.

Possessio. Colligi† hinc potest diffinitio posses- 11
sionis, vt sit vsus rei à proprietate vel iure separatus.
Hinc vsucapio, id est, acquisitio, quæ per vsum, hoc
est, possessionem fit. Ælius quoque Gallus, cuius re-
sponsa frequenter in Digestis citantur [b], possessionem
definiuit esse vsum fundi, vel ædificij, atque id Fest.
Pomp. refert. Sed & Cor. Fronto: In habente, inquit,
onus, in possidente vsus est. Idcirco † autem à iure di- 12
xi separari possessionem, tum vt ostẽderem ab eo vsu,
quĩ seruitutis species est, differre: tum etiam vt eos se-
querer, qui possessionem facti, non iuris esse censue-
runt: quod apertissimè multis in locis Iurisconsulti
attestati sunt [c]. Nec quicquam me mouet, quòd etiam
ius possessionis aliquando legimus: ex facto* enim ius 13
oritur [d], & ius habere is quoque, qui ex pignore præ-
torio detinet, dicitur [e]: nec idcirco consequens est,
contrectationem illam esse iuris. Summè † autem ridi- 14
culi videntur, qui inter acquisitionem, retentionem,
amissionémque possessionis distinguunt, cùm hi actus
manifestè ab ipsa possessione non differant: sicut nec
procreatio, vita, mors hominis ab homine differunt,
nec qui nascẽdo homo fuit, moriendo est asinus. Qua-
propter si cùm possessio* acquiritur facti est, & acqui- 15
sitam & amissam consequens est facti esse [f]. Eius † pos- 16
sessionis duplex est ratio, seu qualitas: nam cùm quis
corpore possidet, vsúmque rei apprehensæ percipit,
naturaliter possidere dicitur: quòd si verè ipse rei non
insistat, neque vsum percipiat, sed per interpretationẽ
legis, ciuiliter quoque possidet. Qua † ratione per fru- 17
ctuarium, & cũ qui precariò rogauit, possidemus [g]: &
licet

a l. fina. de euict.

b l. nec vti-lem. ff. ex qui. cau. maio.

c d. l. nec vti-lem. l. j. §. j. & ij. de ac. poss.

d l. si ex pla-gis. §. in cli-uo. ad l. A-quil.

e l. si finita. §. pen. de dã. infect.

f l. nemo. C. de acq. poss.

g l. certè. §. j. de precar.

licet ipsi naturaliter fundo insistant, tamen propriè non possident: quia nomine nostro sunt in prædio [a].
18 Ciuilis * igitur possessio semper † iusta est, quoniam
19 lex interpretationem illam, non nisi iusta ex causa ad-
20 hibet. At naturalis † quandoque iniusta est, siue quia res prohibita possideri [b], vt liber homo: siue quia persona incapax, vt seruus [c]: siue causa iniusta, vt raptor: siue iure ciuili inualida [d], vt cùm pater filio, maritus vxori donat [e]. Et ita ipse sentio, licet alij aliter diffusissimis tractibus & à quibusdam recentioribus vsque ad nauseam auctis.

a l. j. in fi. supra de oper. no. nunciat.
b l. quod Seruius. de acq. poss.
c l. iiij. §. fi. eod. tit.
d l. j. §. ij.
e l. j. §. deijcitur. de vi & vi arm.

SVMMÆ.

1 *Filÿs filiam contineri: ex causis diuersum.* 3. 4.

LEX CXVI.

1 QVISQVIS. Cùm testator † vnum ex filiis exheredem fecisset, alios etiam posthumos hac clausula instituit: *Quisquis mihi alius filÿ filiúsve hæres sit*: dubitatum fuit an filia contineretur: & ex proprietate verbi non contineri Labeo, sed ex mente Proculus existimauit: quapropter si aliquibus coniecturis de contraria mente appareat, Labeonis sententia obseruabitur, veluti cùm testator propriis filiabus exclusis, filium instituit, & si sine filiis decesserit, Sempronium: natis enim filiabus, nō deficere conditionem plerique existimauerunt: nam cùm proprias filias pater excluserit, verisimile est multò fortiùs voluisse ab hereditate neptes reiici Sed hoc mihi non sufficere videtur: proprias enim filias propter filij masculi maiorem amorem exclusit: at Sempronium testator non ita amasse existimādus est, vt neptibus suis prætulerit: efficacior est igitur coniectura, cùm ex lege municipali ab intestato succedentes masculi fœminas excludunt: videtur enim testator, cùm de filiis mentionem fecit, eos ad successionem vocasse, quemadmodum à lege vocantur: præsumpta enim testatoris mens, per quam masculinum concipit fœmininum, illi præsumptioni cedit, qua secundùm leges voluntatem suam quemlibet regere [f], accommodaréque dicimus, & in præsumptio-
2 num * conflictu illi potius adhæremus, quæ verborum

f Bart. l. heredes. §. ita; ad Treb.

proprietate defenditur. Cæterùm & † si constitutum 3
sit verba testamentorum ad literam, & sine interpretatione intelligi debere, quod filiis relictum erit, filiæ non præstabitur. atque hoc Iasoni [a] visum est. sed hac in quæstione id ipse non approbauerim, cùm potiùs credendum sit antiquorum exemplo de fœmina quoque actum fuisse: siquidem Næuius Plautúsque casu dandi filiis, non filiabus dixerunt, vt Priscianus lib. VII. probat. Quapropter satis videtur ad literam posse accipi de fœminis, vt meritò sententia Labeonis figuram verborum considerantis, nihil nos moueat, cùm etiam vis verborum expositioni huic non refragetur: tametsi ex frequẽtiore vsu forte aliud sit statuendum. Additur † & à plerisque alia coniectura, vt si in aliqua 4
parte testamenti filiorum masculorum mentionem testator fecisset, quamuis alio in loco simpliciter filios nominet, videatur semper de masculis tantùm intellexisse, sed id non omnino verum est, vt infrà attingã [b].

a Ias. l. qui filiabus. de legat. j.

b l. Herennius. infrà eod.

SVMMÆ.

1 *Soluisse minus non dicitur morator, sorte soluta.*
2 *Fideiussor ex causa in plus quàm reus conuentendus.*
3 *Legem, Non potest. restringi.*

LEX CXVII.

NON POTEST. Finge †, decem tibi ex sorte de- 1
bebam, sed propter morã meã intererat tuâ plus accipere: Iudex me condemnauit in sortem, an ea soluta, dicar minus soluisse? Et hic traditur non videri: eius enim quod ex mora debebam, actio nulla tibi competebat, sed totum officio iudicis continebatur, quod lata sententia amplius non interponitur [c]. Idémque est in fideiussore qui actionis arbitrariæ nomine intercedit: quòd enim propter rei moram ex arbitrio iudex auget, si non soluerit, non tamen minus soluisse videri potest, cùm huius damni causa nulla aduersus eum actio competat [d]. Sed † pone, aliquis fideiussit 2
hoc modo, ex his quæ Titius tibi debet, quanto minùs soluet, spondeo: is Titius miles est, ita quòd nisi in eo quod facere potest conueniri nequit, an fideiussor tenebitur [a]?

c l. v. C. de posi.

d l. fin. de eo quod cer.

nebitur [a]? Et puto teneri: aduersus enim Titium amplioris summæ actio mero iure competit, licet per ex- a l. si cùm. de re iud.
3 ceptionem illi consulatur. Sed † & ei cui pignoris retinendi ius est, minus solutum videtur: tametsi actio illi non competat, vt in chirographario [b] creditore, b l. j. C. etiam ob chirogr.
& eo qui sub pignore mutuauit, & nudo pacto cauit de vsuris [c]. c l. per retentionem. C. de vsur.

SVMMÆ.

1 *Nationum genera, qualitates, & iura.*

LEX CXVIII.

1 HOstes. Nationum † aliæ populo Romano subditæ erant, vt prouinciales, aliæ fœderatæ, quo iure quædam ciuitates & in Asia, & in Hispania, aliisque prouinciis vtebantur [d]: sic etiam Aetolos se Romanis iunxisse, T. Liuius lib. XXXVII. est autor: aliæ penitus liberæ, & suis legibus relictæ, nisi quòd maiestatem populi Romani comiter obseruare tenebātur, vt Massilienses: aliæ hostiles, vt Parthi & Germani, quorum illi propter æmulationem, hi pro libertate aduersus Romanos semper pugnauerunt, donec tandem imperium euerterunt Turcæ, qui ex Perside prouenerant, orientale: Gothi, Hunni, Vandali, omnes ex Germania, occidentale: quod tamen Caroli Magni auspiciis rursus instauratum est. Aliæ nec hostiles, nec aliquo modo illis coniunctæ, vt [e] Scythæ, quos Tartaros vocamus, quíq; Mæotiam incolunt. At cùm Antonini cōstitutione omnes qui in orbe Romano [f] erant, ciues Romani effecti sint, sequitur omnes Christianos † hodie populum Romanū esse: quo iure exciderunt, qui in Asia, Aphricáve, cæterísq; prouinciis sedē CHRISTI non agnoscunt: hi enim hostes populi Romani sunt, & ciuitatis Romanæ ius amiserunt. Hinc est, quòd cū Turcis, & Saracenis indictū nobis est bellum: suntque vicissim iura postliminij, & capti in bello efficiuntur capientiū. At inter Christianos aliud est: cùm enim ex lege CHRISTI oēs sint fratres [g], quæ inter eos mouētur arma, plus quàm ciuilia sunt, vnde ius postliminij in his nō est [h]. Hinc videmus antiquissima consuetu-

d l. non dubito. de cap.
e l. iiij. §. j. de cap.
f l. in orbe. de stat. hom.
g xj. q. iij. c. ad mensam.
h l. si quis. §. si. de cap.

dine introductum, vt capti * libertatem non amittãt, 3
sed præstita victori pecunia (λύτρον Græci vocant) veniam recedendi impetret. Qua ratione etiam arbitror, capta in huiusmodi bello, capientium non fieri: & id præsertim in eo, quod forum conscientiæ vocamus, licet Theologi, vel ματαιόλογοι potiùs, quidam, aliter senserint: nisi ab his capta sint, qui libertatem suam tuentur, & iniustè ab aliquo tyranno vexantur: vnicuique enim iure naturali permittitur defensio, quã nec Christiana lex nobis abstulit: alioquin si duo principes de imperio belligerent, ridiculum est credere permissum esse militibus, alterutrius subditos spoliare, cùm eorũ nihil intersit, vter regnet: paratiq; sint illi victoris imperio obsequi, & quod Petrus in priori epistola præcepit, ὑποτασσεῖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ εἴτε βασιλεῖ, εἴτε ἡγεμόσιν διὰ τὸν κύριον.

SVMMÆ.

1 *Iuris nominum genera.*
2 *Vniuersalia variè censeri.*
6 *Vniuersalia æris alieni nescia, minui tamen posse.*
8 *Bonorum possessor æs alienum agnoscat.*

LEX CXIX.

HEREDITATIS. Nomina † iuris alia sunt particularia, vt obligatio, seruitus, dominiũ: alia vniuersalia ea † tripliciter assumuntur: aut enim vniuersitas 1 2
solius facti, seu corporum est, vt grex, chorus, familia: aut iuris & facti mixtim, vt peculiũ, dos, patrimoniũ: aut solius iuris, vt hereditas: ea * enim nomen seruat, 3
etiam si nulla corpora hereditaria sint[a]: idémque arbitror, si nihil sit in hereditate. Vnde si quis nec alienũ, neque suum æs habens decedat, poterit se proximus agnatus eius heredem appellare, quamuis in hereditate nihil omnino sit: nomen enim hereditas * est iuris, 4
per quod persona defuncti repræsentatur, non autem facultatum. At peculium *, cùm solius iuris non sit, vt 5
nomen suũ habeat, aliquid requirit. Idem in dote & patrimonio. In † his vniuersalibus propter æs alienum 6
non fit deductio corporum: vnde si seruus debeat domino plus, quàm sit in peculio, corpora tamen peculia remanent:

a l. hereditas. de petit. hered.

remanent[a]: & si vxor debeat marito, propter expensas necessarias in fundo dotali factas, plus quā fundus valeat, remanet tamen ex Pompo. Vlpianique sententia fundus dotalis, licet Scæuola omnino desinere[b], Paulus, soluta pecunia, reuerti in causam dotis[c], censuerint. diminuitur tamen vniuersitas ipsa, licet corpora non diminuantur, censebitúrque tanto minus in peculio & dote esse. Sanè quæ corporum* vniuersalia sunt,
7 particulariter vendicari nequeunt, sed vniuersaliter: vt grex[d]. Atque iuris communionem habent, in vniuersum non vendicatur, sed particulariter: quamobrē nec peculium, neque dotem vendicamus, sed rem peculiarem, & fundum dotalem[e].

Bonorvm possessio. Atqui aliud dicendum
8 ex vi verbi videbatur[f], cùm † bona, deducto ære alieno, intelligantur, nec damnosa esse possint: sed in hac cōpositione propriam naturam non seruant: cùm enim vniuersas facultates bonorum possessione prosequamur, absurdum esset, commoda ad nos omnia pertinere, & nulla incommoda[g].

a l. peculiū. §. pen. de pecul.
b l. quod dicitur. de impen.
c l. si is qui. §. j. de iure dot.
d l. vendicatio. de rei vēdica.
e l. si peculium. de pecul. legat.
f l. princeps. suprà eodē.
g l. iij. de bonor. possess.

SVMMÆ.

1 *Legem xij. Tabul. testamentariam explicari.*
2 *Legare variè accipi, ac ex causis obliquari.*
3 *Lex xij. Tabul. alijs restricta.*
4 *Liberis triens, aut semis relinquendus.*
5 *Testatorum repressa potestas.*

LEX CXX.

Verbis. In xii. tabulis lex hæc posita in verbis fuerat: vti qvis legassit, id est, legauerit, svae rei ita ivs esto. Quam legem Iurisconsultus † interpretatur, vt liberam facultatem testatori
1 reliquerit, nō ad legata solùm, sed etiam in heredis institutione, libertatum datione, tutelarum constitutione. Legare † enim verbū, licet ex frequētiore vsu sim-
2 pliciter de his, quæ particulariter verbis directis in testamento relinquuntur, intelligatur, tamen latiorem etiā significationem habuit, idemque est legare, quòd decernere, & mandare: vnde & delegare dicimus. In

testamentis tamen, in quibus verba secundum testatorum consuetudinem accipiuntur, verbum legandi obliquum est. Vnde in substitutione, quam his verbis filio pupillo pater facit, quandocũque decesserit filius meus, omnia bona mea Titio lego: receptum est[a], vt omni tẽpore pro fideicõmissaria accipiatur: nisi ex alia parte testamenti aliud appareat[b]. Quid enim, si aliquãdo Titiũ heredẽ appellet? quid, si dixerit, Seiũ in dimidia parte heredẽ facio, Titio aliã dimidiã lego[c]? Quid si dictũ esset, si filius in pupillari ætate decesserit, omnẽ eius hereditatẽ Titio lego[d]? Arguitur enim his casibus mens testatoris directè non per fideicommissum instituere volentis. Idem, si nemine instituto, hereditatem suam se legare dixerit: videtur enim tunc verbum legare ad institutionem referri, quod plerique probãt[e]. Sed & si constitutum sit, ne maritus habens filios aliquid vxori legare possit, crediderim institutionẽ quoque vetari: eadem enim est ratio, & verba inferre hoc possunt[f], tametsi aliter Corn. respõderit[g]. Quomodocunque igitur de re sua quis decreuisset, ex XII. tabul. verbis obseruãdũ fuerat. Vnde cùm eo iure pater in filios plenam potestatem, iúsque necis & vitæ haberet[h], si tutores illis constituebat, de re sua decernere dicebatur. Coangustata † autem fuit hæc potestas variis legibus & Senatuscõsultis: & in primis Augusti tempore, 3
vt Dion scribit, C. Falcidius Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quàm vt quarta pars heredibus superesset. Addit Hieronymus in chronica Eusebii, quartã † partem heredibus necessariò relinqui debuisse, si quatuor aut minus essent: si autem 4
plus quatuor, medietatem: eo tenore, vt siue liberis, siue propinquis, vel exteris pater sua legaret, illa pars, quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit, & legatis fruentibus, & eisdẽ carẽtibus æqualiter diuideretur. Aelius † quoque Sentius, & Fusius Caninius libertatum conferendarum ius restrinxerunt[i]. Nam ille 5
in fraudem creditorum manumitti vetuit, minoribúsque vigintiquinque annis, nisi causa cognita, hoc ius non concessit. At lege Fusia[k], quoniam plerique nimis liberales, prodigíque cùm morerentur, erãt, certus fuit consti-

a Bar. l. Centurio. de vulgar. supra.
b c. Raynaldus. de test.
c l. mulier. §. fin. ad Treb.
d Bal. l. fina. C. famil. ercisc. in fin.
e Bal. Corn. l. ij. C. commu. de lega.
f l. filium. §. sed si portio. de leg. præst.
g Consilio clxxxvj. in j.
h l. in suis. de liberis & posthumis.
i institu. qui manu. non poss.
k institu. de lege Fusia Can. tol.

constitutus numerus vltra quem testamento libertas seruis dari non poterat: quam rem diffusè Caius [a] Institutionum libro primo prosequitur. Sed Iustiniani constitutione aliter cautum est: Pegasiano quoque Senatusconsulto, & Trebelliano, eadem potestas, quæ ex lege XII. tabul. competebat diminuta fuit: tum etiam aliis legibus quæ testamenti factionem certis personis auferebant. Sed & generaliter proditum est, neminem
6 facere posse, quominùs in suo testaméto * leges sibi locum vendicent, vt quamuis testatoris voluntas potestati legis æquipararetur[b], non tamen iuri publico derogare possit: quod in his legibus consistit, quæ bonos mores respiciunt, vel certam formā inducunt, vel clausulam derogatoriam habent[c].

a titu. ij. de nu. ser.

b §. dispo-nat. in auth. de nup.

c l. nemo. de lega. j.

SVMMÆ.

3 *Vsura legibus ex causis permissa, à CHRISTO vetita.* 6.
4 *Vsura, bellua.*
8 *Vsuras, in casibus deberi.*
10 *Vsurarum incommoda.*
11 *Legis, Eos. C. de vsuris. sensus & summa.*

LEX CXXI.

1 VSVRA. Vsura † sortis accessio est, quæ propter mutuo datæ pecuniæ vsum, vel etiam morā exigitur.
2 Ea iure * ciuili vsque ad legitimum modum permissa fuit[d], sed diuinis CHRISTI traditionibus omni-
3 no prohibita. Cùm enim † non nisi ab indigentibus ex quadam necessitate, sub fœnore mutuò pecuniæ acciperentur, accidebat plerunque, vt ipsi propter certitudinem promissionis soluere tenerentur, cùm nullos fructus rerum suarum percepissent, sicque ad inopiam redigebantur: quapropter legibus fœnebre hoc malum temperatum est. At CHRISTVS non conuenire existimauit mutua, quæ amicorum causa inducta sunt, in lucri certitudinem vertere: atque ideo vetuit,
4 ex mutuo quicquam sperari. Apud † Aristophanem in Nubibus describitur τόκος (sic enim à partu vsura dicitur, sicut à fœtu fœnus) esse bellua quæpiam, quæ ex processu temporis argentum semper numerosiore fœtura progeneret.
5 Eā † in fructu nō esse, hoc est, naturali-

d l. eos. C. de vsuris.

ter ex re nō oriri, Iuriſconſultus hîc tradit, ſed extrin-
ſecus prouenire. Debetur † enim ex alia cauſa, id eſt, o- 6
bligatione: quandoquidem vſuræ ex contractu prin-
cipali non debentur[a], ſed opus eſt ſtipulatione: ſunt e-
nim odioſæ, & ideo ex pacto † nudo non debentur, ex 7
earum ſolutione obligatio non arguitur[b], ex lapſu tē-
poris earum remiſſio faciliter preſumitur[c]: debentur
† tamen ex quorundam contractuum natura[d]. Illud cō- 8
ſtat, quoties ex mora fructus non debētur, nec vſuras
deberi. Sanè vſuras, quas ex peculio profectitio filius
lucratur, non eſſe peculij Oldrad. Albericúſque exiſti-
mánt, quoniam hîc peruenire extrinſecus dicātur. Sed
non dubito contrariam ſentētiam veriorem eſſe: qua-
lecunque enim lucrum *peculio accedit[e]. atque ideo ſi 9
pater peculium petat, eas cōſequi debebit, & reſtitue-
re: ſed ſi tanquā vſuras petat, improbè petit[f], vt pleriſ-
que viſum eſt. In generali tamen peculij cōceſſione nō
eſt exiſtimandum, mandaſſe patrem filio, vt fœneret:
id enim turpe eſſet, & reprobum[g], quod genus mādati
in dubio præſumendum non eſt. Extat Plutarchi libel-
lus περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, quo vniuerſam fœneran-
di rationem damnat, quòd contra naturæ regulam ſit,
quæ eſt, ex nihilo nihil gigni: quod paupertati † vni- 10
cum eius ſolatium nempe animi ſecuritatem, aufert;
quòd nondum natos fructus deuoret: quòd qui acci-
piunt ſub vſuris, vorſuram ex vorſura facientes, nun-
quam ſe extricant, quòd ſimiles Phinei ſint, cui Har-
pyiæ victum deuorabant: quod vt plurimum ex luxu
æs illud alienum contrahebat: conſulítque potiùs he-
redium quodlibet vendendum, quàm mutuo à daniſta
quicquam accipiendum. Apud nos † certè publicè in- 11
tereſſet legem ciuilem obſeruari[h], quæ certum modum
fœnerantibus conſtituit, vt qui eum excederent, ple-
ctērētur: nam propter Canonum prohibitionem, non
niſi peſſimus quiſque & impudētiſſimus fœnerat, *qui 12
cambii vel eius, quod intereſt, nomine vel alio ficto ti-
tulo indigentem, atque neceſſitate, quod humaniores
non reperiat, compulſum, deglubit: nec epiſcopi & ſa-
cerdotes id hominum genus vllo modo coercent, ſed
adiuuant potiùs, ſuis quoque pecuniis daniſtæ in id
lucrum

a l. iii. C. de vſu.
b l. creditor. eod. titulo.
c l. cùm quidam. §. 1. ſupra eod.
d l. videamus. eod. tit.
e glo. Bal. in l. cùm oportet. C. de bonis quæ libe.
f xlvi. diſt. ſicut.
g l. ſi procurator. de condict. indebi.
h l. eos. C. de vſuris.

lucrum clàm creditis, quod & diuus Cyprianus conqueritur.

SVMMÆ.

1 *Filio vno omnes contineri.*
2 *Fœminas formulæ filio, filiísque inesse.*
5 *Masculorum conditio, fœminis deficit: ex causis contrà.*
6 *Legis, Herennius. sensus.*
8 *Nepotes liberos dici.*

LEX CXXII.

1 HERENNIVS. Cùm †testator plures filios impuberes habẽs, simpliciter scribit, filio tutores do, propter incertitudinem de omnibus sensisse videtur[a]: nõ enim est ratio, cur magis de vno, quàm de alio accipia-
2 mus, meritò omnes continentur. At si dixerit, filio † filiísque meis, quidam fœminas non comprendi dixerunt, quasi nominũ masculini generis geminatio mentem ejus arguat eiusmodi esse, vt de fœminis non intellexerit. Sed id Pomponio non placet, quandoquidem huius geminationis alia potius coniectura assumenda sit: nimirum cùm de singulari dixisset, ad pluralem numerum transitũ fecisse, vt omnibus filiis con-
3 suleret: & ideo à regula non esse recedendum, vt † filiorum appellatione filiæ quoque contineantur. Et hinc
4 sumi argumentum potest, * cùm in testamento filiorũ masculorum mentionem testator fecit, si alia in parte simpliciter filios nominet, etiam fœminas contineri.
5 Quapropter in hac substitutione, filios meos † masculos instituo, si sine filiis decesserint, Sempronius heres esto: nata filia, Sempronius conditione defectus censebitur: si enim neptes testator excludere voluisset, vtique qualitatem priorem repetiisset, vt Ancharanus[b], Anania̋sque respondit: idémque Iasoni[c], recentioribúsque quibusdam visum est. Aliis tamen idem non videtur, maximáque cõtrouersi iuris hæc est quæstio: sed priorem sententiam ego magis probo, nisi aliqua verba addita proponãtur, quæ vim repetitiõis habeãt, vt cùm cõditio sic cõcipitur, si decesserit sine filiis masculis, vel nepotibus: videtur enim masculis repetitũ[d].

aliàs, Seruius.

a l. si quis ita. de testa. tut.

b Anch. cõsi. cxx.

c Ias. l. qui si liabus. Alex. consilio xl. in iiij.

d Com. cons. cxxvii.

Idē si filiabus in re certa institutis, & masculis heredibus relictis scriptū sit, omnes filios meos inuicē substituo, intelligemus de masculis[a]: substitutum enim in portionib' hereditariis videtur, quæ nullæ apud filias erant. Quod & in ea specie traditū est, cùm dictum est, Si quis eorū decesserit, portio superstitibus relinquatur[b]: eorum enim, id est, masculorū, accipimus, qui ipsi heredes fuêre. Sed & in ea conditione, Si filij mei sine filiis morientur, vel ex eis vnus tātùm remaneat, & filios non habeat, tūc ille, qui remāserit filius masculus, centū Titio det. Respōdit Nicolaus[c] Abbas, si fœmina supersit, nō videri cōditionē euenisse: quoniam licet prius filiū simpliciter appellauerit, dū tñ paulo inferiùs addidit masculinū, satis ostendit de fœmina nō ītellexisse.

EVNDEM SEXVM. Atqui filiis, in dandi casu, etiā de fœminis intelligitur, vt ex Næuij Plautique autoritate Priscianus lib. VII. docet. Sed† Iurisconsultus ad tem porum suorum frequentiorem vsum respexit, quo filiabus plerunque dicebant, non filiis. 6

FACTI QVAESTIONEM. Propter incertitudinē voluntatis testatoris, quæ ex coniecturis colligitur, ius verò semper certum est: vnde & articulis iuris* respōdere nō cogimur[d]. Probabilis tamen in iure est dubitatio, propter altercationem sententiarū, succuriturq; in eo erranti, sicut si in facto erraret[e]. 7

LIBERIS. Sed† an nepotibus? & hic videtur probari de eis quoq; ītelligi: quod tamē falsum est[f], cū testator filiis tutores dedit: nec Iurisconsultus hîc vult idē esse, siue filiis, siue liberis dictū sit: sed ideo dixit liberis, vt elegātiùs loqueretur, nec idē verbū repeteret. Si tamē solos duos filios testator haberet, & ex alio præmortuo plures nepotes, putarē de eis quoq; sēsisse cū videri, ne subiiciēdo dictionē filiis, videatīcōtinēti se correxisse. 8

a Bar. l. Lucius. de vulg.

b Bart. l. fin. ad Trebell.

c Abb. cōsil. xxxvj. in j.

d l. ornamētorum. de auro leg.

e Soc. in rub. de reb. dub.

f l. sed si nep. de test. tut.

SVMMÆ.

1 *Legis, Verbum, erit, sensus.*
2 *Verbum, erit, pro adiuncto accipi.* 11.
3 *Præsens in incertis ad futurum referri.*
5 *Præsens actibus certis spectari: ex causis diuersum.* 8.
6 *Vniuersalibus futurum contineri.*
7 *Fœdus socijs cauens ad futuros produci.*

LEX CXXIII.

1 VERBVM, ERIT, Explicat †iurisconsultus, quomodo verbū, erit, ad præteritū trahatur: in quo articulo dubitasse veteres legis Attiniæ īterpretes li. xvii. c. vii. Aul. Gel. tradit: qua de re P. Nigidius in hūc modū
2 disseruit: † Verbū, esse, atq; erit, quādo per se ponūtur, habēt, atq; retinent tēpus suū: cū verò præterito iungūtur, vim tēporis sui amittūt, & in præteritū contendunt, cùm enim dico, in cāpo est, in comitio est, tēpus instās significo: itē cùm dico, in cāpo erit, tēpus futurū demōstro: at cū dico, factū est, scriptū est, subreptū est, quanquā verbū, est, tēporis sit præsentis, cōfunditur tamē cū præterito, & nō minùs p̄sens, quàm præteritū ost: dit. Idē cū dico, subreptū erit, nō duo, sed vnū verbū est, quod vnica patiēdi declinatione nō solū futurū, sed & præteritū īdicat: hæc ille. Vnde apertissimè Iuriscōsulti respōsum hoc declaratur. Cæterùm in iure perquàm ambigua q̄stio est, quādo ad futurū tēpus in-
3 certa † dispositio producēda sit: & in his casib⁹, quibus suprà retuli, præsens tēpus etiā ad futura referri[a], dubiū non est, multò magis indefinitū referri debere: id e-
4 nim omnia* tēpora cōprendere potest, propriè tamen de præsenti actū potiùs intelligitur, ídque regulariter
5 obseruatur. Quapropter † in cōtractu emptionis, tēpus præsens inspicitur[b]: in rescriptis, cōpromissis, renūtiationibus feriarū, cōcessione sacerdotiorū, de futuris[c] litibus, feriis, sacerdotiis nō accipietur: & publicatio bonorū[d], immunitas ædicularū, bona p̄sentia, ædiculásq;
6 continebit[e]. Nō † obseruatur tñ hæc regula certis casibus, veluti in vniuersalibus, vt si quis gregē leget, vel peculiū: capita enim, q̄ accedūt etiā gregi imputantur[f]. Idē si me familiā que meā hospitari promiseris: si enim mihi familia iustè augeatur, nihilomin⁹ eā recipere debebis[g], nisi magnū tibi dānū immineret[h]. Sed & si generaliter oīa bona sua, vel eorū vsūfructū q̄s legauerit, in vniuersū disposuisse ītelliget, & idcirco futura bona
7 cōprendet[i]. In priuilegiis quoq;,* ne cōtra naturā suā tēporalia sint, de subrogatis ītelligem⁹: vt si antistiti cōcessum sit, vt quatuor ei⁹ clerici, tametsi ab ecclesia ab

a l. verbum oportet. suprà eodem.
b l. Rutilia. de contrahē. emption.
c l. ss. l. si stipula. fuer. §. j. suprà de verb. obliga.
d d. l. si tibi. §. is cuius. suprà mandat.
e c. cùm capella. de priuileg.
f l. grege. de legat. j.
g Alexand. clxxviij. i ij.
h c. quanto. de censi.
i l. quoties. § fi. de vsufr.

sentes, sacerdotiorum fructus acquirant[a]. Idémque quoties de solo concedentis damno agitur: fit enim plenissima interpretatio, atque ideo de futuris quoq; actum censetur, ne diuersum ius hisdẽ de rebus constituamus[b]. Cæterùm † & si cõtrahentes futura prouidere potuerũt, generaliter de eis quoque promissio accipietur: vt si quis promiserit luminibus non officere[c]. Quod etiam alia ratione niti potest: qui enim sibi ita cauet, non idcirco renuntiare intelligitur, quominus sibi liceat ampliores fenestras facere: absurdúmq; esset, si illis per vicinũ obstrui luminibus liceret: quam rationem in nõ dissimili casu T. Liuius libro XXI. adfert. In fœdere Romanorum Carthaginiensiúmque cautum erat, ne alteri alteris, † sociisve bellum inferrent: deinde Romani Saguntinos in socios adsciuerũt, quibus Carthaginienses intulére bellùm: quæsitũ fuit, an id ex fœdere liceret, videretúrque futuris sociis ea conuentiõe prospectum: qua in re Liuius, Si in priore, inquit, fœdere staretur, satis cautum erat Saguntinis, sociis vtrorumque exceptis. Nam neque additum erat, his, qui tunc essent: nec, ne qui postea assumerentur. Et cùm assumere nouos liceret socios, quis æquum censeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi? Tantùm † ne Carthaginiensiũ socij, aut solicitarẽtur ad defectionẽ, aut sua sponte descifcentes reciperentur. Angelus[d] in proposita specie ideo ad futuros socios fœdus trahi existimauit, quoniam mutua promissio est, quæ vtrique vtilis esse potest. Sed ipse etiam, si ab altera tãtùm parte promissum sit, idem opinor[e], quod & frequentius[f] receptum videtur[g].

8 9 10

Codicillis. Legata* codicillis iure veteri dari non poterant, vt Institutionum libro ij. Caius scribit, & ex recentioribus aliqui[h] tradiderunt, nisi hi codicilli testamento confirmati essent. Pone ergo sic in testamento dictum, quòd in codicillis scriptum erit, † vel quod quibusque tabulis reliquero, valere volo: intelligẽtur hæc verba, cùm moriar, quodcunque codicillis, vel tabulis reperietur scriptum[i], siue ante testamentum scriptæ sint tabulæ, siue post.

11 12

a Gemi. c. si. eo. tit. in vj.
b c. quia circa. de priuil.
c l. si seruitus. suprà de seruitu. vrb.
d Cõs. cclx.
e argu. d. l. si seruitus.
f Io. And. in rubrica de treug. in Specul.
g Ias. d. §. cùm stipulamur.
h Raph. Are. l. à. de leg. 1.
i l. plotiana. de iure codi.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Alternatiuorum genera, & differentia.*
2 *Legem, Hac verba. explicari. 6.7.*
3 *Diem naturalem intelligi ex causa.*
4 *Oppositorum natura.*
8 *Historiæ argumenta.*

LEX CXXIIII.

1 HÆc VERBA ILLE. Disiunctiua † est, quæ inter contraria ponitur, quorum vno posito, alterum tollitur, sublato ponitur. Subdisiunctiua est, quæ diuersa diuidit, siue ea simul esse possint, siue non possint.
2 Intelligo autem hoc † in loco cõtraria, quæ nullo medio inuicem repugnant: diuersa quæ medium habent, vt sedere, & ambulare: medium enim est accumbere, & stare. Idem si inuicẽ nõ repugnẽt, vt in homine actiua, & passiua qualitas: sed & quoties sensus coniungitur, licet verba disiungãtur, subdisiunctiua est, vt Alexander siue Paris[a]. Idémque si aurum, vel argẽtum à te petam: nõ enim alterum peto, vt alterum excludam, cùm vtrunque sim paratus accipere. Communi autem vocabulo tam disiunctiuam, quàm subdisiunctiuam, recentiores alternatiuam vocant, quam vocem non omnino barbaram existimo, vel veteribus quibusdam vsitatam.

a Bar. in rub. C. de nauic. lib. xi.

3 AVT DIES. Hinc argumentum colligitur †, quoties diei fit mentio, ad differentiam noctis, de naturali intelligi, non de ciuili. Est autem naturalis ab ortu ad occasum solis, vt Censorinus tradit: quapropter post occasum, tametsi lux aliqua adsit, nox dicitur, sicut & ante ortum albescente cœlo: idque plerisque visum est[b].

b Bart. l. aut facta. §. tempus. suprà de pœnis.

4 POSITO ALTERO. Natura † enim oppositorũ est, vt se inuicem tollant non vt ponant: hinc solemus di-
5 cere, contrariorum contrariam iuris * dispositionem esse: quod verum, si contraria inuicem ratione nitantur.[c] alioquin si eadem vtriusque est ratio, tunc eadem contrariorum (vt vulgò dicitur) est disciplina.

c l. fuit. de acquir. here.

ITA SIMILI. Castigatior lectio, item.

FINIBVS. Id est, terminis. Sunt autem termini præ-

dicatiuarũ partes, verbáq; quibus propositio cõnecti-
tur.†Sed hic finibus vsus est Iurisconsultus, vt ostẽde- 6
ret, inter has propositiones mediũ quiddã esse, atq; ideo
inter diuersa, non inter cõtraria subdisiunctiuã poni.

ACCVMBIT, QVI IACET. Occũbit, qui in faciem cadit: hinc milites, qui morientes mordicus humum cã ptabant, occumbere dicebantur. Incubat, qui fouet: hinc gallina incubatrix.

AVT FACIT. Accursius ridiculè ad coitum hæc re-
fert, cùm Iurisconsultus velit † in quocunque animali 7
esse adfectus, seu qualitates actiuas. & passiuas, quod à
dialecticis acceptũ est, qui in subiecto has x. prædica-
tiones constituunt, Substantiã, Qualitatẽ, Quantitatẽ,
Relationẽ, Locũ, Tempus, Sitũ, Habitum, Actionem,
Passionem: quæ si quis intelligere cupit, librũ Aristote.
περὶ κατηγορίας consulat. Sanè & Plutarchus † historicæ 8
narrationis argumenta hæc esse prodidit, Personam,
Causã, Locũ, Tẽpus, Instrumẽtũ, Actionẽ, Perpessionẽ
Modũ. Qua in distinctione Aristotelẽ videtur imitatus.

SVMMÆ.

1 *Legis, Nepos. sensus. 10.*
3 *Potest, verbum variè ex re accipi.*
6 *Verba ex mente accipienda.*
8 *Ambigui & obscuri discrimen.*
11 *Deductionis ne egeat forma, modúsve.*

LEX CXXV.

NEPOS. Cũ†socer genero dotẽ promittit, cũ pote- 1
rit, vel cõmodũ erit, vel commodissimũ[a]: intelli-
gitur cũ deducto ære alieno, & salua dignitate, pote-
rit: atq; ita omnes hoc respõsum interpretãtur: quãuis
Proculus apertè nõ explicet, an illa promissio, cũ pote
ro omnino idẽ polleat quod cũ cõmodũ erit: potuítq;
probabiliter dubitari: quoniã socer, q simpliciter dotẽ
promisit, nõ nisi in id, quod facere potest, dãnatur, nec
tamẽ æs aliẽnũ deducitur[b]: ergo huiusmodi promissio
cadẽ ratiõe, extãte ære alieno, videbatur ĩtelligẽda. Ac-
cedit his, quòd de fauore dotis hic agitur, quã solidã
solui* publicè interest, & pro qua in ambiguis pronũ- 2
tiandũ est. Sed tamen ex coniectura mentis aliter Pro-
culo

a l. auus. de iure dot.

b l. sunt qui. l. sicut. supra de re iudica.

culo visum est, vt plerique omnes interpretantur.

3 Possit. Significat † id verbũ simpliciter potentiã, nulli necessitati subiectã, idque ex sermonis proprietate, à qua tamẽ ex cõiectura mẽtis quãdoque recedimus vt cùm testator heredi diligentẽ agrorũ curã mandat, vt ad filios peruenire possint: hís enim verbis fideicõmissi

4 si necessitas inducitur[a]: quoniã † in fideicõmissis nihil refert, quẽadmodũ verba cõcipiãtur, dũ mẽs colligi possit. Sed & si quis seruũ liberũ esse velit, cũ decem heredi dare poterit, nisi res ipsa detur, libertas nõ competet[b]: non enim cõditio solius dilationis causa adiecta videtur sed vt heredi quoque consultũ sit. In casu quoque nostro, cùm quis daturum se spondet, cùm poterit, interpretatione promissionem moderamur: quoniã non videtur promisisse, quod cum summo incommodo facere potest[c]. Quoties verò negatiua cõiunctio id verbum præcedit, præcisam necessitatem inducit, generaliterque modum omnem remouet, vnde effici dispositio posset[d]. Quod tamen ex subiecti argumenti natura quandoque non recipitur, vt cùm Roma. Ponti-

5 fex se non posse* dispensare ait[e]: intelligitur enim, nisi ex iusta causa, vel cùm id quod ad suam notitiã peruenisset, non potuisse vicinos latère affirmat[f]: accipiemus enim, non potuit, id est, non potuisse præsumitur. Sed & quamuis lex pupillum non obligari dicat[g], vel alteri stipulari alterũ nõ posse[h], naturalẽ tamen obligationẽ nõ prohiberi interpretabimur.

6 Id quod actum. Cùm † enim verba sensum nostrum exprimant, is in primis spectandus est. Vnde in contractibus illud obseruabimus, quod verisimile est à partibus fuisse actum, quòd si verba huiusmodi sint, vt verisimile sit, alteram partium vno modo, alteram alio intellexisse, contra eum fiet interpretatio, qui legem potuit apertiùs dicere. Quapropter contra venditorem[i], locatorem, stipulatorem[k] in dubio intelligemus, vt ei faueamus, qui se obligat: satis apertè locutus tamen videtur, qui generali vsus est verbo[l].

7 Ambigui. Chrysippus omne* verbum ambiguum natura esse ait, quoniã ex eodem duo, vel plura accipi possunt. Diodorus autẽ, cui Crono cognomentũ fuit:

a l. fideicommissa. §. hæc verba. de leg. iii.
b l. iij. §. si quis sic acceptum. de statulib.
c gl. l. iij. de ann. leg.
d gl. ca. j. de reg. iu. in vj.
e ca. literas. de restitut. spol.
f c. quantò. de præsum.
g l. obligari. de aut. tut.
h §. alteri. Instit. de inutil. stipu.
i l. veteribus. de pact.
k l. quicquid. de ver. oblig.
l l. in lege. loc.

Nullum, inquit, verbum eſt ambiguum, nec quiſquam ambiguum dicit, aut ſentit, nec aliud dici videri debet, quàm quod ſe dicere ſentit is, qui dicit: at cùm ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud accepiſti, obſcurè magis di ctum, quàm ambiguè videri poteſt: ambigui enim ver bi natura illa eſſe debuit, vt qui diceret, duo, vel plura diceret: nemo autem duo vel plura dicit, qui ſe ſentit vnũ dicere. Hæc A. Gellius lib. xj. cap. xij. Sed ego † am- 8
biguum eſſe accepi, quod in ambas partes agi poteſt: obſcurum, quod in quamplurimas: vt ſi quis leget fun dum: quamplures enim ſunt fundi. cõfunditur tamen ab autoribus plerunque hæc differentia.

Sensit. In primis * tamen conſideranda ſunt ver- 9
ba, à quorum propria ſignificatione non eſt recedendum [a], niſi de mente conſtet expreſſa, vel etiam præſumpta [b]. Idem cùm in ſuperuenienti caſu, ſi de eo cogitatum eſſet, veriſimile fuerit teſtatorem aliquo modo diſpoſiturum [c]: id enim in teſtamentis obſeruatur, dum verba non repugnent. Quòd ſi verba certa ſint & clara, ab eis nunquam recedimus [d]: tametſi alia voluntas teſtatoris allegetur [e]: non enim ſufficit voluntas, niſi diſpoſitio, ſeu actus ipſe accedat.

a l. non aliter. de leg. iij.
b l. cùm auus. de cõdi. & demonſt.
c l. tale. in fi. de pact.
d l. Labeo. de ſup. leg.
e l. quidam. de hered. in.

Potero. Sed hoc † non ſufficit, cùm euenire poſ- 10
ſit, vt deducto ęre alieno, adhuc commodè ſoluere nequeat: vnde prior hæc interpretatio ei, quæ ſubſequitur, coniungenda eſt.

Dignitate. Id eſt, commodo. Nam ſi miles eſt, ei relinquenda ſunt arma, ſicut ſcholaſticis libri, quod Accurſ. tradit: nec enim huiuſmodi inſtrumenta in obligatione generali comprenduntur, nec in his Seruiana locum ſibi vendicat [f]. Hincque argumentum accipitur, quoties priuilegium quis habet, ne condemnetur, niſi quatenus facere poſſit, debere ita fieri deductionem † ne egeat, relinquendúmque ei eſſe, vnde 11
ſecundùm dignitatem ſuam, honeſtè cum familia ſua viuere poſſit, quod pleriſque viſum eſt [g]: poterunt tamen, quæ ad mollitiem pompámve pertinent, omnia auferri, vt mullæ inſtratæ, quæ vrbem perambulandi cauſa ſolùm habentur, ſerica veſtis, tapetia, ídque genus ſimilia: nec enim apud ſeueros & graues viros quiſ-

f Iaſ. §. item Seruia. Inſti. de action.
g Aret. conſil. xvii.

quisquam minoris autoritatis est, quia huiusmodi non habeat.

SVMMÆ.

1 *Venditoris officium.*
2 *Formulæ, vti optimus, &c. sensus.*
4 *Formula ius fundi etiam heredem tenet.*
6 *Ratione leges censeri.*
7 *Seruum absentem lege Iulia teneri.*

LEX CXXVI.

1 SI CVM FVNDVM. Cùm † quis rem vendit, liberam vendere tenetur, vel emptorem admonere: quòd si se vti optimus maximúsque est, fundum vendere dixerit, fit huiusmodi verborum ea interpretatio, vt ab omnibus seruitutibus liberum tradere videatur: sed si subdiderit clausulam illam, quæ in plerisque instru-
2 mentis solet apponi, † videlicet, Ius fundi deterius per dominum factum non esse, præcedentia secundum hanc declarantur, generalísque clausula à subsequenti declarationem accipit. Cùm enim constet hoc actũ, vt ius fundi diminutũm non sit, si tradatur vti optimus, maximúsque est fundus, fit relatio ad id quod a-
3 ctum est: dictio enim vti, ad aliud *relatiua est, non ex se dispositiua [a].

IVS FVNDI. Clausula hæc eadem est cum ea, quam tabelliones barbarè, pro dato, & facto suo tantùm ap-
4 pellant: † quam si venditor in contractu apposuit, nihilominùs successoris quoque sui factum promisisse videbitur: censetur enim is eadem persona: qua ratione si res ex facto quoque autoris sui euincatur, venditor obligatus erit [b]: videtur enim solũ euictio, quæ ab extraneis fieret excepta [c]. Quapropter & si ex facto autoris singularis euincatur, venditor non tenebitur: is enim venditori extraneus censetur, cùm in eum personales actiones non transierint [d].

NON ESSE PER DOMINVM. Concepit Iurisconsultus verba clausulæ in tertiam personam, alioqui venditor solet dicere, ius deterius per se factum non esse.

a l. i. vti poss.

b l. stipulatio ista. in prin. de ver. oblig.

c Bar. l. si seruus. de cód. furt.

d Crem. singul. clvii.

PRAESTABITVR. Alij codices, id præstabitur, & castigatius.

POSTERIOR. Subsequens * ergo clausula præcedentem generalem restringit: quod verum est, quoties præcedens ad sequentem se refert [a], vt in hoc responso, vel aliàs ambigua incertáque est. idem si vtraque clausula ab eodem verbo regimen, determinationemque accipiat [b]. Sed & ne posterior specialis dispositio frustrà adiiceretur, præcedentem generalem arctari dixit Bal. [c]. Quod † tamen non omnino verum est, attendimúsque in vniuersum rei gestæ rationem, à qua dubium non est, quamlibet dispositionem regulari, vt vbi cesset ratio, & dispositio quoque cesset: cessare autem non dicetur, si aliquo modo applicari negotio possit. Ecce, Lex Iulia quò faciliùs per quæstionem explorari † de adulterio dominæ posset, vetuit intra certum diem seruos manumitti, an de eo quoque seruo intelligemus, qui absens fuit? Et receptum est, hunc etiam contineri [d]: non enim omnino ratio cessat, cùm is de priori vita attestari possit: vnde subsequentis indicia assumuntur [e]. Adde, quòd si dubitaretur, absens an præsens fuisset, iudices vt libertati fauerent, potiùs absentem pronuntiassent, exemissentque quæstioni [f], quod præter legislatoris mentem accidisset. Sanè * & illud constat, ex scripturæ proximitate sumi plerunque rationis mentísque coniecturam [g].

5 6 7 8

a l. legatorũ. in fin. de legat. ii.
b l. nã quod. §. fin. de pe. legat.
c Bal. l. quoties. C. fami. ercisc. l. quæ situm. in fin. de fund. instru.
d l. prospexit. suprà qui & à quib.
e c. mãdata. de præsum.
f l. iii. §. i. de ali. iud. mu.
g l. si seruus. pl. §. final. de leg. i.

SVMMÆ.

1 *Vestium genera, & vsus.*
2 *Legem, Vestis. explicari.*

LEX CXXVII.

VESTIS. Vestimentorum † alia virilia, alia muliebria, alia communia viris mulieribúsque sunt: ea igitur omnia vestis appellatione continentur. Sumpta autem videtur hæc vox à Græco sermone ἐσθής. Addit Iurisconsultus etiam scenicas, tragœdicas, comœdicásque contineri. Solebant enim in scena vsui esse pleraque indumenta, quæ à choragis assumebantur, quæque præbenda ædiles locabant, vt est apud Plaut. in Persa. 1

l. vestis. & vestimenta. ff. de aur. et arg. leg.

Perſa. De huiuſmodi veſtimentis non pauca prodidit Iul. Pollux Onomaſticôn libr. IIII. vbi tragicas veſtes his deorum heroúmque perſonis aptas refert, quæ repræſentabantur: ſicut & comicas, quales in ſeruis palliolum album, coquis duplum & rude, aniculis veſtis gilua, vel cœleſtis coloris, iuuenibus byſſina, lenonibus tunica florida, & circumplexa, paraſitis nigra, vel fuſca, ruſticis pellis caprina, adoleſcentibus purpurea.

2 CITHAROEDICA. Suas †citharœdis veſtes, ſuáſque item aulœdis, tragœdíſque fuiſſe, Lucianus in Cynico oſtendit. Intelligi autem hinc poteſt, thymelicorum ornamenta, à cæterorum indumentis diuerſa extitiſſe. Thymelici verò ſunt fidicines, cithariſtæ, lyriſtæ. Tibicines, qui in orcheſtra actiones ſuas peragebant, ſicut hiſtriones in ſcena, vt M. Vitruuius eſt autor. Quamuis igitur hæc indumenta certis ſolùm actibus vſui ſunt, veſtium tamen appellatione continentur. Quapropter cùm hodie ſub Veris initio, ex antiquorum conſuetudine, cuius hiſtoriæ libro primo Herodianus méminit, ſoleant iuuenes perſonati choreas & ludicra exercere, legatis veſtibus, de eis quoque intelligetur, quæ in eum vſum paratæ ſunt, ſiue verſicolores, ſeu virgatæ, ſeu quoquo alio modo ſint.

SVMMÆ.

1 *Spadonum genera, & officia. 6.*

3 *Coire nequeuntibus vetita.*

4 *Caſtratos variè accipi.*

LEX CXXVIII.

SPADONVM. Spadonum †varia ſunt genera: Caſtrati qui penitus non arrigunt, ſiue quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante pubertatem omnino exciſi. Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, θλάω enim frango ſignificat: hi & θλαδίαι dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habẽt, ἀπὸ τοῦ θλίβειν. Eunuchi, qui τὴν εὐνὴν, id eſt, lectum virginum cuſtodiunt, alij quod bonæ ſint mẽtis, εὔνοι, & à venereis ſemotæ, dictos autumant: his enim nõ ſolùm teſtes, ſed totus coles ipſe

‡ Vid. in hanc l. Theophil. in §. Sed et illud. Inst. de adopt. Cael. Rhodigin. lib. 7. cap. 49. et Ant. Aug. emendat. lib. 3. cap. 5. et lib. 4. cap. 17.

solebat amputari. Lucianus in Pamphilo hoc distare eunuchos à spadonibus ait, quòd Eunuchi ab ipso statim ortu execti, nihil virile vnquam experiri potuerunt, quo sensu videntur hi Græcis esse Eunuchi, qui apud Latinos sunt castrati. Sunt & qui aliqua ægritudine testium vsum amiserunt: sunt qui vno tantùm teste nati sunt: sunt & quibus cùm vterque adesset, altero execti sunt. Castrari quoque mulieres in Lydia repertum est: has autem omnes species spadonis appellatione comprendi, Iurisconsultus hîc tradit. Erant planè apud veteres in pretio hi spadones, habebantúrque pueri in delitiis, vt Bagoi regibus Persarum, Ligdus Druso, Sportus Neroni: quod & in Asia hodie frequentatur. Sed & mulieribus quoque subseruiebant, quæ iniri volebant, non parere, quod Satyra vj. Iuue. conqueritur: nec enim rei venereæ spadones omnes abstinentes sunt: nam quibus vnus testis
relictus*est, etiam generant[a]: sed & qui puberes execti 2
sunt, & hepate sunt feruentiore, vasáque genitalia capaciora possident, hi coëunt, licet non generẽt, vocan-
túrque Græcis ἡμιτελεῖς εὐνοῦχοι. Qui igitur coire† queũt, 3
hi & vxorem ducere possunt[b], & adoptare[c], & posthumum[d] instituere: at qui non possunt, hi castrati, id est, casti facti dicuntur, qui cùm non arrigant, nec ducere vxorem, nec adoptare queunt. Accursius & eum
sequuti cæteri recentiores, castratos solùm † intelli- 4
gunt, qui naturaliter sine testibus sunt: vnde & vulgatum extat carmen,

Castratos natura facit, violenta spadones
Improbitas, amor Eunuchos, & fœda libido.

Sed ex Latinis auctoribus apertissimè ostenditur, etiam castratos dici, quibus ferro diminuta sunt virilia[e]: vnde rectius est castratos interpretari castos, siue natura non arrigant, siue quia omnino spadones sint. Habentúrque hi pro vitiosis[f], & in his locus est redhibitioni. Sanè vetuit Domitianus Imp. edicto, ne pue-
ri * castrarentur[g]: quod & Constantij lege est cau- 5
tum: éstque inde publicum iudicium ex lege Cornelia constitutum, quod & in his, qui Thlibias faciunt, locum sibi vendicat[h], siue libidinis, siue commercij

causa

a l. Pomponius. in fi. de ædil. edic.
b l. si seruus. in fi. de iur. do.
c §. sed & illud. Insti. de adopt.
d l. vj. supra de liber. & posth.
e l. si seruus §. & si puerum. supra ad l. Aqui.
f d. l. Pomp. & l. seq.
g l. j. C. de eunuch.
h l. iij. §. iiij. v. de sicar.

causa factum proponatur. Fuere autem apud veteres Eunuchi aliqui insignes viri, vt Phauorinus philosophus Arelatensis, quæ vrbs est iuxta Eridanum, vt est apud Philostratum. Sed Oppianus ἁλιευτικῶν lib. IIII. ostendit, Eridanum à Græcis quoque dici, qui apud nos Rhodanus est. Narses quoque Iustiniani dux, qui Gothos Italia expulit, spado fuit. Celebrat & Ammianus Marcellinus lib. XVI. Enterium cubiculo Constantij Cæsaris præpositum, qui sicut inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt, ita ipse inter spadones recti exempli fuit. Qua-
6 propter † posse spadones eunuchósque ad quãcunque dignitatem adsumi non dubitauerim, tametsi Lucianus tempore suo, an ad doctoris officium deligi possent, dubitatum tradat, & propter iudicum varias sententias rem ampliatã. Sed & Suidas iratum Theodosium Antiocho præposito, scribit edictum protulisse, ne inter patritios essent eunuchi.

NATVRA. Cùm his diuulsi testes non sint, videbatur spadonis nomen non conuenire: deducitur enim hæc vox παρὰ τοῦ ἀποσπάσθαι, id est, ab euellendo, vt est in etymologico magno: qua ratione & ἐκτομίαι appellantur, quasi electos dicas, sicque eos Paulus Æginueta lib. VI. appellat: quibus verò collisi sunt, eunuchos. Infantes enim, inquit, pelui insidere faciunt, & flaccescentibus ob calidæ aquæ calorem corpusculis, digitis testiculos collidunt, quo ad euanescant, nec contrectari ampliùs possint.

SVMMÆ.

1 *Abortiui testamenta non rumpunt, nec ante editionem extinctus.* 3.

4 *Matri de partus tempore non credi.*

5 *Partus infortunium matri non obesse.*

LEX CXXIX.

1 QVI MORTVI. Eos † qui mortui nascuntur, non videri vnquam natos constat, & ideo testamentum eorum præteritione non rumpi certum est. Sed illud est dubium: quid si viui nati sunt, eiusmodi

tamen vt secundùm naturam viuere non possent, vt si ante septimum mensem [a]? Et crebriùs receptum est non rumpere, quoniam lex abortiuos prætertos non rumpere testamentum ait, nec dubium est, quin abortiui dicantur [b], tametsi viui nati sint: nam & constat huiusmodi filios non esse perfectos [c], qui tamen, vt rumpant, perfectè debuerint nasci [d], & ad orbem deuolui. Sed † quid si legitimo tempore infans natus est, sed antequàm omnino de ventre extraheretur, puta cùm pede adhuc retineretur, extinctus est? Et idem esse receptum est: non enim perfectè natus est, nisi inciso aliquo membro viuus extractus esset [e]: perfectus enim dicitur, sicut & vir manu amputata, non ideo manus perfectam hominis substantiam in se habet [f]. Quid, si mater legitimo tempore editum contendat, & heredes testamento instituti abortiuum dicãt? Et non arbitror matri credendum, nisi ex medicorum obstetricúmque sententia [g]. Sanè qui octauo mense nascitur, secundùm naturam viuere non potest, idque medicinæ autoribus receptissimum est: hoc autem in tractatu ex cursu lunæ considerandi videntur menses, non autem habito respectu anni, quem Cæsar ordinauit: non enim de eo Hippocrates cæterique antiquissimi medici diuinare potuerunt.

a In l. quod dicitur. supra de lib. & posth.
b l. vxoris. C. de posth. hered.
c Soci. in l. cùm auus. in fi. de condit. & demonst.
d l. iij. C. de posthu. her.
e d. l. iij.
f d. l. quod dicitur,
g Bar. l. Gallus. in princ. suprà de liber. & posth.

2 3 (margin numbers)

Liberi. Non procedit tamen hoc, cùm conditio fauorem matris respicit, veluti in illa, Arethusa, si liberos pepererit, libera esto: cùm enim etiam si monstrum enixa sit: libertatem consequatur, quia non est quod sibi imputetur [h]. Idem censendum si mortuum, vel debilem, vel imperfectum pariat.

h l. quæreret. infrà eod.

SVMMÆ.

1 *Hereditatem legitimam ab intestato, & testamento deferri.*

2 *Iusta, pleraque dici.*

3 *Legem. j. de testa suprà, explanari.*

4 *Legitimos heredes etiam agnatos dici in contractibus contrà.*

6 *Confirmans ex causis non dat.*

LEX

LEX CXXX.

1 LEGE OBVENIRE. Legitima † hereditas propriè
dicitur, quæ ab inteſtato defertur [a]: quoniam eam
lex ipſa abſque facto hominis defert. Sed & quæ ex
teſtamento defertur, legitima quoque non impropriè,
latiore tamen ſenſu dicetur: ea enim à lege XII. tabul.
confirmatur, dum in illa conſtitutum eſt, VTI QVIS
2 REI SVAE LEGASSIT, ITA IVS ESTO [b]. Eſt † &
iuſta hereditas, quæ iure ſanguinis, gentilitatiſque de-
fertur [c]: ea enim omni æquitate ſuggerente, & omni
iure, tam naturali, quàm ciuili debita eſt, & ideo iuſta
dicitur: quoniam id nomen emphaſim quandam ha-
3 bet, quale apud Græcos ἀκριβὲς vel ἱκνέμενον. Inde † dici-
mus teſtamentum [d] eſſe iuſtam ſententiam, id eſt, per-
quàm ſolennem & plenam: iuſtos liberos [e], ex vera
vxore genitos: iuſtam vxorem [f], omni legum perfe-
cta ſolennitate ductam: iuſtum pactum, quod vulgò
veſtitum dicimus [g], & ſtipulatione roboratum, iuſtum
amorem, apud Tibullum, immenſum, & omnes Cupi-
dinis vires complectentem, iuſtum prælium, Liuio
magnũ, & ſtataria pugnâ certatum. Sic & Apuleius in
Apologia ſecunda: Sciebat, inquit, inteſtati pueri le-
gitimum magis, quàm iuſtum heredem ſe futurum:
quod & Paradoxorum libro quarto latiùs proſecutus
ſum. Igitur ſi de iuſta hereditate qualiſcunque diſpo-
ſitio mentionem faciat, de ea intelligemus, quæ ab in-
teſtato defertur. Si verò de legitima dictum ſit, vtran-
que contineri ex vi verborum conſtat. Et ideo qui
ſibi & heredibus ſuis legitimis ſtipulatur, etiam de
4 his ſenſiſſe videtur, qui tametſi extranei † teſtamen-
to heredes inſtituti fuerint: licet Alexandro [h] aliter
viſum ſit, cuius ſententia vera non eſt, niſi ex ſubie-
cto argumento hoc perſuadeatur, vt ſi quis in regno
Titiũ & eius legitimam ſucceſſionẽ inſtituat [i]: accipie-
tur enim de filiis primogenitis heredibus: quoniam na-
tura ſucceſſionis huiuſmodi hoc indicat. Idem ſi teſta-
tor veriſimiliter aliquo modo adficitur heredis ſui
agnatis, quos prima ſpes ſucceſſionis attingit: his e-
nim verbis de huiuſmodi propinquis intellexiſſe vide-

a l. j. de ſuis & leg.
b l. verbis. ff. eodem.
c l. iij. ſuprà pro ſocio.
d l. j. de teſtam.
e l. cuidam qui. C. de natur. lib.
f l. ſi vxor. de adult.
g l. Stichum. §. naturalis. de ſolut.
h Alex. conſ. lvj. in ij.
i Abb. conſi. iij. in iij. dub in ij. lib.

tur [a]. Quapropter filio instituto, si sine liberis decessisset, cùm Titius pater bona sua se fratri, & illius heredibus legitimis masculis relinquere dixisset, & post conditionis euentum is testatoris frater herede extraneo instituto decessisset, respondi ad fideicommissum agnatos, qui eiusdem cum Titio familiæ erant, videri vocatos: verborum enim proprietas, & suæ gentis adfectio, hanc in sententiam me trahebant. nec mouebar, quòd à substituto extranei, non autem legitimi, id est, agnati, essent instituti: quia licet in contractibus stipulans sibi, & suis heredibus legitimis, nõ censeatur agnatis stipulatus, nisi sint heredes, quia non est verisimile velle aliquem alteri, quàm heredi stipulari, in præsenti tamen fideicommisso aliud esset dicendũ, ex Titij voluntate, quem non est verisimile voluisse in bonis suis fideicommissum facere elusorium, & cuius vires ex grauati voluntate penderent, vt si aliquos quàm legitimos institueret, onus fideicommissi extingueretur. Illud non diffiteor, quoties testator ipse & tabellio ignari & idiotæ probarentur, ex vulgari vsu illa verba de filiis accipi, non de agnatis.

a l. ex facto. in §. ad Treb.

Confirmantur. Qui ergo * confirmat, dare videtur. In quo tractatu † sic censeo distinguendum, vt ante omnia pensemus, confirmantis intentio qualis fuerit. Si enim actus qui fit, substantiam à mera confirmantis voluntate sumit, confirmãs actum nullum dare dicitur [b]. Idem, si actus sit validus, sed tamen confirmans hoc egit, vt nouum actum induceret [c]. At si ex sola voluntate confirmantis negotium non pendeat, qui confirmat, non dat: vt cùm heres centum, quæ autor suus Titio legauerat, rursus ipse legat [d]. Sed & prætor qui alienationem pupilli confirmat, alienare ipse nõ videtur, quoniam natura huius consensus hanc interpretationem non admittit [e], nec id actum est. Quòd si Præfectus præt. defensorem à popularibus electum confirmat [f], dare videbitur: principale enim robur eius actus à Præfecto initium sumpsit, cùm magistratum sibi eligere, & iurisdictionem conferre, soli priuati nequeant. Illud adnotandum est, confir-

5

6

b l. adoptio. suprà. de adopt.
c l. quærebatur. de test. mil.
d l. vnum. §. si de. suprà de leg. ij.
e Bart. l. more. de iur. om. iudi.
f §. & iudicare. versic. decretum. in auth. de defen. ciuit.

7 confirmationem * irriti priuilegij à principe emanatam non prodesse, nisi ex certa eius scientia facta sit, quæ tunc præsumitur, cùm causa cognita confirmatio impetrata, vel serie libelli totus tenor declaratus, vel geminata iussio subsequuta sit. Idem, si ex certa scientia se hoc facere princeps attestetur, vel æquè pollentibus verbis vtatur: quamuis si probetur principi obreptum fuisse, nihilominus confirmatio nullius effectus est, vt plerique omnes credidere [a].

a c. porrecta. de confir. vii.

SVMMÆ.

1 *Fraudis acceptio varia, & species. 3.*
4 *Machinationis definita etymon.*
5 *L. Aliud. sensus.*
6 *Quæstionem præter crimen.*
8 *Fraude cessante ex causis pœnæ locum esse.*

LEX CXXXI.

1 ALIVD EST FRAVS. Fraus * differt à dolo, quòd dolus fit alterius circumueniendi causa:
2 fraus † propriè dicitur etiam si decipiendi consilium non adfuerit [b], sed is qui deceptus est à seipso, vel ex euentu fraudatus est: vnde quatenus alter circũuentus sit, fraus dolo inest [c]. Aliqui tamen ex grammaticis dolum in faciendo consistere crediderunt, fraudem in verbis, argumento Græci sermonis φράζειν, quod est loqui. Dixere etiam veteres fraudem pro pœna [d]: quos & Verg. imitatus est Æneid. x I.

Iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.

Dixêre & pro periculo, & ita in iure legi attestatur Seruius, vt cùm dicimus, ne ea res fraudi sit. Hinc & Vergil. Quis deus in fraudem egit? Accipitur & pro læsione, vt apud Hora. in carmine seculari:

Iuuit ardentem sine fraude Troiam.

3 quod Acron interpretatur. † Differunt autem fallacia, calliditas, machinatio, impostura, videntúrque fraudis species esse. Fallaciam loquendo committi, calliditatem tacendo, Accurs. [e] existimauit. Ego fallaciam simulationi annexam arbitror, calliditatem ad inge-
4 nium † referri, machinationem ex præcogitata aliqua

b l. fraudis infrà tit. j.

c l. iuris gentium. §. sed si. suprà de pact.

d l. cùm autem. §. excipitur. 1. de ædil. edict.

e d. l. iuris gent.

aliàs est laudem, quã lectionẽ agnoscit Donat. sed Seruius fraudem, putat legendũ, pro damno uel pæna.

inuentione, manúque & arte confici, ἀπὸ τῆς μηχανῆς, vn-
de & techna dicitur, ἀπὸ τῆς τέχνης. impostura ab impo-
storibus, id est, deceptoribus [a], quos etiam planos vo-
cant, nomen sumpsit: ductáque videtur metaphora ab
his, qui operimentum rei imponunt, vt vitium tegat.

SINE POENA. Vt † quia fraus eiusmodi sit, quæ 5
pœnam non mereatur: vel etiam, quia delictum tamet-
si graue probari nequiuerit [b], sciant tamen sontes ra-
rissimè accidere, vt pœnas euadant, quandoquidem, vt
Græco versiculo admonemur,

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Est iustitiæ oculus, qui omnia videt.

NON POTEST. Quapropter † antequam inqui- 6
rere iudex incipiat, constare priùs perpetratum fuisse
crimen oportet: tum enim quærendum deinde est,
quis perpetrauerit. Sanè huic dicto conformis est iu-
ris regula [c]: Sine * culpa, nisi subsit causa, non est ali- 7
quis puniendus. Quod tamen non procedit, cùm in
consequētia † quis punitur, vt in eo, qui seruum noxæ 8
causa dat. Sed & fauore publico etiam quandoque re-
ceptum est, vt vbi fraus non fuerit, pœna sit: veluti
cùm ex senatusconsulto sumebatur supplicium de ser
uis omnibus, qui sub eodem tecto fuerant, cùm domi-
nus à seruo occisus esse dicebatur [d]: quamuis enim
aliqui in eis insontes esse potuissent, tamen atrocitate
pœnæ securitati domuum consulendum fuit, quod
eleganter C. Cassius apud Tacitum lib. XIIII. disseruit,
vbi, Nam & ex fuso (inquit) exercitu, cùm decimus
quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur: ha-
bet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum,
quod contra singulos vtilitate publicâ rependitur.
Qua ratione introductū arbitror, * quis in principem 9
violentas manus infert [e], etiam filios puniri: verisi-
mile est plerósque fore qui vel liberorum suorum cha-
ritate ab huiusmodi consilijs abstineant.

a l. j. §. j. de ver. cog.
b l. absentem de pœn.
c l. j. §. item ad Sillan.
d l. j. ad Sillan.
e l. quisquis. C. ad l. Iul. ma.

SVMMÆ.

1 *Mulctare variè accipi.*
2 *Mulctæ & pœnæ discrimen multiplex.*
3 *Delictorum genera.*

4 *Mulcta*

4 *Mulctæ forma, & modus. 5.*
6 *Mulctæ locus.*
7 *§. Inter. sensus.*
10 *Mulctam quidam ius dicentes non dicunt.*
11 *Mulctæ origo.*

1 §. INTER MVLCTAM. Mulcta† Oscum verbum est, quo pœna significatur, licet Grammatici quidam à mulcendo per antiphrasin dictam putent: vnde mulctare verbum condemnare est & punire: sic Plautus, mulctare matrimonio: Terentius, & Vergil. Æneid. lib. xi. mulctare morte: Tranquillus, mulctare gentilitiis hereditatibus: Corn. Tacitus. mulctare verberibus, dixerunt. Ex vsu tamen, angustiore significatione vox hæc pro pecuniaria tantùm pœna, recepta est: sicque variæ † differentiæ introductæ sunt, quòd pœna quælibet coercitio est, mulcta solius pecuniæ: quòd pœna certa est, legéque expressa, mulcta à ius dicentis arbitrio pendet: quòd pœna à quocunque iudice infligi potest, cui criminis executio demandata sit, mulcta ab ordinariis tantummodò, hísque qui pro tribunali sedent: quod mulcta fisco datur [a], pœna etiam parti adplicari potest: quòd mulcta infamiam non irrogat [b], pœna quandoque irrogat: quòd à pœnæ irrogatione, cùm quis criminis conuictus est, prouocatio non est [c]: at mulctæ iudicio per iudicem appellationis reuocari potest: sed & si vltra modum à lege constitutũ Præses prouinciæ mulctã dicat, ipso iure rescissum est: si pœnam, appellatione opus est [d]: is quoque qui mulctam dixit, officio suo functus non est, & ideo eam reuocare potest [e]: at qui pœnã cõstituit, amplius ea de re nõ aditur. Sunt autẽ pœnæ per leges & Senatuscõsulta certis delictis cõstitutæ, mulcta specialibus quibusdã, vt cùm quis in ius vocatus iudicem negligit [f]: contumaciæ enim infligitur. Plin. epist. libro quarto. Licinius Nepos prætor acer & fortis mulctam etiam dixit senatori, qui ad iudicandum non venerat: egit ille in senatu causam suam, egit autem sic, vt deprecaretur: remissa est mulcta, sed timuit, sed rogauit, sed opus venia fuit.

a l. penul. C. de mod. mul.
b l. j. C. eo.
c l. si qua. infrà eod.
d l. certa. C. quando, pro. non.
e l. illicitas. in fin. de of. fic. præf.
f l. j. suprà si quis in ius voc.

3 SPECIALIS. Generalis† delicti nomẽ intelligit Iurisc-

consultus illud, quod certa appellatione plurima eiusdem naturæ crimina complecti potest, vt furtum, homicidium, falsum [a] : quod & Doctores nostri nominatum delictum appellant. Speciale verò delictum videtur, quod nominatum dicunt, vt cùm quis in ius vocatus non paret [b], cùm temerè appellat, cùm ius dicentem contemnit, cùm in munere sibi imposito per desidiam quis cessat [c]: eiusmodi enim facta pluribus verbis specialibus designantur, non vno generali.

a l. si familia. suprà de iurisdict. omnium.
b l. ij. C. de episc. aud.
c l. ij. C. de spor.

Hodie. Olim † enim ex pecude mulcta pendebatur, 4
maximáque erat xxx. boum, & duarum ouium: minima, vnius ouis: deinde in pecunia cœptum est mulctari, & bos centusse, ouis decusse æstimata est. mentio huius rei est A. Gellio, & Sex. Pompeio. [quod è legibus Solonis desumptum est, vt apud Plutarchum l. in Solone tractatum scio].

Ex arbitrio. Siue † quia arbitrarium ei sit, 5
quam mulctam dicat, dum legitimum modum non excedat. qui hodie in Præsidibus prouinciarum vsque ad duas auri vncias est, in Proconsulib. sex. Idémq; Præfectis Ægypti [d] : at in aliis spectabilibus vsque ad tres: siue quia postquam dicta est mulcta, adhuc in arbitrio iudicis est eam remittere [e]. Olim ex XII. tab. prouocabatur ad populum, dicebatúrque certari mulcta, cùm petebatur eius remissio, vel modus: quod ex T. Liuio li. XXV. & M. Cic. Philip. XI. cognoscere in promptu est.

d l. eos. C. de mod. mul.
e d. l. illicitas. §. fin.

Imposita. Quandoque † tamen certa pœna est, 6
& mulcta appellatur, vt in eo qui X. HS. argenti punitur [f], quia temerè appellauit. Sed hoc casu mulcta impropriè dicitur, vt quidã sentiũt: vel, quod est verius, cùm priùs huic delicto certa pœna constituta non esset, propriè dicebatur mulcta: vnde quamuis certitudo vltionis addita sit, antiquũ nomẽ tamẽ seruauit.

f l. ij. C. de epi. aud.

Specialis. Intelligendum est, cùm pœna pecuniaria infligitur : † alioquin vbicunque à iure determina- 7
tum non est, quæ pœna delinquenti constituenda sit, arbitrarium iudici est, nec huiusmodi pœna ideo mulcta dicitur [g].

g l. j. § quibus. de effra.

Adiudicatio. Adiudicare est* iudicio peracto, 8
rẽ controuersam actori addicere. Olim ex lege XII. tab. si de-

si debitor soluendo non erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, quibus fas erat membra artúsque partiendi, quod deinde tacito consensu abrogatum est, cœptúmque est pecunia transigi, & bona ipsa, non corpus adiudicari: quod apud Aul. Gel. lib. xx. capit. I. Cæcilius Iurisconsultus eleganter disputat. Cùm ergo
9 go * adiudicatio merum mixtúmque imperium respiciat [a], sequitur hic probari, eis tantummodo ius mulctæ esse, qui imperium habeant: quod & alibi prodi-
10 tum est [b]. Quapropter inde consequens est † vt defensores ciuitatum [c], magistratúsque municipales, item duumuiri [d] (hi sunt ipsius ordinis duo præfecti) mulctam dicere nequeant, licet aduersus contumaces aliis remediis vti eis permissum sit. Sed & eos, quibus mādata est iurisdictio, mulctam nemini irrogare posse constat, nisi is sit delegatus principis. & ita frequentiùs proditum est [e].

11 Magistratus. Ius † mulctæ dicendæ ex lege xii. tab. introductum est, & solis magistratibus populi Romani concessum: eius verba sunt: IVSTA IMPERIA SVNTO, IISQVE CIVES MODESTE AC SINE RECVSATIONE PARENTO. MAGISTRATVS NEC OBEDIENTEM ET NOCVVM CIVEM, MVLCTA, VINCVLIS, VERBERIBVSVE COERCENTO: NI PAR, MAIORVE POTESTAS, POPVLVSQVE PROHIBESSIT, AD QVOS PROVOCATIO ESTO: CVM MAGISTRATVS IVDICASSIT IRROGASSITVE, PER POPVLVM MVLCTAE CERTATIO ESTO. Referuntur hæc à M. Tul. lib. de legibus III. Cùm ergo id ius à XII. tabulis magistratibus concessum sit, non potest de municipalibus intelligi, quibus lex XII. tab. scripta non est, & qui non simpliciter magistratus, sed cū additamento, municipales dicuntur. Præsidibus verò prouinciarum id ius competit: quia mandatis, quæ solent Imperatores legatis suis, cùm eos in prouincias destinant, dare hoc permittitur.

Competit. Vnde & defensores ciuitatis leuium criminum cognitionem habent [f], & quos sontes reperiunt, pœnis afficiunt.

a l. iubere. suprà de iurisdict. omn. iu.
b l. ij. in fin. de iudic.
c l. ij. C. de defen. ciuit.
d l. j. si quis ius dicen.
e c de causis. de offi. deleg.
f § audient. de def. ciuit.

SVMMÆ.

1 *Anniculus annum attigit.*
2 *Doctori de moribus non credi.*

LEX CXXXII.

ANNICVLVS. Anniculus † infans dicitur anni 1 vnius, quem quidam vniennem vocant, exemplo Græci sermonis ἐνιαυσιαῖος : dicitúrque hoc nomine, qui extremum anni diem attigit, tametsi integrũ eum non vixerit: comprobátque id Paulus ex consuetudine sermonis : quod mirum est in hac voce, præsertim repertu rara, verùm legislatori de consuetudine attestanti credi par est. Sed an † cuilibet doctori egregio ? 2 & Bart. [a] credi existimauit, si ab eo in scriptis redacta sit, cuius sententiam probare ipse nequeo : cùm enim de sit facti, quis plenam fidem adhibebit [b] ? cùm etiam prudentissimos huiusmodi prætereant, idque crebriùs receptum mihi videtur.

a Barto. l. de quibus. in iiij q. princ. leg.
b Ias. d. l. de quibus.

SVMMÆ.

1 *Ante cal. vel in cal. idem effectus. 7.*
2 *§. Ante. sensus. & 3.*
4 *Calendarum computatio & obseruatio.*
5 *Testes conciliandi ratio.*

§. ANTE DIEM. Variè hic locus accipitur: apud veteres videntur non eodem sensu hæc verba intelligi. Nam † qui promittit ante x. diem Calendarum, videtur perinde, ac si dixisset, decimo Calendas: sicut qui 1 ante Calendas stipulatur, perinde est, ac si calendis stipularetur [c]: nam ratio hoc suadet, cùm decimo Calendas compendio verborum dicatur, pro decimo die ante Calendas. Sed tamen ipse aliud opinor decimo Calendas, aliud decimo die Calendarum. Cùm enim ante Calendas dicimus, ipsæ Calendæ non cõprenduntur. Cicero ad Lentulum: Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Papiam, id quod scis, non potest, neq; mense Februario toto, nisi perfectis, aut reiectis rogationibus. Verũ in aliam sententiã nos vrget, quod per hæc verba dies, qui est nono Calen. significari videtur: idq; proba-

c l. qui ante. de ver. obli.

probatur Ciceronis authoritate, qui Philippica v. Ante diem, inquit. xiiii. Cal. Ian. decretis cum vestris cōcidistis, constituistísque, vt hæc ad vos Cal. Ian. referrentur. Rursus Philippica vltima: Memoria tenēt, me ante diem xiiii. Calen. Ian. principem reuocandæ libertatis fuisse, me ex Calen. Ian. ad hāc horam vigilasse. His autem verbis de eo die intelligebat, qui est xiii. Cal. Ian. quod ostenditur in dicta Philip. v. in principio. Cùm enim eam orationem, vti cēsuerat Senatus, Calend Ian. haberet: Recordamini, inquit, qui dies , nudiustertius decimus fuerit. Et paulò inferius: Hoc dies xii. profuerunt, vt quem nemo præter Cotylam, &c. Idem apertiùs ostendit lib. Episto. famil. xii. ad Cornificium: nam eius diei mentionem faciens , ad xiii. Calend. (inquit) Ianuar. Senatus frequens mihi est assensus: Et iterum: Ad xiii. Calend Ian. fundamenta reipubl. ieci. Quomodo ergo Paulum hîc defendemus, penitus his cōtraria sentientem, cùm significari his verbis cēset eum diem, qui xj. Calend. est? Adde quòd etiam ante Calendas. & post, idem esse existimat, quod falsum est, imo (vt apparet) apertissimè dissident. Sed & Cęlius Ciceróni: Dicebat, inquit Pompeius se ante Calendas Martias non posse sine iniuria de prouinciis Cæsaris statuere, post Cal. Mar. se non dubitaturum. Sunt qui his difficultatibus adducti scripturā inuertant, & legendū existimēt, non post diem x. sed post diem xij. Qui sensus indubitatus est, redditque responsum hoc superfluum, prætereáque aduersus veterum omniū codicum fidem fit huiusmodi mutatio. Alij neutro sermone legunt, non vtroq; sed hæc insolétior est correctio, & nō satis vera. Alij crassiore minerua intelligūt, vt ante diē decimū Calendarum, de vndecima die actum putemus mensis lapsi, si retrò, & mensis instātis, si porrò computemus. Qua ratione ante diem decimum Cal. Ian. vigesima erit Decēbris , quia ab ea ad Calend. vndecim intersunt dies: post diem decimum Calendarū erit vndecima Ianuarij, & hîc enim vndecim intersunt dies. Sed certè Iurisconsultus ludere nos hoc sensu potiùs, quàm docere voluisse videretur. Ego † dupliciter declarari id responsum posse sentio: & in primis. si de die præterita lo-

quamur, vt quia me quicquam fecisse post diem decimum Calend. dicam, id intelligi arbitror xj. Calend. esse factum: quòd si ante diem decimum dicam, intelligitur nono Calendas: sicut apud Ciceronem, ante xiiii. diem Calend. intelligitur xiii. Calen. Et ratio ea est, quia in computatione præteriti, vndecima post decimam est, sicut xiiii. ante xiii. quòd si de futuro verba faciam, vt quia post x. diem Calen. spondeam tibi centum, nono Calen. intelligitur: si ante x. diem spopondero, vndecimo obligabor. Vnde meritò Iuriscõsultus vtroque sermone vndecimã diem significari dixit. quod intellige diuersis tamen casibus. Ante decimam diem, significat vndecimam, si de futuro loquar: post decimã diem, significat vndecimã, si de præterito agatur. Altero † mo- 3
do potest etiã̃ accipi: siquidem illud scire debemus, apud Græcos consuetum fuisse, vt dierum † cõputatio 4
retrorsum à sequente mense duceretur, fiebátque vti mensis, quem tum φθίνοντα, id est, deficientem appellabant, ἀπὸ τῆς εἰκάδος, hoc est, à vigesima die inciperet retrò numerari ad sequentem: quod in Nubibus Aristophanes ostendit, & Homerus. τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ' ἱσταμένοιο. Eũ morem & Latini seruauerũt, & post præcedentis mensis Idus, subsequentis Calendas numerare cœperunt. Quapropter quartusdecimus Decembris dies, decimusseptimus est Calendarum Ianuarij: sicque deinde procedimus, sextumdecimum, quintumdecimum, quartumdecimum, ab augmento in diminutionem vsque ad ipsum Calend. diem computãdo. Si ergo scriptum sit, post diem decimum Calendarum aliquid factum vndecimo Calend. censetur factum, quoniam ab instante mense retrò computando, vndecimus dies post decimum numeratur: quòd si ante diem decimum dicatur, idem significari potest: respectu enim deficientis mensis, vndecimus ante decimum est. Et sic diuersis rationibus, sermo qui hîc repugnãs videtur, idem denotare potest. Sanè hinc argumentum sumitur, † non 5
videri inuicem aduersari testes, quorũ aliqui ante bellum, aliqui post bellum rem gestam dicant: cùm enim hæc res tractum habeat, poterunt intelligi ante bellum perfectum[a], & post bellum cœptum, idque frequentiùs

a Bar. l. ij. §. creditum. si certum pet.

6 quentiùs traditum est[a]. Ego accepi hanc * dictionem, ante, ad initium, & post, ad finem referri, ídque ex sermonis proprietate, à qua, vt testes à periurio tueátur, 7 recedere permissum est. Sed & qui ante Calend. † promittit, solis Calendis conuenietur[b]: ante enim dies nō venit: alioquin momēti illius ratio esset habēda, quod Calendarum initium antecessit: at in diebus momenta temporum non considerari, infrà traditur[c]. Quapropter, si tibi spondeam ante mensem Februarium centum aureos me daturum, initio eius mensis conueniri potero, ídque receptius est.

a l. ij. C. ne de stat. def.

b d. l. qui ante.

c l. ij. infrà cod.

SVMMÆ.

1 *Partus non est exectus.*

3 *Conditionis voluntariæ & necessariæ discrimen.*

1 §. FALSVM. Parere verbum * enitentis mulieris actum 2 significat: quapropter † si exacto vtero infans ei detrahatur, peperisse nō videtur. Híncque est, quòd si Titio 3 legauerim, si Arethusa pepererit, cùm conditio † voluntaria sit, execto vtero non eueniet[d]: si necessaria, secus est: vt cùm quis, si vxor sua pepererit, filium instituit, & si decesserit, Titium: non enim respexisse modum videtur, quo filius in lucem prodeat, sed quomodocunque natus sit, illi consuluisse: & ideo ex coniectura mentis fit interpretatio, etiam si conditionis verba omnino non quadrent: & ita Baldo Salicetóque[e] visum est: quod & nos contra Iasonis[f] sententiam probauimus.

d Barto. d. l. Gallus. §. & quid si.

e Salic. l. si ni. C. de posth. hered. instit.

f Ias. l. quod dicitur. de liber. & posth.

SVMMÆ.

1 *Intra etiam tempus medium continet.*

LEX CXXXIII.

SI QVIS SIC. Apud veteres tres erant præpositiunculæ diuerso sensu, in, vls, cis: quæ quoniam obscuro sonitu promebantur, euphoniæ causa additionem eandem receperunt, dicique vltra, citra, intra, cœptum est: sicque intra idem significat, quod in: vnde rectè dicemus, Brigantium intra Alpes est, id est, in Alpibus ipsis: sicut Segusium citra Alpes, Vocontij vltra. Sic & qui dicit se intra Calendas facturum, in ipsis Calendis

dicere videtur, vt apud Aul. Gelliũ lib. xij. cap. xiii. Sulpitius Apollinaris disseruit. Vsus tamen obtinuit, vt non † solùm diem Calendarum, sed omne tẽpus, quod 1
citra eum diem est, cõtineat: quapropter, si libertas sic relicta sit: Stichus intra annum postquam mortuus fuero, liber esto[a]: statim post mortem liber est. Cuius cõsuetudinis loquendi ratio est, quia tempus cõcessionis vsque ad extremum diem, quo negotium explicari potest, pro vno habetur: vnde quicquid citra extremum diem factum est, intra illud tempus factum dicitur. In hac ergo verborum conceptione, intra diẽ mortis, dubium nõ est, quin etiam dies, quo quis moritur, comprensus sit, perinde ac si in diem mortis dictum esset, præpositio enim ista, accusatiuo iuncta, etiam pro vsq; accipitur, vt in diẽ interpretemur, vsque ad diẽ: quod & suprà[b] ex Grammaticis adnotauimus. Quapropter qui intra Calendas pronuntiare iussus est, Calendis ipsis rectè atque ordine pronuntiaturus est.

a l. si ita. in fin. de manu. test.

b l. notionẽ. In fine. suprà eod.

Fiat. Si ergo Titio legauero, vt intra diem mortis suæ mihi monumentum suis sumptibus faciat, etiam
Titio defuncto, dum* eadem die fiat, legatum debebi- 2
tur: ídque Accur. probat, quoniã id factum eius naturæ est, vt per alium explicari possit[c].

c l. j. §. ne autem. C. de cadu. tollen.

SVMMÆ.

1 *Annum cœptum pro completo esse. 3. ex causis contrà.*

2 *Legem, Anniculus. ij. explicari. 4.*

5 *Taxatiuas in plerisque subaudiri.*

LEX CXXXIIII.

Anniculvs. Quoties in lege † certi anni men- 1
tio habetur, intelligimus de perfecto, qui ccclxv. dierum est: nec ideo minùs perfectus est, quòd vltimus dies nõdum sit exactus, cùm satis sit esse cœptum: ídque in his, quæ fauorem respiciunt, vt in vsucapionibus[d], in testamentis[e], in libertatibus. Quòd † si de 2
de re odiosa agatur, de momento ad momentũ fit cõputatio. Hinc est, quòd qui vltimo die vigesimiquinti anni contraxit, & læsus est, in integrum restituetur[f].
Idem & in præscriptionibus[g]. Quãdoque † etiam fit la- 3

d l. & ideo. de vsucapio.

e l. qua ætate. de testam.

f l. iij. §. minorẽ. de min.

g l. in omnibus. de actio. & obligat.

tissim

tissima interpretatio, & satis est cœptum fuisse annum, vt est in municipalibus muneribus[a], quæ curam Reipublicæ non exposcant. Idem si verba hoc inferāt, veluti si scriptum sit, in xx. anno licere aliquem ad sacros ordines promoueri[b]: sufficiet enim vigesimum annum esse cœptum. Idem si intra vigesimum dicatur[c], vel (quod ferme idem est, vt Aulus Gellius libro 12. cap. 13. tradit) ante vigesimum; hæc enim verba magis initium, quàm finem respiciunt.

a l. ad remp. de municip.
b Clem. fin. de ætate & qualitat. vbi Cardin.
c l. qui filiū. §. fin. ad Trebellia.

4 Non exacto. Id est, perfecto, † & subauditur
5 taxatiua: qui modus loquendi Iurisconsultis est frequens[d], vt † cùm dicitur, veteratorem non ex tempore, sed ex genere, & causa æstimandum. Item, domus appellatione[e] non proprietatem, sed domicilium contineri: interpretabimur enim, non ex tempore tantùm & non proprietatem tantùm: & id, quoniam subiecta materia hoc indicat: alioquin certum est, si quis debere se quinque dicat, tum quoque taxatiuam subinduci[f], quod omnes ferè admittunt. Eadem ratione hîc intelligemus, non tantùm exacto, sed etiam incipiente die.

d l. final. de ædil. edict.
e l. lex Cornelia. §. domum. de iniur.
f l. rogasti. si prà si certum peta.

6 Civiliter. Secundùm iura ciuilia: nam naturaliter vltimus dies* integer anno accedere deberet, præterea quadrans, hoc est, sex horæ: vnde institutus singulis quibúsque quadrienniis est bissextus.

SVMMÆ.

1 *Partuum monstrosorum species & causa. 2. 3.*
4 *Concipit pro cogitatu mulier.*
7 *L. Quæreret. emendata.*

LEX LXXXV.

1 Qvaereret aliqvis. Monstrosorum † partuū duæ videntur in mulieribus esse species. Prima est, cùm quid aspectu inæquale nascitur: cùm enim ita homo à natura formatus sit, vt summa sit in eo proportio, respondeántque vicissim singula membra, quoties aliquid deficit, vel præter cæterorum naturam augetur, monstrum est: vt cùm magnitudine corporis nimia, vel paruitate quis nascitur, vt quos pu-

milios vocamus. Idem si superfluis membrorum partibus, vt bicipites & trimani: vel deficientibus aliquibus, vt qui vnica tantùm manu prodeunt, vel qui sine capite: itémque in quibus suo loco membra non sunt, vt qui oculos in pectore, vel in fronte, aures supra tẽpora habent. Hos †partus prouenire Empedocles exi- 2
stimauit ex defectu vel augmento seminis: alij ob versam, vel spiritu interceptam matricem. Alia species est, quam Græci ἑτερομορφίαν vocãt, cùm mulier partum producit, in animalis alicuius naturam deformatum, vt Minotaurus. Legitur & bellis ciuilibus Hetruscam mulierem serpentem peperisse: nati etiam traduntur caninis capitibus quidam, alij & asininis auribus: fuere, & qui vagientes ruderent. Traditum est, cùm Thales in Periandri armento ex equa natum monstrũ conspicatus esset, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera bestiam, subridentem admonuisse, ne pastoribus quibus vxores deessent, vteretur. Sed †Vl- 3
pianus fataliter, id est, diuinæ voluntatis, inclinante in id præstituta serie, nasci huiusmodi naturæ ludibria existimauit: cui facilè Astrologi consensuri sunt, ex quibus Alchabitius quosdam gradus commemorat, in quibus si luna sit, dum aliquis concipitur, monstrosum nasci opinatus est: quod & ex Iulio Materno cognoscere possumus. Accurs. †in cogitationem mu- 4
lieris causam refert, si dum iniretur, de aliquo animali cogitauit. Nam & Hippocrates mulierem suspicione adulterij laborantem, quòd marito penitus dissimilem filium procreasset, hac ratione liberauit, quod in cubiculo picturam ea mulier habebat, cui similem infantem pepererat: idque Hieronymus in quæstionibus super Genesim refert. Quo argumento & Quintilianus matronam defendit, quæ Æthiopem enixa erat, cùm eius coloris imaginculam in thalamo haberet. Meminit etiam non absimilis rei Augustinus libr. de Ciuitate Dei x. Vbi & Iacob Hebræi inuentum approbat, qui vt versicolorem gregem haberet, in canalibus variegatas virgas ponebat, vt tales fœtus progignerentur, quales erant virgæ, quas potum ducta pecora contemplabantur, vt Geneseos cap. xl. habetur. Quæ ratio

vt quandoque vera sit, frequentius tamen accidere
5 vsu videmus, vt legitimos patres filij * referant: alioquin qui ex adulterio cōcipiuntur, maritis maximè similes essent, cùm in huiusmodi coitu sollicitari de mariti aduentu mulierem verisimile sit, & tamen experientia cognitum est, adulteris similes esse adulterinos partus: quod & Plumbini dux patrum nostrorum memoria re ipsa expertus est: is, cùm de se prægnantem concubinam crederet, inuitassétque ad baptismi sacra quamplurimos primarios viros, ea Æthiopem peperit, coquo suo similimum: quapropter ridiculo habitus dux, quæstione veritatem deprendit, cuius sententiæ fuisse etiam Phocylidem poetam eius carmen indicat:

Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.

Dißimiles gignunt stuprata cubilia natos.

6 Sanè hoc sciendum, pro* monstro non haberi partū [a], qui aliquatenus ampliora membra habet, vt qui senis sunt digitis, vel tribus testibus, quos Græci τριόρχεις vocant: qualem fuisse Philelphum ætatis suæ doctissimum, sed eundem libidinis indomitæ, vulgò ferunt.

a l. nō sunt, de stat. hom.

7 Vel qualem. Ratio † Latini sermonis argumēto est, corruptum esse locum, & inæqualem legendum videtur, & sequalis dici posse, quém Græci ἄποιον appellant, quasi sine vlla qualitate dicas. Alij codices simpliciter, vel visu scriptum habent.

SVMMÆ.

1 *Generum etiam de vlterioribus dici.*
2 *Pro, vocis acceptio multiplex.*

LEX CXXXVI.

1 GENERI. Generi † appellatione hîc traditur, progeneros, & si qui vlteriores sunt, contineri: quod ex proprietate sermonis esse Bart.[b] credidit: at alij cōtrà. Ipse ex interpretatione esse nō ambigo, cui tamen interpretationi larga vocabuli significatio, nec omnino impropria accedit: & ideo in quacunque materia hoc procedere, nisi rationis diuersitas aliqua reddatur, qua aliud in genero, aliud in progenero statui
2 debere appareat. Præpositio enim † pro, in composi-

b l. Gallus, §. instituendi

tione variè accipitur: quãdoque vt ordinem quendam
designet, qui porrò, procùl ve sit: vt si pronepotem
proauum, progenerum, prosocerum dicamus, quòd in
gradu distantior nepos, auus, gener, socer sit. Quan-
doque vt improprietatem ostendamus, cúmque qui lo
co alicuius habetur, vt cùm dicimus, protutorē [a] pro-
regem, proconsulem. Quandoque, vt extra ordinem
rem gestam denotemus: vndè Proprætor dicitur *, nó 3
simpliciter qui loco Prætoris est, sed quilibet extraor-
dinaria prætura insignis.

a l. j. suprà de eo qui pro tut.

SVMMÆ.

1 *Mulierum parientium priuilegium multiplex.*
3 *Lex, Ter enixa. explicatur.*
4 *Ter vulnerasse etiam actu vno dici potest.*

LEX CXXXVII.

TER ENIXA. Procurabant † veteres Romani, 1
quantum poterãt, vt filiis ciuitas repleretur, mul
táque fœcundis mulieribus præmia constituebant.
Hinc cautum Tertylliano S. consulto, vt quæ mulier
ingenua tres liberos enixa esset [b], filio defuncto succe
deret: traditque Gellius profuisse hoc matribus, etiam
si filij statim decessissent. Lucius quoque Columella
moris antiquorum fuisse autor est, vt ancillis quæ tres
liberos * peperissent, vacationem: quæ plures, liberta- 2
tem concederent. Vnde forrè illa conditio in iure ema
nauit, Arethusa si tres pepererit, libera esto [c]. Apud Eu
sebium quoque proditũ est, matronis quæ filios pro-
genuissent, lecticarum vsum, margarirúmq; permis-
sum, cùm aliis esset lege ademptus. Opinor, & hac de
re aliquid lege Papia Popæa fuisse constitutum: qua-
propter Tranquillus testatur, cùm eius legis Claudius
vacationem certis ex causis permisisset, Latinæ condi
tionis viris ius Quiritium concessisse, fœminis verò
ius quatuor liberorum. Quòd enim Romanæ mulieri
priuilegium ex tribus filiis competebat, libertinæ, vel
Latinę conditionis, ex quatuor dabatur: cuius rei in S.
consulto Tertylliano exemplum sumi potest. Hodie
tamen & Honorij & Iustiniani constitutionibus [d] ex-
tincta

b §. i. Instit. ad S.C. Tertyl.

c l. Arethusa. de stat. hom.

d l. i. & ij. C. de iur. delib.

tincta huiusmodi priuilegia sunt: nihilóque differre à fœcunditate virginitatem voluerunt: quod græcus autor Procopius admodum improbat, causámque euersionis Roma. imperij inde ortam arbitratur, quòd cum homines propagationi prolis non consulerent, infrequentiores factæ ciuitates à barbarorum ingentibus
3 exercitibus se tueri nequiuerint. Igitur † ostendit hîc Iurisconsultus, ter enixã mulierem dici, etiã quæ vno partu tres edidit: nihílque refert diuersis temporibus, an vno vtero tres pepererit: cùm enim nõ eodem nixu plures infantes nascãtur, sed vnus post alium, proprietas verbi hãc interpretationem necessariò recipit. Qua
4 ratione † sumi hinc argumentum potest: si ei, qui tribus vulneribus aliquem affecerit, certa pœna ex lege constituta sit, qui cùm tridente, seu trifixili telo vulnerauerit, teneri [a]: vt nihil referat, an diuersis temporibus, an eodem nixu, tres plagas incusserit: quod vtique crebrius receptum est, prætérquam cùm verba legis actum percutientis respiciunt: vt si ita concepta sint, Si quis ter aliquem vulnerauerit, vel si quis telum contorserit, itémque si quis in cuiusque crura sagittas iecerit.

a Bar. l. fi. su prà arb. Tut. cæs. *alias in l. si gemi- na. nu. dict. tit*

SVMMÆ.

1 *Bonorum possessio, ius.*
2 *Bonorum possessorem herede contineri effectu.*

LEX CXXXVIII.

1 HEREDITATIS. Bonorum † possessio pro iure ipso hereditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur: vt tametsi res ipsas hereditarias possideamus, bonorum tamen possessionem, id est, ius ipsum à iudice impetrare nobis necessarium sit, nihil
2 ea * ab hereditate differt, nisi quòd solo animo hereditas aditur: bonorum possessio, vt acquisita videatur, ius dicentis officium requirit. Qui ergo bonorũ possessionem agnouit, hereditatem habere, vel pro he-
3 rede gerere, etiam propriè dicetur [b]. Sed † an bonorum possessor propriè heres appellabitur [c]? Et loco heredis esse traditum est. Quo fit, vt propriè heres

b l. puberé. C. de iur. delibe.

c l. ij supra de bon. poss.

a §.quos autem. Instit. de bon possess.
b l. in conditionibus. §. patronus. de condi. & demonstr.
c Soc. l. j. ij. not. de vulg.
d l. Papinianus. §. j. de inoffic. testa.
e l. si ante. l. seq. ad Silla.

non sit [a]: nam & prætor heredem ipse facere non potest: sed cùm omnino heredi subrogatus sit, quælibet dispositio de herede verba faciens, eum quoque comprendet [b]. Quod opinor obseruandum, etiã si materia odiosa pœnalisque sit [c]: quamuis quidam aliter sentiant, eo potissimùm argumento, quòd in huiusmodi materia nec pater, qui iure peculii castrensia filii occupat [d], nec fideicommissarius pro heredibus habentur [e]. Sed illi quo ad effectum solùm heredibus æquiparantur, bonorum possessor etiam quo ad nomen.

SVMMÆ.

1 *Aedificiorum pensio, & causa.*
2 *Legis, Aedificia. sensus.4.*
3 *Aedificio ciuis fit.*

LEX CXXXIX.

Aedificia. Cùm †popu lo Roma. aduersus Antonium in Mutinæ obsidione belligeranti pecuniæ decessent, scribit Dion, Senatorij ordinis viris indictum, vt quatuor obolos soluerent, in singulas quasque tegulas ædificiorũ, quæ Romæ incolerent. Idem à triumuiris compulsos ciues ait, vt ædificiorum, quæ Romæ habebant, pensiones penderent: quod munus colonarium appellari à M. Cic. ad Attic. Epist. libr. xiii. & C. Cæsare bellorum ciuilium commentario iij. ipse arbitror: cuius vocis etiam in authenticis [f] mentio habetur, tametsi & columnarium legi possit. Igitur † potuit dubitari, quæ intelligantur ædificia Romæ esse: & hîc traditur, etiam quæ extra muros in continentibus vrbis fiunt, contineri: Roma enim mœnibus non terminatur, sed continentibus ædificiis. Accurs. †casum in hac lege ita fingit. Statuerunt Romani, quod qui ædificium Romę fecisset, ciuis Romanus haberetur. Addit Bar. talem verè & propriè ciuem esse: quoniã quoties lex ea confert, quæ solius iuris ciuilis sunt, propriè confert, nõ per fictionem. Vnde consequens est, vt etiam in odiosis huiusmodi receptitius pro ciue existimetur [g]. Ipse † in ea quoque specie interpretationem hanc intellexerim, cùm cautum est, vt ædificia Romæ vltra

f §. quidam. in authen. de non alien.
g l. cùm ex oratione. supra de excus. tut. vbi Bald.

vltra certam altitudinem non erigantur [a], vel non destruantur, & si qua similia: intelligentur enim Romæ esse, & quæ in suburbiis sunt. Sanè (quod ad ædificantium instructionem attinet) Græcum elegans extat carmen: a l. j. & ij. C. de ædil. pri.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Aedificare domos, multorum & pascere ventres,
Pauperiem miseram prompta frequénsque via est.

SVMMÆ.

1 *Perfectum variè accipi.*
2 *Aedificij excrescentes sumptus architecto non pendendi.*
3 *§. Perfecisse. explicari.*
5 *Vendere ædificaturo lautè non cogit lex.*

1 §. PERFECISSE. Perfectum †dicitur, cui nihil addi vel minui, salua integritate, potest [b]: idque propriè. Quandoque tamen ex subiecta materia aliter iudicamus, & perfectum ædificium interpretamur, quod in tali vsu esse potest, qualem paterfa. hîc destinauit: sicque Vlpiani verba hîc accipienda sunt: alioquin quodlibet imperfectum ædificium, aliquo in vsu esse potest. Scribit M. Vitruuius architectonices lib. x. Ephesi antiquam legem fuisse, Architectus †cùm publicum opus curandũ recipit, polliceatur quanto sumptu sit futurum: ædificio perfecto, si quod professus est, omne impensum fuerit, & vltra quartam eius partem etiã aliquid: quod præterea excurrerit, de suo suppleat. †quomodo hîc accipiemus perfectum ædificium? an simpliciter, vt Vlpianus hîc ait? minimè verò: sed perfectum intelligemus, cùm factum est illud, quod fieri inter partes conuenit: ante enim, quàm res consummationem acceperit, factum* non dicitur: quæ si accesserit, non solùm factum, sed etiam perfectum dicetur. Sed †finge. concedit lex volenti lautè ædificare, vt vicinũ ad proximæ rei venditionem cogere possit, an eum quoque adiuuabit, qui lautum ædificium perfecit, sed addere illi aliquid desiderat, puta hortum ampliare, vel impluuium? Qua in re, cùm ego impeterer, negabam adiuuari: cùm enim ornatus vrbis ratione ita constitutũ esset, & quò

b l. iurisperitos. de excus. tut.

ciues ad expolienda ædificia incitarentur, in eo, qui iã perfecisset, hæc ratio locum non habebat: nam incitãdus non erat qui iam perfecisset, nec volebat ædificare, qui iam ædificasset: quandoquidem & modica illa ampliatio ciuitati ipsi ornamento non erat, sed ædificium, quod satis iam perfectũ fuerat: restringendúmque interpretatione decretum dicebam. quod non solùm aduersus legem ciuilem inductum erat, sed etiam ius gentium tollebat, quod lib. Regum iij. cap. xxj. habetur: nam & Tranquillus tradit, Augustum Imp. forum fecisse angustius, cùm possessoribus proximas domos extorquere ausus non fuisset, aiebántque optimi principis Augusti exemplum imitandum, non cuiusuis alterius, qui eius decreti autor fuisset. Verùm cùm non tam iuri meo, quàm iudicibus diffiderem, transegi: vt verissimum sit illud Hesiodi,

Μήδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quod (vt L. Columella ait) non solùm de boue dicitur, sed etiam de omnibus partibus rei familiaris: adeò refert non habere malum vicinum.

SVMMÆ.

1 *Cepit alij quærens.*
2 *Contractu resoluto, vectigal non deberi.*

LEX CXL.

CEPISSE. Cùm ✝filio, vel seruo aliquid relictum 1
est, & præstitum, quamuis eius rei dominium incontinenti in patrem, vel dominum transferatur,* nihilominùs ipse filius vel seruus cepisse videtur, qua in re potuit meritò dubitari, cùm cepisse non videatur, qui restituturus statim est [a]. Sed hæc dissimilia sunt: pater enim vel dominus ex iure subiecti sibi hominis nituntur [b], qui etiam potuit illud ius non agnoscere [c]. Sed is, cui quis restituere debet, proprio iure innititur, & vt sibi restituatur, actionem habet. Quamuis igitur effectum *acquisitionis attendamus, vt acquisiuisse non videatur, nisi is, cui quæsitum durat, tamen 2
& filius vel seruus acquisiuisse videntur: cùm tale ius ex eorũ persona cõsideretur, sicut quod pater cùm moritur, acquirit, acquisiuisse videtur, quia illud in heredem

✝ l. placet. ff. de acquir. hæred.

a l. aliud. supra eod.
b l. quẽ hominẽ. §. quidã. de solut.
c l. cùm proponas. C. de hered. instit.

dem transmittendi ius habet [a]. Idem in eo, qui incontinenti restituere non habet necesse: cõmoditas enim medij temporis nõ modici effectus est [b]. Et ex his decidi potest † quæstio: si lege municipali quicunque aliquid iure contractus receperit, dominio translato, teneatur Reipub. vectigalis nomine decem pendere, qui recepit: sed contractus deinde resolutus est, an debeat? Et extat responsum, non debere [c]: quoniam non videtur receptũ * quod receptum non durat [d]. Quod vtiq; verum est, cùm recipientis ius extinctum est: alioquin si non extinctum, sed translatum proponatur, ex hoc responso receptum videtur.

a Bar. l. fi. de cond. instit.

b l. Sulpicius. de don. inter vir. & vxo.

c Abb. cons. lx. in j.

d Gl. c. & si necesse. extra eodem.

SVMMÆ.

1 *Execta filium habet,*
2 *Filius non dicitur, matre moriente, captus.*
3 *Filijs connumeratur cæso ventre natus.* 5.

LEX CXLI.

ETIAM. Referuntur hîc duo exempla, quibus mater, cùm moritur, filium non habet, quem tamen
1 post mortem habet. Primum est, cùm ex fictione * iuris habet: verè nõ habet qui cùm execto ventre natus est, verè mortua matre nascitur: sed lex eum, qui in vtero
2 est, fingit viuere. Secundum † est è conuerso, cùm verè filium habet, sed lex interpretatur non habere: vt quã-
3 do filius ab hostibus captus est. Hinc † consequens est, si mater aliquid sibi filiisque quos cùm morietur, habebit, acquisiuerit, eos etiã contineri, qui cæso vtero nascuntur [e]: quod ex proprietate verborum non esse Bal. sentit [f], sed ex coniectura mentis, quę in actu filiis ipsis fauorabili cùm primis obseruanda est: cui ego facilè af-
4 sentior. Hincque fit, vt quis, fratribus institutis * à matre prçteritus, pro instituto habeatur: at extraneis institutis, querelam inofficiosi testamenti habeat [g]. Generaliter enim proditum est, quæcunque cæteris filiis indulgeantur, huic quoque cæso competere [h].

e l. fin, C. de suis & leg.

f l. cùm mater. de inof. testam.

g l. quis posthumus. suprà de inoffic. testa.

h l. quod dicitur. de lib. & posthu.

SVMMÆ.

1 *Coniunctorum species, & differentia.*

3 *Coniunctus verbis.*
4 *Coniuncti re.*
5 *Coniuncti potiores.*
7 *Legis, Item. §. j. de hered. instit. sensus.*
9 *Semissem in lege, Triplici. ad idem referri.*
10 *Legis, Triplici. sensus.*

LEX CXLII.

TRIPLICI. Explicat † hic Iurisconsultus triplicem 1
coniunctorum speciem, prosequiturque exempla
coniunctorum re, & verbis: quoniam, cognito quod
mixtum * est, simplicium natura cognoscitur: demum 2
exemplum adfert, quo ex tribus coheredibus duo re
coniunguntur, tertius nullo modo. Sciendum itaque,
† coniunctos verbis dici, qui vna structura in eiusdem 3
rei partibus coniunguntur: vt si ita dixerim, Titio fundum Seianum lego, Seio eundem fundum æquis portionibus: nam si Titius & Seius à diuerso verbo regerentur, dubium non esset coniunctos nõ videri. Idem, si respectu diuersarum rerum coniungerentur, vt si dictum esset, Titio fundum & Seio centum lego [a]: licet enim verbis copulentur, quia tamen non ad eiusdem rei certas partes vocantur, huiusmodi coniunctio mo dici effectus est. Quòd † si ad eandem rem, nõ diuisam, 4
sed solidam à principio coniunctim aliqui vocentur, etiam re coniuncti dicuntur: vt in proposito casu, si dictum sit, Titio & Seio fundum Seianum lego: videtur enim quilibet ad integrum fundum vocatus, vnde per concursum partes sibi faciunt, & altero excluso, alter totum habet: non quia collegæ portio sibi accrescat, sed iure proprio: quia cùm à principio solidum videatur sibi legatum, collega non concurrente portio decrescere non debet. In † hac coniunctione, qui re & 5
verbis connexus est [b], cæteris præfertur: duplex enim vinculum fortiùs alligat. At qui verbis tantùm iungitur, eum excludit qui solum re coniunctus est: cùm enim verbis coniuncti ad eandem rem, licet certis portionibus, vocati sint, portionum illarum à testatore mentio facta videtur, respectu coniunctorum inter se, qui vnum corpus censentur: vnde si eorum aliquis excludi-

a l. huiusmo di. §. quibus. de leg. j.

b l. re coniuncti. de legat. iij.

cluditur, perinde cæteri admittũtur, ac si quò ad eum partium mentio nulla fuisset facta: coniunctíque illi non verbis solùm, sed & re forent [a]: quapropter qui re solùm coniungitur, ab eis excluditur [b]. Quæ interpretatio quandoque ex aliis coniecturis cessat, & re coniunctus æqualiter cum cõiuncto verbis succedit: veluti cùm apparet re coniunctum à testatore cæteris prædilectum esse: vt si quis ita scripsit [c], Titius heres esto, Caius & Mæuius ex æquis partibus heredes sunto. In hoc enim exemplo, cùm primum solidum Titio datũ sit, quàm Caius & Mæuius verbis coniuncti nominarentur, non videtur fuisse mens testatoris, in deficientis portione eum penitus excludi, interpretamúrque intentionis eius fuisse singulos separatim instituere, sed vt celeriùs scriberet, duos postremos coniunxisse: quod & Salic. probat [d]. Idémque si scriptum sit, Mæuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego: quamuis enim Titius re coniunctus solùm sit, tamen in Seij deficientis parte cum Mæuio succedet, qui Mæuius separatim est vocatus, & iuris intellectu, seu in abstracto tantùm coniunctus est.

a l. i. §. hæc ita C. de cadu. tollen.
b l. planè. in princ. de legat. i.
c l. si ita quis. de her. inst.
d l. Mæuio. de leg. ii.

Nec dubium. Potuit tamen dubitari, quoniam qui verbis coniunguntur, ab initio sibi partes faciunt: qui re, per concursum: vnde tanquam qualitates hæ inuicem aduersarentur, non videbuntur posse iungi: quod falsum est: vt enim quis verbis coniungatur, satis est si nominum complexu copulatus sit.

Veniant. Atqui cùm sine partibus instituti in hoc exemplo proponantur, portio vacans etiam Sempronio accrescere deberet, ex Seruij sententia, qui quãtum ad ius accrescendi non esse coniunctos ait [e], qui
6 sine partibus instituũtur: sed † intelligendus est Seruius in his heredibus, qui separatim instituti sunt: cũ enim partes expressæ non sint, coniuncti re non videntur: sed quoties verbis iuncti sunt, non est dubium ius accrescendi vicissim esse [f].

e l. item. §. ii. de her. inst.
f l. heredes. suprà de hered. inst.

Videantur. Confutatur hinc aliquorum sententia, qui existimauerunt, si testator Titio & Seio leget fundum, non esse re coniunctos, quia per copulam

ab initio videtur in viriles portiones facta distributio [a]: quod si verum esset, Mæuius hic non coniungeretur re Titio: vnde meritò eorum opinio recepta non est: nam & copula ex propria natura solùm coniungit, licet tacitè & per interpretationem distribuere viriliter censeatur. Sed tacitus hic intellectus in coniunctionis materia nullius considerationis est [b]: quippe hoc in ea potissimùm *attendimus, an expresse eadem structura plures vocentur, an id minus: arbitror tamen in his, quæ pondere, numero, mensurá ve consistunt, prędicto casu coniunctionem *nullam re fieri [c]: cùm enim diuisio absque creditorum alio facto in eis protinus fiat, non videtur solidum ab initio vnicuique datum, sed viriles solùm portiones. 7 8

a l. j. C. si plu. vna sen.

b Bald. l. si fortidianũ. C. de legat.

c l. si mihi. de ver. obli.

Ex parte qva. Videretur his verbis partem Titij omnem adimi, & Seio dari: sicut cùm dicimus, Quod Titio legaui, id Seio do [d]: sed in legato aliud esse quidam responderunt: quod plerique reprobant [e]: non enim differre hac in re legata ab hereditate videntur: vnde communiter tradunt, in proposito casu non omne legatum transferri, sed Titium, Seiúmque coniungi [f]: quod mihi à Iurisconsulti mente abesse videtur: igitur forma verborum consideranda est: si enim dixero, in qua parte Titium institui, in ea Seiũ instituo, verba translationem nõ inferunt, cùm absurdũ non sit in eadem parte duos institutos esse. at si dixero, quod Titio legaui, id Seio do, in persona Titij ademptio necessariò infertur: non enim dari potuit Seio, nisi Titio auferatur [g]: vt enim nouum non est, eandem rem pluribus legari, qui per concursum sibi partes faciant, ita quod vni legatum est, alteri dari nõ potest, nisi illi adimatur: quoniam si per concursum admitteretur, non haberet secũdus, quod primo legatum est, sed partem: quod contra testatoris verba induceretur.

d l. sicut. de adi. leg.

e Barto. l. re coniuncti. ij. oppos.

f In d. l. sicut.

g l. Mæuio. de leg. ij.

Semisses. Et causa dubitationis ex relatiuo erat: si enim ad quantitatem simpliciter referretur, tres †semisses faciendi erant: sed magis est, vt ad eandem speciem trahatur, ideóque censeatur vterque in vnum semissem coactus, sintque re coniuncti: addunt aliqui, etiam verbis coniunctos videri, tantámque relationis empha- 9

emphasim esse, vt quamuis duæ sint orationes, vna videatur: quæ sententia recepta non est.

Sed eo. Quid si hæc ratio cessaret, vt quia Sempronius ex triente solùm institutus esset? Et putarim in eundem semissem Seium nihilominus admitti [a]: nec † enim hac se ratione Iulianus tuetur, sed propter naturam relationis. Quid si etiam Titius in triente institutus esset? & hoc casu fortè à natura relationis recederemus, tum vt omnes heredes essent æquales, tum ne videretur testator de parte solùm hereditatis prouidisse.

a l. Iulianus quoque. de hered. instit.

Coniunctim. Re tantùm, vt creberrima se habet sententia: tametsi Iustinianus huiusmodi, qui solùm re coniunguntur, disiunctos semper appellet [b].

b l. j. C. de cad. tol.

SVMMÆ.

3 *Actionem habens ex causis rem non videtur habere.*

LEX CXLIII.

1 Id apud. Qui actionem habet * rem habere vi-
2 detur: hincque est, quòd actiones, * quæ ad mobilia competunt, inter res mobiles computantur [c]. Procedit autem hæc regula non ex veritate, sed ex interpretatione legis [d]: alioquin minus est actionem habere, quàm rem, quod propter litium anfractus introductum est [e]. Hinc est, quòd in odiosis, vel correctoriis suprà diximus regulam hanc non obseruari, quod etiam dicendum est, cùm de rescissione contractus agitur. Quapropter cùm transactionem ex eo rescindimus, quia in dimidia iusti pretij parte erratum sit [f], iustum pretium non intelligemus, quod actione etiam legitima petitum est, sed quod ex dubio euentu colligi potest. Inde etiam est, quòd possessori in censum rem ipsam deferre debet [g], non qui interim actione aduersus eum experitur: prodéstque huiusmodi possessio, ne satisdare quis ex edicto compellatur [h].

c Glo. l. j. C. si aduer. trã.

d l. minus. in frà tit. j.

e l. Labeo. §. fi. suprà eod.

f Bartol. l. si quis cùm aliter. suprà de verb. oblig.

g l. forma. §. si eum. de cens.

h l pen. §. pe. qui satis. cogantur.

SVMMÆ.

1 *Pellex, concubina.*

2 *Concubinae, amicaeque discrimen.*
3 *Meretrix non nisi pluribus prostituta dicitur.*

LEX CXLIIII.

MASVRIVS. Explicat † Iurisconsultus pellicis 1
significationem, ostéditq; ex Masurij Sabini sententia, eo nomine accipi quæ citra matrimonium cum aliquo consuescat, domíque retineatur: subiicítque vulgò sic accipi, quæ cum eo se misceat, cui sit vxor. Sed priorem interpretationem nobilissimi Grammaticorum Valla, & Perotus non recipiunt: quoniam Latinè à viris dici non arbitrantur, hæc est pellex mea, sed ab vxoribus potius. Hinc Philomela apud Ouidiũ in Metamorph. se pellicem sororis dicit: & apud Senecam Tragicum, Iuno se credere pellicibus ait: vt manifestè appareat, pellicem non dici nisi vxoris respectu, fortéque à pellendo, quòd maritos ad expellẽdas vxores compellat. quòd si apud aliquos autores aliter legatur, vt apud Plinium, Curtium, Tranq. corruptos codices vitio librariorum contendunt, & non pellices, sed pallacas, quæ græca vox est, legendum autumant. Verùm penes me antiquior est Masurij autoritas, quem & in Satyra Persius celebrat, & apud Græcos Athenæus: nam & Nonius Marcellus pellicem esse, quam Græci παλλακὴν vocant, cum Iurisconsulto opinatur, vt meritò eiusdem significationis vtraque vox sit. Sed & Martialis Ponticum deludit, pellice læua vtentem: quẽ locum ne corruptum credamus, ratio carminis manifesto argumento est: qui si Vallæ sententia probaretur, nimis dura & barbara translatione vsus esset. Satius ergo Iurisconsulti est expositionem sequi, & vtranque interpretationem defendere. Quòd autem vero nomine amicam, paulò honestiore concubinam appellari hîc traditur, Accurs. non probat, vt honestius nomen concubinæ censeatur, quàm amicæ, & ideo non respectu amicæ, sed pellicis comparationem fieri existimat: quæ interpretatio cum sermonis ipsius ductu non admodum conuenit. Igitur † sciendum apud veteres 2
concubinæ nomen inhonestum non fuisse, solúmque sic appellatas, quæ extra legis pœnam, & sine metu crimi-

criminis haberentur : at amicæ nomen, etiam quascunque meretrices continebat, quod ex Terentio, Plautóque variis in locis constat : ídque Græcorum exemplo, qui ἑταίρας, id est, amicas, quæcunque scortilla vocant, etiam ignobilia. Hinc Aristophanes in Pluto, καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας, & quæ sequuntur;
3 Institutas autem publicitus † meretrices à Solone Philemon est auctor, vt ea Venere contenti iuuenes,
4 à pudicis solicitandis abstinerent. Sanè *meretricem non esse, quæ cum aut altero, etiam pecunia accepta, se commiscet, dubium non est : sed eam quæ palàm & pluribus se prostituit, solámque huiusmodi de vicinia posse expelli existimauerim, ne probis mulieribus malo sit exemplo.

SVMMÆ.

1 *Virilis pars æqua pro toto quandoque sumitur.*
2 *Legati partes deficientis non collegatarij, sed heredis fiunt: in fideicommisso contrà.* 3.

LEX CXLV.

1 VIrilis. Virilis † portio pro æquali intelligitur: vnde si Titium, & Seium in viriles partes instituero [a], æqualiter admittentur. Sed finge Titium heredem esse non posse, an totum Seius habebit [b]? Et hîc probatur habiturum, & hoc casu dictio illa, virilis, naturam suam non seruabit, quod & suprà de dictione, residuum, tractauimus [c]. Et ex hoc responso
2 sunt, qui consequentem quæstionem decidant. † Filia herede instituta, vetuerat [d] quis ædificium de nomine suo exire, sed ad vernas, quos nominauerat, pertinere iusserat : defuncta herede & legatariis, cùm vernarum vnus superesset, respondit Scæuola ei virilem partem præstandam. Interpretatur Accursius, pro virili portione omne fideicommissum comprendi : atque ita à cæteris traditum est. Sed negari non potest, quin expositio hæc impropria sit, nec verbis Iurisconsulti quadrans : vnde ego propriè de virili portione intelligo : & cùm ex ordine contextus appareat prius heredem decessisse quàm legatarios, statim ab eius morte

a l. virilis. de leg. præst.
b l. ij. C. de hered. instit.
c l. potest. suprà eod.
d l. pater. §. filiam. de leg. iij.

ipso iure virilis portio translata est. Vnde quamuis alij decesserint, superstiti sola sua pars remanet, quoniam cæteri collegatarij legatum suum ad heredem transmittunt, non enim ipsi quicquam restituere grauati fuerãt, sed filia: & licet prohibitio, ne de nomine suo exiret, vim aliquam fideicommissi habere videatur, quia tamẽ † nominauerat, quibus legatum restitui 3
vellet, satis est ipsis semel acquisitũ fuisse: quæ decisio in fideicommisso vniuersali non procederet, cùm illud necesse sit agnosci, nec ipso iure quæratur [a].

a Bart. l. j. de legat. j.

SVMMÆ.

1 *Socero vlteriores contineri.*

2 *Patruus superiores complectitur.*

LEX CXLVI.

SOCERI. Cùm † suprà explicuerimus, an appellatione generi, & nurus, progener & pronurus contineatur [b], consequens est idem in socero dicendum: correlatiua enim sunt, nec absque altero alterum esse potest. Illud hic tantummodo admonendus est lector, sicut soceri nomine socer magnus continetur, ita dicendum de patruo † vt de eo lex verba faciens, etiam 2
patruum magnum comprendat. In quo articulo magna est controuersia, videtúrque crebrius recipi [c], vt in materia fauorabili comprendatur, in stricta verò vel aliàs odiosa non comprendatur, in quam sententiam & ipse accedo: quandoquidem in fauorabilibus cùm amplior fiat interpretatio, verisimile est de vtroque patruo actum: nec nouum est aliquam dictionem duplici * de specie intelligi [d]. Sanè socer à Græco sermone deducitur ἑκυρὸς, sicut socrus ἑκυρά, vt Modestinus scribit [e]: quo exemplo & aliqui ex antiquis soceram pronuntiauerunt, non socrum. 3

b l. nurus. l. generi. hoc tit.

c l. j. C. de suc. edi.

d l. in lege. loca.

e l. iiij. de grad.

SVMMÆ.

1 *Natus in suburbio, in vico natus dicitur: in vico contrà.*

2 *Natus extra domicilium non, nisi interpretatiu ciuis.*

4 *Oriundus variè accipitur.*

LEX

LEX CXLVII.

1 QVI IN CONTINENTIBVS. Continentia † pro suburbiis accipiuntur [a], quòd cum ipsa vrbe se teneant, contiguáque sint: qui ergo in his nascitur, Romæ natus dicitur. Quid si in vico aliquo qui vrbi Romanæ respondeat [b]? Et licet is patriam Romam habeat, non tamen Romæ natus intelligitur. Quid item si lex eum, qui Romæ natus non sit, à dignitati-
2 bus excludat, an is, cuius † mater extra domicilium peregrè peperit, recipiendus sit? Et certum est verbis legis eum excludi, licet ex interpretatione aliud fortè sit [c]: in eo enim loco is esse intelligitur, in quo do-
3 micilium constituit: & nō recessisse* videtur, qui animum reuertendi habet [d]. Quid si lex non de nato, sed
4 de oriundo loquatur? Et vulgò † traditum est, oriundum esse [e], qui ipse natus est, vel qui inde originem duxit: puta quia pater, vel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati sunt. Sed peritiores oriundum non esse qui ipse natus sit, existimant, sed qui genus duxit. Sic T. Liuius: nati, inquit, Carthagine, oriundi à Syracusis.

a l. ij. suprà eod.
b l. qui ex vi co. ad muni.
c Pet. Cin. l. huiusmodi. §. legatum. de leg. j.
d l. plerique. de rit. nupt.
e c. j. de vsur. in vj.

SVMMÆ.

1 *Liberos, vtroque numero reperiri.*
2 *Pugillares vtroque numero efferri.*
4 *Liberorum conditio ob nepotem deficit.*
5 *Conditio filiorum vno deficit.*
6 *Clausulam, si pro aliis, vno verificari.*
7 *Conditionem plurium vnus non explet.*

LEX CXLVIII.

1 NON EST SINE LIBERIS. Hæc † dictio, Liberi, etiam de vnico filio dicitur: solet enim Latinè loquentibus, plurali numero proferri, sicut pugillares, & codicilli: quamuis quādoque etiam singulariter liberum dicamus: & vt Iustinianum omittam, cuius autoritas, quantum ad rem Latinam attinet, non multum pollet: Modestinus [f] non potest, inquit, quis nolle suum liberum esse. Vlpianus quoque [g], Locupletior non est factus, qui liberum acquisiuit. Addit

f l. ius autē. de pact.
g l. nemo prædo. infrà titulo. j.

Valla se eandem vocem apud Quintilianum obseruas-
se. Pugillares † quoque (sunt hi libelli vel tabulæ cærа- 2
tæ, in quib⁹ scribebãt. quos Græci, vt opinor ἐγχειρίδια
vocant) singulari numero reperiuntur, vt apud Auso-
nium: Bipatens pugillar expedi: quod & de codicillis
frequentius inuenitur: sed tamẽ qui castigatiùs loquũ-
tur, Caij sententiam hîc approbant: vt dubium nõ sit,
qui cum * vnico filio filiáve decedat, sine liberis nõ de- 3
cedere. Sed hoc amplius constitutum est, conditionem,
† si quis sine liberis decesserit, relicto nepote ex filia, 4
a l. j. C. de condi. inser. deficere[a]: receptúmque est idem esse, si additum esset, si-
ne liberis ex se natis: quoniam per continuationẽ san-
guinis, nepos vel neptis satis dicitur ex auito corpore
nasci, vt Baldus & Cor. existimarunt, licet reclamẽt ali-
b Guid. pap. consi. cclij. qui[b]. † Sed quid si conditio de filiis loquatur? videtur 5
enim in eo casu saltẽ duos requiri propter pluralẽ nu
merum. Sed in descendentibus dubium non est, etiam
vnico filio extante, substitutum excludi, ídque cõiectu
c l. cũ auus. de condit. & demonstrat. ra pietatis[c], ne alienos suo sanguini præposuisse testa-
tor videatur. Dubitari igitur potest, cùm conditio illa
extraneo adiecta est: nam tũc etiam ratio Caij hîc ces-
sat. Sed tamen vnico nato deficere cõditionem verius
d Bal. d. l. j. est[d], & receptius, vt ex præsumpta mente pluralis * nu 6
merus in singularem resoluatur. Sicut in lege munici-
pali, qua extantibus liberis, fœminæ excludantur: non
enim est ratio, cur vno existente, excludi non debeant.
Quod & in ea specie proditum est, cùm pontifex mihi
sacerdotium † conferri mandat, si pro aliis nõ scripsit: 7
nam vt submouear, vt pro vno scripsisse satis est: & ita
e Bal. Card. c. mãdatum. de rescript. plerisque huius respõsi argumento visum est[e]. His ac-
cedat, quod ex facto respondit Calderinus[f], cùm here-
f Cald. cõsi. xlij. de testa. des si sine liberis decederent, ædiculam cõstruere à te-
statore iussi essent, altero defuncto sine liberis, non ta
men alterum interim teneri, nec * conditionem scindi. 8
Sunt & id genus pleraque, quæ à recentioribus coacta
g Feli. c. omnes. j. distin. legere est[g].

SVMMÆ.

1 *Legem, Nam quem. explicari.*

Condi-

3 *Conditionis aientis, negantísque discrimen.*

LEX CXLIX.

1 NAM QVEM. Argumentatur † Iurisconsultus per locum à contrariis: repugnãt enim, habere libe-
2 ros, & non habere, vt alterò concesso* alterum necessarium sit negari: quod genus argumenti semper concludit, nisi ex mente loquentis aliud colligatur: verbi
3 gratia, hæc conditio, † si Titius & Seius heredes erũt, altero repudiãte deficit: ergo ista, si Titius & Seius heredes non erunt, hoc casu euenit, & tamen his verbis aliquis substitutus non admittitur[a]. Sed primus heres solidum habet, quod propter mentẽ testatoris est, qui videtur primum magis dilexisse, quàm substitutum[b].
4 Sed dubitari potest, cùm pluribus substitutum * est, si sine liberis legitimè natis decesserint, an pupillo substitutum videatur: & videri Bar. sensit, idque verius est[c].

a l. quamuis. C. de impub.
b Imol. §. cũ ita. l. heredes. ad Treb.
c in l. centurio. de vulg.

SVMMÆ.

1 *Minus etiam de nihilo dici: comparátque.*
2 *Authenticæ præterea. C. vnde vir & vxor. sensus.*
3 *Arbitretur iudex pro pœnæ specie.*
4 *Fideiussio quantominus conditionalis.*
5 *Fideiussio quantominus promittens in totum cõueniri potest.*

LEX CL.

1 SI ITA A TE. Qui † promittit quantò minus à Titio exigetur, si nihil exigatur, solidum debet, quia dictio hæc, minus, ex mente contrahentium vim comparationis amittit, & perinde est ac si promisisset, etiã si nihil à Titio haberi poterit, quod etiam superius à nobis tractatum est. Hinc est quòd cùm Iustinianus
2 constituerit † coniugem inopem coniugi locupleti, in quartam partem bonorum succedere, siue plures siue minus filij fuerint, interpretabimur constitutioni lõcum esse, quamuis filij nulli adsint, quoniam dictio illa minùs, etiam ad nihilum referri potest[d]: ídque Alexãd. & Ias. probant. Sed & Bald. cùm constitutum esset, vt qui centum libris censerentur, soluant decem; qui minus, soluant quinque: etiam eum quinque debiturum

l. minus. et l. verbo amplius. ẽ. eod.

d Auth. præterea. in fine. C. vnde vir.

a l.fin.suprà si cert. peta. scripsit, cuius census esset nullus[a]. Cæterùm quamuis hæc interpretatio admittatur: † propriè tamen comparatiuũ nomen naturam suam seruat, & positiuo cõfertur, & de eadẽ specie intelligitur. Quapropter cùm lex verberantem mulcta decem aureorũ adficeret, vulnerantem maiore, arbitrio iudicis: responsum est, non posse iudicem aliam quàm pecuniariã pœnam pro vulnere indicere: cõparatiuum enim maiore ratione mulctæ collationem facit[b]: idque Cinus, Baldus, Iason scripserunt. 3

b l. vbi. de verb. oblig.

Debeas. Is enim, puta Seius, † qui in subsidiũ promisit, videtur sub conditione debere[c], quatenus à Titio consequi non potero, & ideo propriè fideiussor nõ est, & ante euentum conditionis, id est, priusquam cõstet à Titio me non posse consequi, vtiliter cum eo agi non potest†. Arbitror tamen posse me ab eo totũ petere, dum tempore accepti iudicij, id est, quo lis cõtestatur, excussionem fieri procurẽ, & per iudicis interlocutionem declarari, quatenus Titius soluendo sit: nã quãtò minùs soluendo erit, tantò petitionem totius, prius præstitã moderabor, ídque à Seio consequar: nec ideo in aliquo puniar, quòd à principio plus petierim; quam sententiam Celsus probat[d], licet in vulgatis codicibus cùm priùs legeretur, tanto minus postea petere possum: additũ existimem, à Titio: & inde maxima inter Doct. altercatio orta sit. 4 5

c l. x. de ver. oblig.

d l. si. si cert. pet.

SVMMÆ.

1 *Adeunti obseruanda.*
2 *Adire successionis iuris nescius nequit,*
3 *Hereditas delata est, quæ obice caret, alioquin contrà.*
4 *Delata ignoranti hereditas.*
5 *Pupilli furiosique in hereditate discrimen.*
6 *Repudiari non delata nequit.*
7 *Repudianti deferri.*
8 *Bonorum possessio decre. irrepudiabilis.*
9 *Bonorum possessio. genera & differentiæ.*

LEX CLI.

Delata. Vt adire † hereditatẽ quisquã possit, necessarium est eũ scire hereditatem sibi delatam, & delatio- 1

2 delationis causam. Et ideo † si nesciat testatorem mortuum, vel dubitet de iuribus testamenti, vel quomodo sit institutus, purè an sub conditione, vel an aliquis eũ præcedat: Itémque an testator iure testatus sit, vel ex qua causa sibi hereditas deferatur, ex testamento, an ab intestato, vel ex quota parte sit heres[a], suúsne, & necessarius an voluntarius, adire non potest, quapropter
3 nec repudiare. Explicat † igitur Iurisconsultus, quæ dicatur delata hereditas: & propriè sic dici arbitratur, quando eam heres adire potest, ita quòd nihil neque ex parte hereditatis, neque ex parte heredis impedit, quò minus eam consequi possit. Quòd si aliquid impediat ex persona ipsius heredis, puta quia ignoret, huic propriè hereditas, vt quidam existimant, non dicitur delata. Hinc est, quòd furioso non dicimus dela-
4 tam[b]: largè tamen accipiendo secus est. Hinc † dubitatum fuit, Si lex municipalis hereditatem delatam in quemcunque successorẽ transmitti mandet, an ea trãsmittatur quam quis sibi delatam fuisse ignorauit. Aliqui negant[c], sed Alex.[d] & plerique aiũt, quibus ego accedo, & quamuis heres ignoret, hereditatem propriè delatam dici arbitror: potest enim eam quis adeundo consequi[e]; quod in dubitante non procedit. Quapro-
5 pter † & infanti propriè dicitur delata[f], qui quamuis in præsentia ius suum ignoret, tamen præsumitur quòd factus adultior sciet: at furiosus nec scit, nec sciturus præsumitur, vnde illi non pleno iure, sed miserationis causa ratione fructuum prouidetur[g].

Consequi, et repudiando amittere.
6 Sed † cur nondum delatæ hereditatis repudiatio non valet[h], cùm faciliùs videatur spem ipsam à nobis segregare, quàm ius semel quæsitum? Alciatus respondet, eum qui repudiat, nihil iuris sibi acquirere, nec in alium transferre: nec enim transferre potest, quod i-
7 pse adhuc non acquisiuit[i]: & ideo † quamuis pendente cõditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert: sed quando iure delato repudiat, subit incontinenti qui gradu proximus est: vnde qui repudiauit, excluditur, pendente verò conditione, nemo subdit, cùm interim vocetur nemo. quod si quis futurũ pacto

a l. is potest. de acquiren. hered.
b l. j. §. furio si. de succes. edict.
c Math. notab. cxciij.
d Alexan. d. l. is potest.
e l. Planto- nius. de acq. here.
f. l. si infanti. C. de iure deliberand.
g l. j. suprà de bon. poss. inf. fur.
h l. is. qui heres. de acquir. heredi.
i l. fuit. eod. tit.

remisit, vel in iudicio publicę personæ absentis nomine acceptanti renuntiauit, licet nihilominus lex ei hereditatē legatúmve deferat, ex pacto tamen non agnoscere id lucrum tenetur, si modo paciscentis interest: in hoc Raph. Paul. Ias. cōsenserūt[a]. Sed †vnde est, quòd decretalem bonorum possessionem repudiari nō posse lex ait[b]? quoniam antè, quàm decreta sit, non est delata: postquam autem decreta est, serò repudiatur, quod iam acquisitum est. Cûm enim id sit delatum, quòd adeundo possumus consequi, si in casu à lege permisso decretalem petam, cùm eam consequi possim, cur delata dici non debet? Et sit† communem sentētiam sequamur, qua traditum est, eandem bonorum possessionem antè, quàm decreta sit dici edictalem, post verò decretalem, non video quid responderi eleganter possit: sed existimo edictales bonorum poss. esse, quas ordinarias vocamus, & quæ ius tribuunt: decretales verò extraordinarias, quæ sunt facti, vt Carboniana, & quæ vētris nomine, vel litis instituendæ gratia[c]: itémque, quæ furioso decernitur. Nam vt demus etiam in ordinariis hoc iure decretum necessarium fuisse, solæ tamen extraordinariæ decretales dictæ sunt, quoniā hæ potissimùm à decreto pendent: priores enim etiam antequā concedātur, aliquid sunt, & ius in se cōtinent, quo defuncti persona repræsentatur: sed posteriores omnem substantiam ex prætoris decreto accipiunt, & eodem momento oriuntur, petentíque acquiruntur: non ergo ante decretum potest dici ius aliquod delatum esse, cùm ius nullum adhuc *ortum sit, sed speremus vt ex decreto prodeat. 8 9 10

a d. l. is qui.
b l. j. de suc. edict.
c l. ij. §. si quis ex libe. ad Tertul.

SVMMÆ.

1 *Homo de vtroque sexu dicitur.*
2 *Adam vtroque sexu accipitur.*
3 *Hominis etymon, & latè patens acceptio.*
4 *Homo nondum natus non est.*

LEX CLII.

HOMINIS. Homo† cōmne nomen est, & tam masculinum, quàm fœmininum cōtinet, ídque exēplo- 1

2 plo Græci ſermonis, ἄνθρωπος: nam & Hebræi Adã † quo nomine terra natum hominem ſignificant, ad vtrũque ſexum referunt, vt habetur Geneſeos v. Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam. Ridiculi verò ſunt antiquiores Græci, dum neſcio quem Adamum finxerũt Cœli & Terræ filium, qui Adameæ regioni nomen dederit, vt apud Stephanum περὶ πόλεων legere eſt. Dicitur autem homo ſiue ab humo, vt Varro exiſtimauit, ſiue à cõcordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quòd nullũ
3 animal ſit ſocialius. Et † hinc apparet, legem quæ de hominib. loquitur, etiam de fœminis accipiendam eſſe, & quidem propriè[a], quod arbitratur Bar. etiã ſi articulus quis præponatur. In qua tamen re dubito, moueórque exẽplo Græcorum, qui per articulos ὁ καὶ ἡ ſexũ diſtinguunt. Illud conſtat, cùm hominem dicimus, quemcũque contineri, non ſolùm ſiue maſculus ſiue fœmina ſit, ſed ſiue liber ſiue ſeruus, ſiue pubes ſiue impubes[b].
4 Sed † an is, qui in vtero eſt, homo dicatur[c]? Et conſtat non dici. expectari igitur lex iubet poſtquam natus eſt, & in terram ceciderit[d]: quæ verba ex antiquorum conſuetudine interpretari debemus. Siquidem ſolebãt veteres, vbi quis natus eſſet, nudum protinus in terrã ſtatuere, opémque Deũm inuocare, vt naſcẽti auxilio eſſent: cuius rei meminit Auguſtinus Ciuitatis diuinæ lib. IIII. & Plinius lib. VII. Macrobiúſque. Hinc Statius: Tellure cadentem Excepi, fouíque ſinu.

a l. j. ſuprà eod.

b l. iii. §. j. de liber. ho. exhib.

c l. cũ inter. C. de fid. lib.

d l. penulti. C. de poſt. hær.

SVMMÆ.

1 *Natus fingitur, qui in vtero eſt: ex cauſis contrà.* 4.
3 *Legem, Intelligendus. reſtringi.*
6 *Ventri obeſt vſucapio.*
7 *Lex Cornelia ventri ex cauſa non prodeſt.*

LEX CLIII.

1 INTELLIGENDVS. Qui † in vtero eſt, in ſui fauorem pro nato habetur, idque per fictionem legis, quę licet per naturam impoſſibile ſit ante ſeptimum menſem eum naſci, & viuere[e], hoc fingit: vt omnino verum non ſit, quod vulgò traditur, legem nunquam fingere

e l. ſeptimo mẽſe ff. de stat. hom.

impossibilia,fingit enim dum subsit æquitas. Igitur si auus cuilibet nepoti, qui tempore mortis suæ viuat,centum relinquat,etiam eum qui in vtero est,admitti Din.respondit. Qui enim in vtero est,cùm de suo commodo agitur,natus existimatur. Quod tamen semper non procedit, veluti cùm damnum nullum partui infertur,si natiuitas expectetur. Cur enim lex * fingat, cùm necessaria nulla causa hoc suadet? & a
ideo posthumo non † confertur[a],antequam sit natus: 3
item ad partem hereditatis interim non admittitur[b], nec præteritus rumpit testamentum[c], neque interim suus est heres:nam & propter incertitudinẽ his in casibus aliud constitui non potuit. Cæterùm & si decretum sit,in demortuorum decurionum locum filios subrogari[d],Oldradus existimauit eius qui in vtero sit, rationem non habendam,cùm huiusmodi fictio ad id trahi non debet, quod iure statuti vel consuetudinis
defertur.Sed id ego vix † probo,nisi protinus.vel sine 4
dilatione subrogandum lex diceret. Cùm enim appareat moram vllam fieri non debere, haudquaquam videtur interim infantis natiuitas expectanda. Sed etsi verba legis partui non conueniunt, vt quia de homine loquantur,tunc de eo non intelligemus.si tamen eiusmodi sit lex,quæ ex ficta interpretatione extendi nequeat, veluti si sancitum sit hominis occisorem decollari: constat enim qui prægnantem abortire fecerit, ea lege non puniri:quoniã (vt suprà quoque diximus) hominis appellatione,qui in vtero est, non comprenditur, quod in hac specie ea quoque ratione obseruandum est; quoniam hîc de eius commodo directè non tractatur, & in hoc omnes consentiunt[e]. Illud quoque certum est, in computatione annorum, eius temporis calculum non duci, quo quis in vtero fuit,
etiam si eius vtilitas hoc suaderet:ab hominis * enim 5
ortu solemus annos numerare, ídque & Bald.prodidit[f]. Verùm & quamuis dubitatur, an contra
infantem ipso iure currat † præscriptio, dubium non 6
est, aduersus eum, qui in vtero est, vsucapionem procedere[g], licet restitutionem prætor polliceatur. Cæterùm & si mater prægnans apud hostes enixa sit,

† nec

a l.fin.suprà de col.
b l.antiqui. de petit.heredit.
c l.al.l.posthumo.C. de contra tabu.
d Albe.in l.penul.C.de aduo.diuer.iudi.
in l. præcedentemque ... incipit, hominis ... num.4.
e Felin.c.[illegible] eut.de homicid.
f ca.cùm in cunctis. de elect.
g l.etiam.ij. de min.

7 † nec infans reuersus sit, non videtur in vtero tempore captiuitatis fuisse, nec aliquod legis Corneliæ ca
8 put ei patrocinabitur, ne bis in eadem* specie fingere lex videatur.

SVMMÆ.

1 *Mensura variæ.*
2 *Lapis centesimus à continentibus numerandus: ex causa à muris.*

LEX CLIIII.

1 MILLE PASSVS. Vt sciamus qua longitudine sit passus, † præfari nos oportet mensurarum aliqua nomina, ex quibus minima est digiti, quorum quatuor Palmum conficiunt, XVI. pedem. Est autem
2 Pes tanquam as in numeris,* & ideo dimidius pes, semis etiam vulgò appellatur, quantum videlicet pugno, extensóque pollice metimur: sicut Spithama vox Græca, quæ & ipsa vulgò seruat nomen, quantum extensis articulis à minimo ad pollicem amplecti possumus: Latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior quibusdam: at cubitus sesquipedalis est. Gressus verò, duos pedes & semissem continet: Passus quinque pedes, sic dictus, quòd passis, id est, dilatatis brachiis & manibus hanc dimensionem conficiamus. Vlna (sic enim Orgyiam interpretor) sex pedibus, vt Herodotus scripsit, constat. Pertica duos passus in se habet, hoc est, pedes decem: vnde & decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus ducentis quadraginta, in latitudinem dimidio minus conficitur, duósque in se Actus continet. Stadium passus cẽtum vigintiquinque habet, qui sunt plus paulò pedes sexcẽti. Diaulus duo sunt stadia, Miliarium sunt mille passus, hoc est, stadia octo. Dolichus stadiorum est duodecim. Leuca dictio est Gallica, cuius tamen Ammianus Marcellinus meminit: mille & quingentos etiam ipsa passus habet, vt Antonius in Itinerario ostendit, licet plerisque in locis sit amplior. Parasanga vocabulum Persarum, triginta cẽsetur

[Handwritten margin notes:] glo. in c. sicut anti: quitus. in verb. passus. 17. q. 4. et Alex. in l. 1. ff. siquis caut. et idem Alex. in additionib. ad Bar. in l. in itinere. 3. eo. dicunt pedem esse spatium quindecim digitorum.

immò [illegible] vigintiquinque pedes, ni stadij ratio Geometrica sit, de qua apud Plin. natural. histor. lib. 2. cap. 23. Sed si intelligimus stadium spatium, quod homo uno spiritu cursu suo transmittere potest, tunc ratio certa reddi non potest, cùm pro corporis robore, aut fragilitate nunc breuius, nunc longius

stadiis, quæ mensura paulò minor est milliario Germanico. Schœnus apud Aegyptios sexaginta est stadiorum. Stathmus, id est, mansio, milliaria habet viginti-octo semis: huius in authenticis [a] mentio habetur. Est & vulgaris vox Mansum, qua tantum agri significatur, quantum singulis annis par boum arare, colereque potest[b].

a §. si igitur. in authen. vt om. obe.

b c. j. de cēsi.

Vrbis. Quapropter cùm præfectus vrbis, de his, quæ intra cētesimum lapidem perpetrata sint[c], cognoscat, inibitur computatio a continentibus, quod & in dubio semper seruandum est: alioquin distinguimus quemadmodū concepta sint verba, vt si prohibiti sint ciues capras retinere prope vrbem, computetur à muris: si prope Romam, à continentibus, vt plerique hîc sentiunt.

c l j. §. cùm vrbem. de offic. præfect. vrbi.

SVMMÆ.

1 *Proximitas probanda: huius forma. 3.*
4 *Proximum variè accipi.*
5 *Proximi & consortis discrimen.*

LEX CLV.

PRoximi. Quemadmodum proximus intelligatur, qui solus est, suprà à nobis tractatum est. † sed 1 dubium est, cùm lex agnato proximo hereditatem deferat, an necesse habeat eam qualitatem probare is, qui se heredem asserit. Et si non possideat, aliúsque agnatus ei contradicat, non est dubiū probari debere: quòd si in iudicio alius agnatus nō appareat, durum esset, si eum ad id cogeremus, vt probaret, neminem quàm ipse sit, defuncto propinquiorem esse: idque Corneo[d] placuit, cui & nos adsentimus: cū proximus sit, vt hîc dicitur, qui solus est: eúmque præsumam * solum cu- 2 ius socij nulli appareāt, cùm verisimile sit, ad lucri partem omnes conuolaturos, si extarent. Teren. in Phor. At si talentûm rem reliquisset decem, primus esses: memoriter progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferens. Hinc & prouerbiale apud Græcos carmen:

in l. proximus. 92.

d Cōs. cxciiii in iii j.

τὸν

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.
Omnes virorum diuitum sunt proximi.

3 Sufficit igitur † si intra eum gradum esse se probauerit, vnde legitimos prætor vocat: idque & Alexand. probat[a]: hunc enim esse proximum agnatum censebimus. a in l. is posteſt. de acq. hered.
4 Cæterùm hîc † superest videre, & quæ prima sit huius vocis significatio: & constat à prope fieri proximum, & ideo vox valde est generalis: vnde vicin' proximus dicitur, & amicus: transfertur & ad sanguinis iura, & proximi, tā agnati, quàm cognati dicuntur. In vsu autem magis est, vt cùm ius proximitatis dicimus, de cognatione specialiter intelligamus[b]: quo sensu etiā qui ante se aliquem habent, nihilominus proximi dicūtur: quod eius constitutionis exemplo apparet, qua traditur, proximis, necessariisque personis solummodo deferri copiam de adulterio accusandi[c]: nō enim dubium est, licere patruo accusare, licet frater extet. Itémque cùm legatum rei alienæ ab ignorante factum, traditur non valere, nisi proximæ personæ relictum sit[d]: intelligemus proximum, etiā qua aliquis prior in gradu sit. b l. ad inteſtati. C. de leg. here. c l. quamuis adulter. C. de adulter. d l. cùm rem. C. de leg.
5 Addidit † Baldus[e], hoc differre proximum à consorte, quòd proximus per consanguinitatem dicitur, cōsors socius est, & dominij particeps. Sed ego à peritioribus e Bald. l. duũ. C. de cōtrahē. empt.
6 intellexi, consortem * eiusdem sortis & conditionis hominem significare, sed ex subiecta materia aliter atque aliter *μεταφορικῶς* accipi.

SVMMÆ.

1 *Vtrubi interdictum explicari.*
2 *Anni maior pars, variè consideratur.*

LEX CLVI.

1 MAIORE. Interpretatur hîc † Iurisconsultus interdictum[f], quo cauebatur, vtrobi * quis maiore parte anni fuisset, ibi & maneret, † ostendítque maiorem partem anni intelligi, respectu possessionis aduersarij: hodie tamen hoc in interdicto id solum intelligimus, vtrobi litis contestatæ tempore ea res sit[g], de cuius possessione litigatur: idque exemplo interdicti, f l. 1. suprà vtrobi. *P. Fl. vtrubi. g §. sed hodie. Inſtit. de interdict.
2
3 Vti possidetis,* exæquata enim hæc sunt. Eadē autē ra-

Valla se eandem vocem apud Quintilianum obseruasse.
Pugillares † quoque (sunt hi libelli vel tabulæ cæratæ, 2
in quib' scribebãt. quos Græci, vt opinor ἐγχειρίδια
vocant) singulari numero reperiuntur, vt apud Ausonium:
Bipatens pugillar expedi: quod & de codicillis
frequentius inuenitur: sed tamẽ qui castigatiùs loquũtur,
Caij sententiam hîc approbant: vt dubium nõ sit,
qui cum * vnico filio filiáve decedat, sine liberis nõ de- 3
cedere. Sed hoc amplius constitutum est, conditionem,
† si quis sine liberis decesserit, relicto nepote ex filia, 4
deficere[a]: receptúmque est idem esse, si additum esset, sine
liberis ex se natis: quoniam per continuationẽ sanguinis,
nepos vel neptis satis dicitur ex auito corpore
nasci, vt Baldus & Cor. existimarunt, licet reclamẽt aliqui[b].
† Sed quid si conditio de filiis loquatur? videtur 5
enim in eo casu saltẽ duos requiri propter pluralẽ numerum.
Sed in descendentibus dubium non est, etiam
vnico filio extante, substitutum excludi, ídque cõiectura
pietatis[c], ne alienos suo sanguini præposuisse testator
videatur. Dubitari igitur potest, cùm conditio illa
extraneo adiecta est: nam tũc etiam ratio Caij hîc cessat.
Sed tamen vnico nato deficere cõditionem verius
est[d], & receptius, vt ex præsumpta mente pluralis * nu- 6
merus in singularem resoluatur. Sicut in lege municipali,
qua extantibus liberis, fœminæ excludantur: non
enim est ratio, cur vno existente, excludi non debeant.
Quod & in ea specie proditum est, cùm pontifex mihi
sacerdotium † conferri mandat, si pro aliis nõ scripsit: 7
nam vt submouear, vt pro vno scripsisse satis est: & ita
plerisque huius respõsi argumento visum est[e]. His accedat,
quod ex facto respondit Calderinus[f], cùm heredes
si sine liberis decederent, ædiculam cõstruere à testatore
iussi essent, altero defuncto sine liberis, non tamen
alterum interim teneri, nec * conditionem scindi. 8
Sunt & id genus pleraque, quæ à recentioribus coacta
legere est[g].

a l. j. C. de condi. inser.
b Guid. pap. consi. cclxij.
c l. cũ auus. de condit. & demonstrat.
d Bal. d. l. j.
e Bal. Card. c. mãdatum. de rescript.
f Cald. cõsi. xlij. de testa.
g Feli. c. omnes. j. distin.

SVMMÆ.

1 *Legem, Nam quem. explicari.*

Condi-

3 *Conditionis aientis, negantísque discrimen.*

LEX CXLIX.

1 NAm quem. Argumentatur † Iurisconsultus per locum à contrariis: repugnãt enim, habere libe-
2 ros, & non habere, vt altero concesso * alterum necessarium sit negarí: quod genus argumenti semper concludit, nisi ex mente loquentis aliud colligatur: verbi
3 gratia, hæc conditio, † si Titius & Seius heredes erũt, altero repudiãte deficit: ergo ista, si Titius & Seius heredes non erunt, hoc casu euenit, & tamen his verbis aliquis substitutus non admittitur[a]. Sed primus heres solidum habet, quod propter mentẽ testatoris est, qui videtur primum magis dilexisse, quàm substitutum[b].
4 Sed dubitari potest, cùm pluribus substitutum * est, si sine liberis legitimè natis decesserint, an pupillo substitutum videatur: & videri Bar. sensit, ídque verius est[c].

a l. quamuis. C. de impub.
b Imol. §. cũ ita. l. heredes. ad Treb.
c in l. centurio. de vulg.

SVMMÆ.

1 *Minus etiam de nihilo dici: comparátque.*
2 *Authentica præterea. C. vnde vir & vxor. sensus.*
3 *Arbitretur iudex pro pœnæ specie.*
4 *Fideiussio quantominus conditionalis.*
5 *Fideiussio quantominus promittens in totum cõueniri potest.*

LEX CL.

1 SI ita a te. Qui † promittit quantò minus à Titio exigetur, si nihil exigatur, solidum debet, quia dictio hæc, minus, ex mente contrahentium vim comparationis amittit, & perinde est ac si promisisset, etiã si nihil à Titio haberi poterit, quod etiam superius à nobis tractatum est. Hinc est quòd cùm Iustinianus
2 constituerit † coniugem inopẽm coniugi locupleti, in quartam partem bonorum succedere, siue plures siue minus filij fuerint, interpretabimur constitutioni locum esse, quamuis filij nulli adsint, quoniam dictio illa minùs, etiam ad nihilum referri potest[d]: ídque Alexãd. & Ias. probant. Sed & Bald. cùm constitutum esset, vt qui centum libris censerentur, soluant decem; qui minus, soluant quinque: etiam eum quinque debiturum

l. minus. et l. verb. amplius. ĩ. eod.

d Auth. præterea. in fine. C. vnde vir.

2 delationis causam. Et ideo † si nesciat testatorem mortuum, vel dubitet de iuribus testamenti, vel quomodo sit institutus, purè an sub conditione, vel an aliquis eũ præcedat: Itémque an testator iure testatus sit, vel ex qua causa sibi hereditas deferatur, ex testamento, an ab intestato, vel ex quota parte sit heres[a], suúsne, & necessarius an voluntarius, adire non potest, quapropter
3 nec repudiare. Explicat † igitur Iurisconsultus, quæ dicatur delata hereditas: & propriè sic dici arbitratur, quando eam heres adire potest, ita quòd nihil neque ex parte hereditatis, neque ex parte heredis impedit, quò minus eam consequi possit. Quòd si aliquid impediat ex persona ipsius heredis, puta quia ignoret, huic propriè hereditas, vt quidam existimant, non dicitur delata. Hinc est, quòd furioso non dicimus dela-
4 tam[b]: largè tamen accipiendo secus est. Hinc † dubitatum fuit, Si lex municipalis hereditatem delatam in quemcunque successorē transmitti mandet, an ea trãsmittatur quam quis sibi delatam fuisse ignorauit. Aliqui negant[c], sed Alex.[d] & plerique aiũt, quibus ego accedo, & quamuis heres ignoret, hereditatem propriè delatam dici arbitror: potest enim eam quis adeundo consequi[e]: quod in dubitante non procedit. Quapro-
5 pter † & infanti propriè dicitur delata[f], qui quamuis in præsentia ius suum ignoret, tamen præsumitur quòd factus adultior sciet: at furiosus nec scit, nec sciturus præsumitur, vnde illi non pleno iure, sed miserationis causa ratione fructuum prouidetur[g].

CONSEQVI, ET REPVDIANDO AMITTERE.

6 Sed † cur nondum delatæ hereditatis repudiatio non valet[h], cùm faciliùs videatur spem ipsam à nobis segregare, quàm ius semel quæsitum? Alciatus respondet, eum qui repudiat, nihil iuris sibi acquirere, nec in alium transferre: nec enim transferre potest, quod i-
7 pse adhuc non acquisiuit[i]: & ideo † quamuis pendente cõditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert: sed quando iure delato repudiat, subit incontinenti qui gradu proximus est: vnde qui repudiauit, excluditur, pendente verò conditione, nemo subdit, cùm interim vocetur nemo. quod si quis futurũ pacto

a l. is potest. de acquiren. hered.

b l. j. §. furio si. de succes. edict.

c Math. notab. cxciij.

d Alexan. d. l. is potest.

e l. Planto- nius. de acq. here. alias Pamponius

f. l. si infanti. C. de iure deliberand.

g l. j. suprà de bon. poss. inf. fur.

h l. is. qui heres. de acquir. heredi.

i l. fuit. eod. tit.

remisit,vel in iudicio publicę personæ absentis nomine acceptanti renuntiauit,licet nihilominus lex ei hereditatē legatúmve deferat,ex pacto tamen non agnoscere id lucrum tenetur, si modo paciscentis interest:
a d.l. is qui. in hoc Raph.Paul.Ias. cōsenserūt[a]. Sed †vnde est,quòd 8
decretalem bonorum possessionem repudiari nō posse
l.1.§.decretalis. b l.j.de suc. edict. lex ait[b]?quoniam antè,quàm decreta sit, non est delata:postquam autem decreta est,serò repudiatur, quod iam acquisitum est.Cùm enim id sit delatum, quòd adeundo possumus consequi, si in casu à lege permisso decretalem petam,cùm eam consequi possim,cur delata dici non debet?Et si† communem sentētiam sequamur,qua traditum est,eandem bonorum possessionem 9
antè,quàm decreta sit dici edictalem, post verò decretalem,non video quid responderi eleganter possit:sed existimo edictales bonorum poss. esse,quas ordinarias vocamus,& quæ ius tribuunt:decretales verò extraordinarias,quæ sunt facti,vt Carboniana,& quæ vētris
c § l.ij.§. si quis ex libe. ad Tertul. nomine,vel litis instituendæ gratia[c]:itémque, quæ furioso decernitur. Nam vt demus etiam in ordinariis hoc iure decretum necessarium fuisse,solæ tamen extraordinariæ decretales dictæ sunt,quoniā hæ potissimùm à decreto pendent:priores enim etiam antequā concedātur,aliquid sunt, & ius in se cōtinent,quo defuncti persona repræsentatur:sed posteriores omnem substantiam ex prætoris decreto accipiunt,& eodem momento oriuntur,petentíque acquiruntur:non ergo ante decretum potest dici ius aliquod delatum esse, cùm ius nullum adhuc *ortum sit,sed speremus vt ex 10
decreto prodeat.

SVMMÆ.

1 *Homo de vtroque sexu dicitur.*
2 *Adam vtroque sexu accipitur.*
3 *Hominis etymon,& latè patens acceptio.*
4 *Homo nondum natus non est.*

LEX CLII.

cōmune. HOMINIS. Homo† cōmne nomen est,& tam masculinum, quàm fœmininum cōtinet, idque exēplo- 1

2 plo Græci sermonis, ἄνθρωπος: nam & Hebræi Adã quo nomine terra natum hominem significant, ad vtrũque sexum referunt, vt habetur Geneseos v. Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam. Ridiculi verò sunt antiquiores Græci, dum nescio quem Adamum finxerũt Cœli & Terræ filium, qui Adameæ regioni nomen dederit, vt apud Stephanum περὶ πόλεων legere est. Dicitur autem homo siue ab humo, vt Varro existimauit, siue à cõcordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quòd nulla
3 animal sit socialius. Et † hinc apparet, legem quæ de hominib. loquitur, etiam de fœminis accipiendam esse, & quidem propriè[a], quod arbitratur Bar. etiã si articulus quis præponatur. In qua tamen re dubito, moueórque exẽplo Græcorum, qui per articulos ὁ καὶ ἡ sexũ distinguunt. Illud constat, cùm hominem dicimus, quemcũque contineri, non solùm siue masculus siue fœmina sit, sed siue liber siue seruus, siue pubes siue impubes[b].
4 Sed † an is, qui in vtero est, homo dicatur[c]? Et constat non dici. expectari igitur lex iubet postquam natus est, & in terram ceciderit[d]: quæ verba ex antiquorum consuetudine interpretari debemus. Siquidem solebãt veteres, vbi quis natus esset, nudum protinus in terrã statuere, opémque Deũm inuocare, vt nascẽti auxilio essent: cuius rei meminit Augustinus Ciuitatis diuinæ lib. IIII. & Plinius lib. VII. Macrobiúsque. Hinc Statius: Tellure cadentem Excepi, fouíque sinu.

a l. j. suprà eod.
b l. iii. §. j. de liber. ho. exhib.
c l. cũ inter. C. de fid. lib.
d l. penulti. C. de posth. hér.

SVMMÆ.

1 *Natus fingitur, qui in vtero est: ex causis contrà. 4.*
3 *Legem, Intelligendus. restringi.*
6 *Ventri obest vsucapio.*
7 *Lex Cornelia ventri ex causa non prodest.*

LEX CLIII.

1 INTELLIGENDVS. Qui † in vtero est, in sui fauorem pro nato habetur, idque per fictionem legis, quę licet per naturam impossibile sit ante septimum mensem eum nasci, & viuere[e], hoc fingit: vt omnino verum non sit, quod vulgò traditur, legem nunquam fingere

e l. septimo mése. ff. de stat. hom.

impossibilia, fingit enim dum subsit æquitas. Igitur si auus cuilibet nepoti, qui tempore mortis suæ viuat, centum relinquat, etiam eum qui in vtero est, admitti Din. respondit. Qui enim in vtero est, cùm de suo commodo agitur, natus existimatur. Quod tamen semper non procedit, veluti cùm damnum nullum partui infertur, si natiuitas expectetur. Cur enim lex * fingat, cùm necessaria nulla causa hoc suadet? & 2
ideo posthumo non † confertur[a], antequam sit natus: 3
item ad partem hereditatis interim non admittitur[b], nec præteritus rumpit testamentum[c], neque interim suus est heres: nam & propter incertitudinẽ his in casibus aliud constitui non potuit. Cæterùm & si decretum sit, in demortuorum decurionum locum filios subrogari[d], Oldradus existimauit eius qui in vtero sit, rationem non habendam, cùm huiusmodi fictio ad id trahi non debet, quod iure statuti vel consuetudinis
defertur. Sed id ego vix † probo, nisi protinus. vel sine 4
dilatione subrogandum lex diceret. Cùm enim appareat moram vllam fieri non debere, haudquaquam videtur interim infantis natiuitas expectanda. Sed etsi verba legis partui non conueniunt, vt quia de homine loquantur, tunc de eo non intelligemus. si tamen eiusmodi sit lex, quæ ex ficta interpretatione extendi nequeat, veluti si sancitum sit hominis occisorem decollari: constat enim qui prægnantem abortire fecerit, ea lege non puniri: quoniã (vt suprà quoque diximus) hominis appellatione, qui in vtero est, non comprenditur, quod in hac specie ea quoque ratione obseruandum est; quoniam hîc de eius commodo directè non tractatur, & in hoc omnes consentiunt[e]. Illud quoque certum est, in computatione annorum, eius temporis calculum non duci, quo quis in vtero fuit,
etiam si eius vtilitas hoc suaderet: ab hominis * enim 5
ortu solemus annos numerare, idque & Bald. prodidit[f]. Verùm & quamuis dubitatur, an contra
infantem ipso iure currat † præscriptio, dubium non 6
est, aduersus eum, qui in vtero est, vsucapionem procedere[g], licet restitutionem prætor polliceatur. Cæterùm & si mater prægnans apud hostes enixa sit,

a l. fin. suprà de col.
b l. antiqui. de petit. hered.
c l. al. l. posthumo. C. de contra tabu.
d Albe. in l. penul. C. de aduo. diuer. iudi.
e Felin. c. I. eut. de homicid.
f ca. cùm in cunctis. de elect.
g l. etiam. ij. de min.

l. præcedentesque ... incipit, hominis ... num. 4.

7 † nec infans reuersus sit, non videtur in vtero tempore captiuitatis fuisse, nec aliquod legis Corneliæ ca
8 put ei patrocinabitur, ne bis in eadem* specie fingere lex videatur.

SVMMÆ.

1 *Mensura variæ.*
2 *Lapis centesimus à continentibus numerandus: ex causa à muris.*

LEX CLIIII.

1 MILLE PASSVS. Vt sciamus qua longitudine sit passus, † præfari nos oportet mensurarum aliqua nomina, ex quibus minima est digiti, quorum quatuor Palmum conficiunt, XVI. pedem. Est autem
2 Pes tanquam as in numeris,* & ideo dimidius pes, semis etiam vulgò appellatur, quantum videlicet pugno, extensóque pollice metimur: sicut Spithama vox Græca, quæ & ipsa vulgò seruat nomen, quantum extensis articulis à minimo ad pollicem amplecti possumus: Latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior quibusdam: at cubitus sesquipedalis est. Gressus verò, duos pedes & semissem continet: Passus quinque pedes, sic dictus, quòd passis, id est, dilatatis brachiis & manibus hanc dimensionem conficiamus. Vlna (sic enim Orgyiam interpretor) sex pedibus, vt Herodotus scripsit, constat. Pertica duos passus in se habet, hoc est, pedes decem; vnde & decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus ducentis quadraginta, in latitudinem dimidio minus conficitur, duósque in se Actus continet. Stadium passus cẽtum vigintiquinque habet, qui sunt plus paulò pedes sexcẽti. Diaulus duo sunt stadia, Milliarium sunt mille passus, hoc est, stadia octo. Dolichus stadiorum est duodecim. Leuca dictio est Gallica, cuius tamen Ammianus Marcellinus meminit: mille & quingentos etiam ipsa passus habet, vt Antonius in Itinerario ostendit, licet plerisque in locis sit amplior. Parasanga vocabulum Persarum, triginta cẽsetur

stadiis, quæ mensura paulò minor est milliario Germanico. Schœnus apud Aegyptios sexaginta est stadiorum. Stathmus, id est, mansio, milliaria habet viginti-
a §. ii igitur. in authen. vt om. obe. octo semis: huius in authenticis [a] mentio habetur. Est & vulgaris vox Mansum, qua tantum agri significatur, quantum singulis annis par boum arare, coleréque
b c. j. de cẽsi. potest[b].

c l j. §. cùm vrbem. de offic. præfect. vrbi. Vrbis. Quapropter cùm præfectus vrbis, de his, quæ intra cẽtesimum lapidem perpetrata sint[c], cognoscat, inibitur computatio à continentibus, quod & in dubio semper seruandum est: alioquin distinguimus quemadmodũ concepta sint verba, vt si prohibiti sint ciues capras retinere prope vrbem, computetur à muris: si prope Romam, à continentibus, vt plerique hîc sentiunt.

SVMMÆ.

1 *Proximitas probanda: huius forma. 3.*
4 *Proximum variè accipi.*
5 *Proximi & consortis discrimen.*

LEX CLV.

in l. proximus. 92. PRoximi. Quemadmodum proximus intelligatur, qui solus est, suprà à nobis tractatum est. † sed 1
dubium est, cùm lex agnato proximo hereditatem deferat, an necesse habeat eam qualitatem probare is, qui se heredem asserit. Et si non possideat, aliúsque agnatus ei contrâdicat, non est dubiũ probari debere: quòd si in iudicio alius agnatus nõ appareat, durum esset, si eum ad id cogeremus, vt probaret, neminem quàm i-
d Cõs. cxciiii in iij. pse sit, defuncto propinquiorem esse: idque Corneo[d] placuit, cui & nos adsentimus: cũ proximus sit, vt hîc dicitur, qui solus est: eúmque præsumam * solum cu- 2
ius socij nulli appareãt, cùm verisimile sit, ad lucri partem omnes conuolaturos, si extarent. Teren. in Phor. At si talentûm rem reliquisset decem, primus esses: memoriter progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferens. Hinc & prouerbiale apud Græcos carmen:

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.

Omnes virorum diuitum sunt proximi.

3 Sufficit igitur † si intra eum gradum esse se probauerit, vnde legitimos prætor vocat: ídque & Alexand. probat[a]: hunc enim esse proximum agnatum censebimus.

4 Cæterùm hîc † superest videre, & quæ prima sit huius vocis significatio: & constat à prope fieri proximum, & ideo vox valde est generalis: vnde vicin' proximus dicitur, & amicus: transfertur & ad sanguinis iura, & proximi, tā agnati, quàm cognati dicuntur. In vsu autem magis est, vt cùm ius proximitatis dicimus, de cognatione specialiter intelligamus[b]: quo sensu etiā qui ante se aliquem habent, nihilominus proximi dicūtur: quod eius constitutionis exemplo apparet, qua traditur, proximis, necessariísque personis solummodo deferri copiam de adulterio accusandi[c]: nō enim dubium est, licere patruo accusare, licet frater extet. Itémque cùm legatum rei alienæ ab ignorante factum, traditur non valere, nisi proximæ personæ relictum sit[d]: intelligemus proximum, etiā qua aliquis prior in gradu sit.

5 Addidit † Baldus[e], hoc differre proximum à consorte, quòd proximus per consanguinitatem dicitur, cōsors socius est, & dominij particeps. Sed ego à peritioribus

6 intellexi, consortem * eiusdem sortis & conditionis hominem significare, sed ex subiecta materia aliter atque aliter μεταφορικῶς accipi.

a in l. is poest. de acq. hered.

b l. ad instati. C. de leg. here.

c l. quamuis adulter. C. de adulter.

d l. cùm rem. C. de leg.

e Bald. l. dudū. C. de cōtrahē. empt.

SVMMÆ.

1 *Vtrubi interdictum explicari.*

2 *Anni maior pars, variè consideratur.*

LEX CLVI.

1 MAIORE. Interpretatur hîc † Iurisconsultus interdictum[f], quo cauebatur, vtrobi * quis maiore

2 parte anni fuisset, ibi & maneret, † ostendítque maiorem partem anni intelligi, respectu possessionis aduersarij: hodie tamen hoc in interdicto id solum intelligimus, vtrobi litis contestatæ tempore ea res sit[g], de cuius possessione litigatur: ídque exemplo interdicti,

3 Vti possidetis, * exæquata enim hæc sunt. Eadē autē ra-

f l. i. suprà vtrobi.

*P. Fl. vtrubi.

g §. sed hodie. Instit. de interdict.

tione dicimus, vtrobi, vtro in loco: qua alibi, alio in loco: & inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: & ficubi, si quò in loco. Ouid. Sicubi Colchorum Minyis regina vacaui. Ita enim censeo legendum. Nuncubi, num quo in loco. Terentius in Eunucho: Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? Concisa autem sunt hæc ex dictione alicubi, vt etiam Vallæ placere video.

SVMMÆ.

1 *Murum variè accipi.*
2 *Parietum genus multiplex.*
3 *Seruitutum rusticarum genera & discrimina.*
4 *Viarum genera.*
7 *Viæ publicæ dominus, princeps.*
7 *Delictum in via iudex regius puniat.*

LEX CLVII.

...lex antea incipie... ...at, Quantum ad ...uris pertinet sig... ...ificationem, par... ...ies. et quæ sequun... ...ux. nunc vero in... ...ipit, Paries est. ...latis illis ver... ...is, Quantum etc.

QVANTVM. Murus propriè dicitur publicus, qui vrbem munit, & mœnia continet: impropriè hic videtur accipi de priuato ædificio, quod paries dicitur: quo sensu aduersus Vallæ traditionem etiam Cornelius Tacitus libr. xv. vtitur. Ostendit autem Iurisconsultus parietem esse etiam maceriam, sic † appellatur 1 paries sine calce aliáve compactione formatus. Erant autem parietum † varia genera, lateritij, lapidei, cæmen- 2 titij, testacei, cratitij. Fuerant lateritij, ex lateribus durissimæ soliditatis, vtpote qui crudi sub sole diutissimè permanserant, vt exiccarentur. Testacei ex latere cocto, qui etiam nunc sunt in vsu. Cæmentitij fiunt ex temerè coniectis lapidibus calcéque commixtis, & imbricum modo hærentibus. Cratitii, quos concratitios Papinianus [a] appellat, ligneis cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis transuersísque in modum cratis, vocantúrque alio nomine intergerini, vt etiam Festus ostendit, quòd videlicet vicinorum cœnacula his dirimerétur. quod diffusiùs explicat M. Vitruuius.

[a] l. si fratres. suprà pro so.

VIA. Cùm † de priuata via loquimur, quatenus ser- 3 uitutis species est[b], ab itinere actúque distat: quæ differentia ex vocabulorũ etymo accipitur. Iter enim ab eundo

[b] Institut. de seru. in prin.

eundo dictum est, & ideo iter ius est eundi hominis.
Actus ab agendo: vnde ius iumentum agendi actus est.
Via à vehendo, & ideo ius in se continet etiam vehiculum ducendi: tametsi & qui habet actum, in consequentiam iumentorum etiam vehiculũ adducere possit. Sanè lege XII. tabul. ea mensura viam confici traditum est, vt in porrecto pedum octo esset, in anfractu XVI. cuius dimidium actui tributum est. Cùm verò de seruitute non accipitur, aliter viam intelligimus, continétque non solùm iter, sed etiam semitã. Hoc autem distat iter à semita, quòd iter latius est, semita angustior, & quidam quasi callis. Videtur etiã iter propriè dici de via publica, quæ populo debetur: quod ex Iul. Frõtino libro de coloniis Italicis intelligi potest, quo sensu semitam tramitem priuatum interpretabimur: Græci ἀτραπὸν dicunt, vnde parœmia, cuius Eustathius Odys. meminit, ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς, Cùm prę-stò via sit, tu requiris semitam. Plau. in Curcul. semitã accipere videtur pro ea viæ parte, per quam incedunt homines, in cuius medio aguntur currus & iumenta: quapropter apud eum parasitus minatur se facturum, vt obuii capite sistant in viam de semita. M. Seruius in IIII. Æneidos commentario aliter explicat, nimirum vt semita sit semis via, via actus dimidius, quà possit ire vehiculum: actum autem duo capere propter euntium, & venientium vehiculorum occursum. in qua re
4 dissentit à Iurisconsultis [a]. Sunt † autem viarum aliæ βασιλικαὶ, quas consulares vocãt, aliæ vicinales, quæ ad vicos ducunt, & ex his vtraque publica est, sicut priuatarum duplex quoque est species, agrariæ, & quæ ad seruitutes spectant. Sed dubium est, via publica ad quẽ pertineat. Et extat relatum esse de regalibus [b], & ideo
5 videretur in simplici* concessione castri eam non trãsferri. At alibi creberrimè proditur ad ciuitates pertinere [c], & idcirco licere decurionibus lata lege eam in
6 priuatum redigere. Ipse censeo viæ † publicæ securitatem ad principem specialiter pertinere, eius fundũ ad municipes, iurisdictionem verò ad eũ, cui castrũ ipsum
7 concessum est. Et ideo † si quis in via publica deliquerit, posse supplicium de eo sumere quemcunque, cui ex

a l. ij. ne quid in loc. publ.

b ca. j. quæ sint reg.

c Bar. l. continuus. §. cũ quis. de ver. oblig.

generali principis concessione hoc competat, & ita quidam ex antiquis senserunt, & ego ex facto consultus respondi.

SVMMÆ.

1 *Orationum genera, & nota.*
3 *Indefinita vniversali par: in dispositionibus hominum cōtrà.*
4 *Heredem indefinitè ad omnes referri.*
5 *Filio indefinitè omnes contineri.*

LEX CLVIII.

IN vsus. Orationum talia est particularis, vt cùm 1
signum particulare præponitur, quale est, quidam,
aliquis, vnus: alia singularis, vt si nomen proprium ei inferatur: alia est indefinita, vt cui nullus terminus præpositus est: vnde eius significatio valde ambigua est particulariter'ne, an in vniuersum accipienda sit. Et cùm ex proferentis mente id pendeat, eam ex subiecto argumento coniiciemus. Constat autem necessariò huiusmodi sermonem vniuersalem sensum non accipere, & idcirco * in testimoniis non fiet hæc interpreta- 2
tio [a], sed potius aduersus eũ, qui produxit, vt non probatum sit, intelligemus [b]. In legibus † autem nõ ita est, 3
& ideo in his indefinita æquipollet vniuersali, cùm legum natura sit, vt de vniuersis constituantur. Sed & si lex velit homicidam summo supplicio affici, nisi ab herede pacem impetrauerit, omnium consensum si plures adsint, requiri existimo [c]: idque frequentiùs receptum mihi videtur. At in dispositionibus hominum non æquipollet, nisi verba ex sui natura generalitatem quandam significent, vt piscis, aurum, argentum, lana. Idem in herede ex communi vsu loquendi: cùm enim plures sunt heredes, hæc dictio, heres, vni soli omnino non conuenit [d], cùm insolidum non sit heres, sed vnà cum aliis admittatur, meritò inualuit vsus, vt de omnibus intelligeretur: sed & si † heres indefinitè 4
prohibitus sit, ne alienet, existimauerunt plerique de omnibus successoribus actum videri, si tamen generale id nomen certis finibus contineretur, vt homo, particulariter potius propter sermonis proprietatem intelli-

a l. non hoc. vbi Ias. C. vn de leg.

b Barto. l. si pluribus. de legat. ij.

c l. iiii. §. Cato. de verb. oblig.

d Bart. l. Lucius. §. Semproniæ. de legat. iii.

telligeremus, & mediocris posset accipi [a]. In disposi-
5 tione † quoque ipsi proferenti fauorabili, verisimile est tali sermone eum vniuersaliter prouidisse: vt cùm pater filium suum se instituere, vel filio tutores dare professus est [b]: quòd si pluraliter id nominis proferat, tunc vniuersaliter, & ideo collectiuè semper accipitur: vt si filios exheredare se dicat, vel cognatis legare [c].

a l.legato generaliter. de leg.i.

b l.si quis i-ta. de testa. tut.

c Raph. d. l. si pluribus.

SVMMÆ.

2 *Argentum, omne numi genus, Gallis.*

3 *Aurei æstimatio & nomina.*

LEX CLIX.

Etiam aureos. Æs separata ab auro argentóque metalli species est, apud antiquissimos quoque prius in vsu, quàm ferrum, vt Hesiodi poetæ carmen indicat: vnde & pecunia solo ære cudi cœpta est, híncque paulatim factum est, vt qualiscunque pecu-
1 nia, æris* appellatione comprenderetur: idémque † in
2 transalpina Gallia de argento: qualemcunque enim numorum speciem, simpliciter argentum vulgò appellant: nam & Græcis ἐξαργυρίζειν, quod M. Cicero exargentare transtulit, in pecuniam redigere significat. Nu-
3 mus † autem aureus, cuius hîc mentio est, sestertios æris centum valebat, quod in dispunctionibus adnotaui, hoc est, denarios argenteos xxv. Idem autem est denarius quod drachma. Sed deinde minoris æstimationis aureus fieri cœpit, & in Cæsarum constitutionibus [d] solidus appellari, quorum septuagintaduo auri libram conficiunt: qua ratione cùm aureus, quo hodie vulgò vtimur, drachmam auri pendat, consequens est, solidum drachmam pependisse, eiúsque prætereà tertiam partem, hoc est, siliquas sex. Sanè & Græci
4 χαλκὸν, id est, æs pro* quacunque pecunia accipiunt: vnde ἀχαλκεῖ apud Lucillium epigram. 11.

Ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον, εἴ τις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινήτω θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hermodoti hoc dogma est, Quisquis miser, indiges æris,
Philosophi assumat pallia, diues erit.

d l. quoties C. de suscep. lib. x.

SVMMÆ.

1 *Cæteros, ad omnes referri.*
2 *Cætera, vox, repetit.*

LEX CLX.

Cæterorum. Sicut suprà vidimus has dictiones, ampliùs, reliquum, virilem partem, etiam de toto dicitur, ita de † dictione cæterorum, admittendum 1 est, & ideo legata Titio optione seruorum, & cæteris Sempronio relictis, si Titius non optet, vel alio modo à legato excludatur, omnes ad Sempronium pertinebunt [a]: non quòd portio Titij ad illum per ius accrescendi deuoluatur, sed ex vi ipsorum verborum: & ita Pontanus [b] id responsum declarat, & in eo, cui superfluum relictum erat. Raphael [c] ex facto cōsultus idem respondit. Deducitur autem hæc dictio, cætera, à Græco, καὶ ἕτερα, id est, & alia: & ideo cùm abbreuiationis causa † apponitur, eius virtute censentur alia repetita, 2 quæ ex natura, & consuetudine actus requirebantur, obseruabimúsque hac in re notarij ipsius consuetudinem: vnde in re dubia non licebit eius successori* absque 3 iudicis mandato eam clausulam extendere, vt Bar. sensit [d]. Sed & vbi de iure necessaria est scriptura, vel expressio verborum, non est existimandum sufficere, quod eius clausulæ inuolucro tabelliones implicant [e]; & ideo nec* iuramentum, nec stipulationem in se con 4 tinere videbitur. Sunt & qui plurimùm referre putent, extensim cætera scriptũ sit, an præscriptis notis, &c. quod ridiculum ego arbitror.

a l. cùm optio. de opt. leg.
b Rom. sing. xxv.
c Com. consil. cv.
d Bar. l. Gallus. §. ij. suprà de lib. & posth.
e l. j. de his quæ in testa.

l. verbũ amplius. l. potest reliquum. in l. virilis appellatione. ff. eod.

SVMMÆ.

1 *Formulam vti optimax. de vno accipi.*
3 *Supremum de vno dici.*

LEX CLXI.

Hæc lex in omnibus quos adhuc vidi codicibus, est in ordine 163. ideoque suo loco est restituenda.

Illa verba. Legauit † testator fundum suũ, quem 1 optimum maximúmque habet: dubitatum fuit, si in vno verba hæc locum sibi vendicarent: superlatiua* enim de pluribus solent dici. Sed † quoniam quan- 2 doque etiam simpliciter pro positiuis accipiuntur, ve- 3 rius

rius est ad vnum quoque referri, idque prætoris exemplo, qui cùm se daturum bonorum possessionem secũdum supremas tabulas edixisset, eum quoque admittit, qui solis tabulis institutus sit [a]. Cui exemplo & illud conuenit, quod Fabius Quintil. quadam declamatione refert. Is cùm lex vltima testamenta rata esse debere mandaret, vltimum interpretatur primum, post quod tamen aliud factum erat, quod iure non valebat: hócque ex voluntate legis esse autumat, licet non ex verbis.

a l.j.§.j. supra de secũ. tab.

SVMMÆ.

1 *Puero puellam contineri.*

1 §. PVERI. Puerum à puritate † dici quidam existimauerunt, quam dictionem etiã de fœminis prædicari, Paulus hîc tradit, sententiæque suæ duo argumenta adducit, quòd etiamnum fœminas à partu recentes puerperas vocemus, itémque quòd Græci vtroq; genere ὁ καὶ ἡ παῖς dicunt. Sed iudicio meo hæ rationes non consistunt, cùm puerpera non à puero, sed à puera dicatur. Veteres enim pueras dixisse, vt in Calig. Tranquillus autor est, & M. Varro, Noniúsque Marcellus indicant, vnde diminutiuum puella. nec Græcorum exemplo quicquam moueri possumus, cùm apud eos παῖς commune nomen sit, vt ipse ait, & Theocriti crimine in Syracusis admonemur:

Κάλλιστα παίδων πεῖρα θῶ παῖτα τελεῖται.

Latinorum nemo puerum fœminino genere protulit. Satius est ergo id responsum per eam interpretationem simpliciter accipere, qua masculinum concipit fœmininum.

SVMMÆ.

1 *Ventris causa duplæ non agi.*

2 *Venter non auget.* 3.

4 *Vectigal venter non auget.*

LEX CLXII.

1 NON EST PVPILLVS. Qui † in vtero est, pupillus non est, sed viscerũ matris quędã portio [b]: &

b l.1. § ex hoc rescripto. ff. de ingen.

ideo, ancilla prægnante vendita, si partus euincatur, non agitur duplæ: quia non videtur magis in contractu ad partum habitus respectus, quàm ad quoduis aliud intestinum[a]. Hinc est consequens, vt † non ideo pretiosior sit ancilla, quòd prægnans sit: quamuis enim aliqua spes lucri inde domino subesse videatur, contrario tamen detrimenti periculo eliditur. Quid enim si ancilla abortiret? cùm præsertim parturiens mulier censeatur in periculo mortis esse[b]. Meritò ergo † in legis falcidiæ computatione propter ancillæ ventrem hereditas non augetur[c], quod periculum in brutis tam frequens non est. Si tamen cariore pretio propter partum quis ancillam emat, quod ex ea natum erit titulo oneroso habere videbitur[d]. Sed & si fur matrem sustulerit, partum quoque, qui apud eum conceptus est, contraxisse videtur, vnde neque eum vllo tempore per possessionem acquirit, quod suprà attigimus[e]. Et ex his consequens est, si mulier prægnans in exilium acta sit, filium ibi natum non videri exulem[f]. Sed & legem Corneliam aduersus homicidas latam, verius est non procedere in eo, qui abortionem procurauit: tametsi alij aliter senserint[g]. Illud † quoque traditum est, si lex portorij vectigal pro quocunque animali imponat, pro eo, quod in vtero est, nihil soluendum esse: nam & huiusmodi in censum non refertur, & in hoc omnes consentiunt. Sanè iurisconsultus pupillum hîc videtur lata significatione accipere, pro quocunque infante. Accursius tamen etiam propriè accipit, & ideo infert, † tutores pupillis suis datos non videri ventris tutores fuisse, si infans non nascatur: cuius sententia vera est[h].

2 (margin)
3 (margin)
4 (margin)
5 (margin)

a l. si prægnans. de euict.

b Abb. c. pastoralis. in fi. de offi. ord.

c In l. falcid. placuit. ff. ad leg. falcid.

d l. quod ex Pamphil. de lega. ij.

e l. partum. suprà eod.

f Bartol. l. in seruorum. de statu hom.

g Felin. c. sicut. de hom.

h l. eùm pater. de neg. gest.

SVMMÆ.

1 *Supremum ad vnum referri posse. in reciproca substitutione contrà. 2.*

4 *L. In vulgari. sensus.*

5 *Supremi substitutio variè accip.*

LEX CLXIII.

In vvlgari. Instituit † testator filium, quem habebat, & quoscunque habiturus esset, eíque qui 1

supre-

ſupremus morietur, Seium ſubſtituit: dubitari potuit, ſi alios filios non habuerit: an Seius illi ſaltem, quem tum, cùm teſtaretur, habebat, rectè ſubſtitutus videretur. Et exemplo legis XII. tabul. rectè ſubſtitutum defendit [a]: quoniam in ea lege ſupremus dicitur, qui
2 vnicus fuit: ſatíſque eſt, vt † vltimus quis cenſeatur, qui poſt ſe neminem habeat, etiam ſi à nemine quoque
3 præcedatur, quod & ſuprà latiùs attigimus. Sed * in hac ſpecie dubium eſt, ſi plures ille filios haberet: an inuicem ſubſtituti viderentur [b]? & receptum eſt, cenſeri legitimæ ſucceſſionis inter plures coheredes ius reſeruatum, niſi vltimo decedenti in omni hereditate ſubſtitutio facta ſit [c]: non enim qui ſupremus moritur, omnem hereditatem reſtituere poteſt, niſi ipſe eam habuerit: at habere eã non poteſt, niſi viciſſim eos grauatos dicamus. Sunt qui idem eſſe opinantur [d], cùm ita verba concepta ſunt, vt poſt mortem omnium reſtitutio facienda ſit, tametſi expreſſè dictum non ſit, vt qui vltimus moriatur, reſtituat [e]: quod rationem in ſe vllã non habet: non ergo vltimus omnium portionem, ſed eo in caſu vnuſquiſque ſuam reſtituet.

a l. qui duos. de reb. dub.

b l. vel ſingu lis. ſupra de vulg.

c l. Titia Seio. §. ij. de l. ij.

d Socin. l. heredes. §. cùm ita. ad Treb.

e Arg. l. codicil lis. de vſuf. leg.

VVLGARI. Accurſius interpretatur, id eſt, pupil-
4 lari. Ego † aliter ſentio: cùm enim teſtator filiis inſtitutis, ei, qui ſupremus morietur, ſubſtituit, ſi vnicus ille ante aditam hereditatem decedit, ſubſtitutus ex vulgari admittetur: ſi poſt aditam, antè tamen, quàm pubes eſſet, ex pupillari. vnde à principio ea ſubſtitutio ſatis poteſt vulgaris appellari. nec obſtat quòd ex vulgari ei non ſuccedatur, ſed teſtatori, quia pronomen illud pro ſuperuacuo habetur, ídque Alberi-
5 cus probat [f]. Sed † quid ſi dictum ſit, mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hæres eſto? Et adhuc opinari quis poſſit, de vulgari & pupillari ſubſtitutione ſolùm egiſſe teſtatorem, vt ordinem, coniuncta denotet, quaſi ſibi ſubſtituerit, ſi filius heres non erit, & filio ſi heres erit. Quidam etiam fideicommiſſariam contineri aiunt, vt Pontanus & Iaſon [g], & in electione ſubſtituti eſſe, directè an per fideicommiſſum hereditatem vendicet: quæ ſententia propter veriſimilem teſtatoris voluntatem adiuuanda eſt.

f l. i. in prin. de vulg.

g Iaſ. l. pen. C. de imp.

SVMMÆ.

1 *Humanitus accidit, morte.*

§.Si quis ita. Humanitus † accidere, est mo- 1
a Instit. de do. in prin. ri[a], & ita docti solent loqui. Sed testatores ex vulgi
sermone, qui concisior est[b], & breuior, simpliciter ac-
b l. publica. de pos. cidere, & contingere, pro vita defungi accipiunt: vlti-
mus enim, qui homini eueniri possit casus * est mors: 2
meritò illa conditio, si quid acciderit, de morte intel-
c l. vxorem. §.Seia. de leg.iii. ligitur[c]: alioquin propter generalitatem nullius ferè
momenti esset. Sed an mors ciuilis hoc quoque casu
sufficiat, vt quia in exilium quis missus sit? & Bal-
d Bald.in ru. C.de pos. dus[d] de ea sentire contrahentes non arbitratur. Hinc
argumentum sumi * potest, imperiti testatoris verba 3
e l.qui duos. de reb. dub. ex vulgi consuetudine declarari: quod & Socinus[e] in
ea specie annotauit, cùm filium quidā viuum & mor-
tuum relinquere se Titio in testamento dixisset: in-
tepretatus est enim, Titium viuenti tutorem datum,
f Lancel. l. centurio. in fin. mortuo heredem[f]. Sed huiusmodi verbis hereditatem
dari periculosius est, quā vt ego adfirmare ausim, cùm
& curam mortui gerere quis possit, dum pompam fu-
neris, ornatum sepulchri, parentaliáque huiusmodi
procurat.

SVMMÆ.

1 *Posthumum variè accipi.*
2 *Filiabus posthumas inesse.* 5.
4 *Interpretatio ex causis cessat.*

LEX CLXIIII.

NOmen filiarvm. Posthumus † propriè in 1
telligitur, qui patre humato natus est: sed & qui
post testamentum natus est, largo modo posthumus
g l.iii. §.i.de iniust.rup. dicetur[g]. Sed † pone testatorem de filiabus aliquid 2
dispofuisse, an de posthumis quoque actum censebi-
mus? Et dubium non est, ex proprietate sermonis
posthumas ea appellatione contineri: sed quia earum
meminisse non videtur, neque cogitasse vt posthumæ
h l.qui filiabus.de leg.i. nascerentur, ad futuros post mortē suā filios respexis-
se non creditur[h]: & ideo propriam * significationem 3
ex in-

ex interpretatione restringimus: quæ interpretatio
4 locum non habet † cùm contrariis coniecturis prior præsumptio tollitur, vt si in parte testamenti posthumarum mentionem fecerit: non enim oblitus videri potest, qui aliqua in parte posthumam cõmemorauit. Idem si necessariò posthuma admitti deberet, vt in institutione, testamentum enim corrueret. Quod & di-
5 cendum est, cùm filiabus tutores [a] † quis designat: vtilis enim hic actus posthumæ est, nec hereditati damnosus: vnde propter fauorem de posthumis quoque actum credimus, & vim verborum obseruamus. Sanè qui post testamentum nascitur, indistinctè admittendus est, si tamen testator eum natum esse sciuit: cùm enim nihil mutet, declarare videtur, de eo quoque se intellexisse: & hoc Bartol. probat [b].

a l. si quis filiabus de testa. tut.

b l. si cognatis. de reb. dub.

SVMMÆ.

2 *Portiuncula etiam spectanda. 6. ex causis contrà 3.*

5 *Pars in electione dimidia.*

1 § Portionis. Portio * videtur mihi de quali-
2 bet parte dici. Quapropter † cùm lex in totum vel pro parte aliquid recipi vetat, qui vel minimum recipit, pœnę reus est [c]. Et emphyteuta qui particulare dãnum tolerare, suóque periculo ferre debet, qualecunq; erit, feret [d]. Et facultas rem à socio venditam luendi, illi, qui in ea partẽ habeat competens, vel ei, cuius sit, mil-
3 lesima non denegabitur [e]. Quoties † autem verisimile non est, de minima re actum esse, vt quia dispositio nullius redderetur momenti, veluti in eo, qui partem fundi promittit [f], vel alio simili dubióque casu, de di-
4 midia accipiendum est [g]. Vnde qui partis bonorum * vsumfructum legat, de dimidia intellexisse videtur [h]. Et
5 cùm quis ab altera se parte † electũ ait, non minus, quã dimidia sit, intelligemus [i]: alioquin, quæ in pauciore numero esset, cùm nullius momẽti haberetur, alteram
6 nihil impediret. Quòd † si portiunculæ mentio fiat, vel alicuius, vel quantæcunque, vel certæ partis, verius est etiam de minima intelligi [k]. Idem si quantula, vel minuscula scriptum sit [l]: nisi ad certam aliquam iuris dispositionem se referant, ex subiecta enim

c c. auaritiæ. in si de elect. lib. vi.

d l. i. C. de iur. emphyt.

e Bal. l. i. C. de com. ser. ma.

f Gl. l. cùm post. §. gene. de iure dot.

g l. planè. in fi. de leg. i.

h l. etiam. de vsufru.

i glo. cap. si prius quàm. xxviii. dist.

k Bart. l. ii. C. quand. & quib. lib. x.

l l. qui concubinam. §. i. de leg. iii.

materia interpretationem recipiunt. Quapropter qui in testamento sextam partem * hereditatis suæ relinquit, sextam assis legasse intelligitur, idque Bar. visum. Quod in hereditate procedit, quam lex in duodecim partes diuidit: in aliis verò rebus Angelus dissentit [a], quod & nos probamus. Quapropter si duas partes rei petieris, non duas ex asse, sed ex tribus partibus petiisse videberis: quòd si sex partes dari testator voluerit, dubium non est semissem deberi. Qua ratione si vnam partem hereditatis relinquere se dixerit [b], de vna vncia intelligendum videtur. 7

lias, sextantem, lest, duas uncias

a Ang. l. defuncta. de vsu fr.

b Bart. l. interdũ. de hered. instit.

SVMMÆ.

1 *Effectum variè & ex re censeri.*

§. Habere. Regula est generalis, quam alibi attigimus, Verba cum † effectu accipienda esse [c]. Is * autem est effectus, vt ex persona sua quis habeat: vt deductis oneribus, lucrum illi supersit: vt momentanea non sit acquisitio: quæ si nõ interueniant, habere quis propriè & strictè non videtur. Effectum quoque ea respicere existimantur, quibus actus alicuius sit momenti, non autem elusorius remanet [d]. Sed & vt lex rebus ipsis, non verbis imposita censeatur, ad effectum pertinet [e]. In iure quoque lectum est, vim pro * effectu accipi: vt apud Marcellum [f], ei qui hominem stipulatus est, promissor eum dando, qui tunc illi seruierat, liberatur vi ipsa. Sic & Corn. Tacit. lib. XIII. Vectigal mancipiorum remissum magis specie, quàm vi. Cuius locutionis ratio est, quia vis à Græco βίη descendit, cuius contrarium & κατ' ἀντιστοιχίαν est ius. Vnde ad differentiam eius, quod ipso iure fit, dicimus aliquid in effectu, vel vi ipsa factum. 1 2 3

c l. aliud. l. cepisse. hoc titu.

d c. si ciuitas. de sent. excom. in vj.

e l. ij. C. cõ. de leg.

f l. qui decẽ. §. stichum. de solut.

SVMMÆ.

1 *Peruenisse quid sine onere dici.*

4 *Oneri incumbentia.*

LEX CLXV.

Venisse. Ad † heredem id peruenisse existimandum est, quod deductis oneribus peruenit: hócque 1

que exemplo legis falcidiæ rationem inibimus. Ad legatarium verò, qui fundũ accipere, & decem heredi dare iussus est totum fundum iure legati peruenisse interpretabimur [a], & hoc quantum sit ad heredis falcidiam, qui x. illa conditionis * implendæ causa sibi data computare non tenetur: alioquin verum est huiusmodi legatarium in toto fundo lucratiuum titulum non habere [b]. Et hinc generalis regula colligitur, eatenus habuisse * quemlibet videri, quatenus, deductis oneribus, remanet [c]. Hinc si quis sacerdotium valoris centum aureorum impetrauerit, illud obtinere poterit, quod ducentis censeatur, si deductis oneribus, sola centum sint reliqua: quod & in portoriorũ legibus obseruandum est. Habetur autem in his oneribus † & medij temporis vsurarum ratio [d], & cuiuslibet pecuniæ, quæ pro re ipsa effundatur, quale est ἐμμίσθιον, id est, proxenetæ merces, hastarúmque solennium impendia, & si qua similia. Sanè cùm lex exactionis effectum non respicit, sed petitionis modum, aliud dicendum est: vt si actorem mandet duos aureos in singula centum, quæ petat pro sportulis, deponere, sacramentóque sic contendere [e]: nihil enim refert, quòd reus ita inops sit, vt etiam si vincatur, petitam summam soluere nequeat.

a l. ad veterani. ad leg. falcid.

b l. non amplius. de legat. j.

c Dec. cons. clvj.

d Ias. d. l. nõ amplius.

e l. cùm quædã. de iurisd. omni. iud.

SVMMÆ.

1 *Vrbanum à rustico qualitate distingui & consuetudine.*
2 *Dispensatoris officium.*
3 *Villici officium.*
4 *Insulæ, & earum vsus.*
5 *Numerum variè accipi.*
6 *Seruorum genera.*

LEX CLXVI.

1 VRBANA. Vrbana mancipia † non loco, sed genere vsus cognoscuntur [f], & à rusticis separantur: vnde qui rationes villicas dispensat, & de cibariis prouidet, in rusticis computabitur: at qui insulas custodiunt, vrbani existimabuntur: cùm tamen dubitamus, quid paterfamiliâs senserit, ex eius consuetudine

f l. quemadmodum. de sup. leg.

a l. seruis vrbanis, de lege. iij.

deprendemus [a]; cuius rei & ex rationibus, libellisque eius, aut vicariorum, qui vel rustica curant, vel vrbana, certiores fieri poterimus.

DISPENSATOR. Seruus † est qui impendia domus curat, & victui præest: huic obsonatores, piscarii, coqui, idque genus serui parent. Sumpsit nomen ab expendendo pecuniam, vel quòd rationes dispendat, id est, procuret, & consideret, calculúmque ducat: hi vt plurimum in vrbe degunt. 3

VILLICO. Villicum † M. Cato, & L. Columella pro eo seruo accipiunt, qui ruri præest, & agriculturam rusticásque operas curat, eísque secundùm domini vtilitatem præcipit: huic serui ipsi agricultores subiiciuntur. 3

INSVLARIVS. Recentiores quidam insularium accipiunt seruum, qui propter aliquod delictum in compedibus opus faciat, in insulámque relegatus sit: quod falsum est: insularius enim simpliciter seruus accipitur insulæ custos, cuius rei Pomponius autor est [b]. insulas, † autem Festus interpretatur domos quæ vicinorum communibus parietibus nō coniuguntur, sed quoquouorsum vel priuata vel publica area ambiuntur. Quam sententiam sunt ex recentioribus qui improbent: quoniam ex P. Victore constat, longè plures Romæ insulas, quàm domos fuisse: quod verisimile non esset, si hoc significatu insulæ acciperetur. Quapropter ipsi interpretantur insulas eas ædes esse, quæ inquilinis locari solerent: quod & ipse probarem, si aliqua voce etymologiæ ratio suaderet. Festi igitur opinionem sequor, quæ ex Corn. Taciti lib. xv. confirmatur. Is propter crebra incendia, cùm multi aquæductus in vrbem deferrentur, à Nerone excogitatum tradit, vt aqua priuatorum licentia intercepta, quò largior & pluribus in locis haberetur, in publicum flueret, ædificiaque non communione parietum, sed propriis quæq; muris ambirentur, canalibus (vt opinor) eis in parietibus additis, vt reprimendis ignibus aqua facilius decurreret: hinc insulæ nomen deductū. Erant autem non modò ab incendiis tutiores [c], sed etiam à furibus, qui per tegulas commeare in eas non poterant.

b l. si ita, de vsu & hab. 4

c l. iij. §. effracturæ. de offic. præf. vig.

rant: ideóque in eis pretiosiora quæque reponebantur, vt quæ solius effracturæ periculo subiicerentur.

5 NVMERO. Numerus † etiam ordinem & turmam significat [a]: vnde numeri militum dicuntur: hinc & numerus familiæ. Obseruandum igitur erit, an pater-familiâs in ordine & consortio rusticorum seruorum aliquem haberet, an verò vrbanorum. a l. j. in fi. de bonor. poss. ex testa. mil.

6 VICARIIS. Serui † ordinarij dicuntur, quibus peculium dominus concessit, negotiaríque sinit [b]. Vicarij sunt, qui ordinarij vices gerebãt, quidámque quasi subinstitores. Igitur si ordinarius vrbana, rusticáque negotia pertractasset, habuissétque alios vicarios vrbanis, alios rusticis, vicarij famulitio erit, rusticus censebitur. Martialis: b l. si seruus. suprà de pecul.

Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse:
Qui rex est, regem Maxime non habeat.

SVMMÆ.

1 *Pernoctare officialibus non licere.*
2 *Lex xij. Tabul. explicita.*
3 *Per, variè accip. 6.*
4 *Tempus ictus spectandum in iurisditione.*

1 §. PERNOCTARE. Qui † prouinciæ præest, extra eam etiam voti soluendi causa pernoctare non potest [c]. Quæritur, quid sit pernoctare: & integram noctem significari Iurisconsultus ait. Sic Flamen Dialis quoties valetudo aduersa incidisset, nõ vltra binoctiũ pernoctare poterat, Vt Tacitus lib. III. scribit. Sic & c l. illud. de offic. præsid.

2 in lege * XII. tabul. quæ trinoctio abnoctasset, vsurpabatur, vt ex Q. Mutio A. Gel. lib. III. tradit. Id autem cap. 2. ad fin.

3 dictio per, in compositione † demonstrat, quæ vox ad integram noctem refertur, vt hîc ait Iurisconsultus.

4 Quo argumento, si lex prætori † in delictis sui officij tẽpore perpetratis iurisdictionem mandet, cùm prioris tẽpore quis vulneratus à sicario esset, & sub successore periisset, responsum à quibusdã est, neutri ius cognoscendi esse, cùm integrũ delictum neutrius tẽpore factũ sit, perpetrare autẽ ad totũ refertur [d]. Sed hæc decisio vera non est: qui enim lethi ferè percussit [e], quod d Alb. hîc. e l. fin. §. sic autẽ. de bo. cor. qui sib

in se est, omne delictum perfecit, & ideo ad primum magistratum ius coercitionis pertinet [a]. Sanè hoc exemplo & pernox luna dicitur, quam Græci πανσέληνον vocant. Sic & peregisse * rem dicitur, non qui solummodò detulit, sed qui condemnauit [b]: quo exemplo & perennare dicimus, & perhibere, & perlegere, & percipere: hæc enim omnia ad quandam integritatē, perfectionémque referuntur. Tametsi † non negauerim in compositione eam dictionem aliter quoque accipi, vt cùm perfidum periurum dicimus: itémque perpluere, perspicuus: & rursus perpauci, pertinax: sed & per orare dicitur, cui finis orandi demandatus tantummodò est.

a l. diuortio. §. si vir. solu. matri. Alex.

b l. ij. de adult.

5

6

SVMMÆ.

1 *Materia confectum eo non contineri. nec versa vice.*
2 *Ligni acceptio varia, & vsus.*
3 *Ligna non ex ligno facta.*
4 *Nucleum ex ligno non esse.*
5 *Βάλανον variè accipi.*
6 *Palmæ genera, vsúsve.*
7 *L. Carbonum. explicari.*

LEX CLXVII.

CARBONVM. Materia rei appellatione, quæ ex ea conficitur, non venit. Vnde qui † carbones dicit, de lignis non intelligit, qui libros, de chartis: qui calcem, de lapidibus: quamuis ex lignis carbones, ex chartis libri, ex lapidibus calx conficiatur: ídque & Accursius, & quadam disputatione Pyleus probant. Econuerso nec appellatione materię, quod ex ea factū est, comprenditur, si speciali nomine nuncupetur, nisi eiusmodi sit, quod effectum est, vt in materiam suam redigi rursus possit [c], quale est argentum factum, vel aliter mentem testatoris coniiciamus. Hinc est, quòd ligni † appellatione, id solùm continetur quod comburendi causa paratum est [d], & à solo diuulsum, & alio speciali nomine non appellatum, nisi vel testatoris voluntas, aut conditio, vel regionis natura aliud suaderent. Quo exemplo ~~exemplo~~ cùm omnia nemora quis-

1

2

c l. quæsitū. §. illud. de leg. iij.

d l. ligni. de leg. iij.

quis locasset, respondit, And. Siculus [a], de eo non censeri actum, quod materiæ causa haberetur, cùm id in alium elegantem vsum destinatum esset. Sed hac in re planè μάταιος est, & Siculis gerris vaniora conscribens. a Barba. cons. fi. xxvj. in ij.

Materiam. Sic propriè ligna appellantur, quæ ædificiorum causa, vel alterius operis habentur: inde materiarij fabri. Hîc autem de materia intelligit, quam idcirco quis præparauerat vt carbones conficeret: hi in antiquorum eulogiis [b] Græca voce dendrophori appellantur, quòd arborem ferunt & torrent. b 1. §. de im. immu.

Lignorum. Sunt ligna propriè, quæ comburendi causa habemus: vnde materia carbonum, cùm in alium vsum principaliter habeatur, non intelligitur lignum esse.

3 Genus. Cùm † enim speciale nomen titiones, sulphurata, faces, & nuclei habeant, non videtur quisquam ligna nominans, de eis intelligere. Sunt autem sulphurata tenuissima ligna sulphure vtrinque illita, ad accendendas lucernas, quorum & Martialis meminit, nos vulgò sulphuretos vocamus.

4 Nucleis olivarum. Hi † enim ab antiquis ossa oliuarum appellantur, vt meritò, pro lignis habendi non sint. quod & in cæteris dicẽdum est, quales sunt glandium, nucum, amygdalarum, & si qua similia. Idémque in vinaciis statuendum, cùm acini non ignibus tantùm, sed & pascendis columbis vsui esse soleant.

Bellariis. Antiqui codices balanis habent, & 5 castigatiùs. Significat † βάλανος glandem generali nomine, sed specialiter de palmulis, quas vulgò dactylos vocamus, accipitur: palma enim in Ægypto & Syria eos fructus fert, gustu suauissimos, vt bellaria omnia præcellant. Sunt bellaria, quæ sub finem conuiuij adferuntur, & secundæ mensæ appellantur. Iulius Pol-
6 lux † palmam aliam marem, aliam fœminam arbitratur: & fœminæ fructus ex Herodoti Xenophontísque sententia propriè balanos dici: propendent autem ab inuolucro, corticosóve operimento, quod elaten seu spaten vocant, & ipsum magni in medicina vsus,

vt Galenus ostendit, tametsi hodie in eis regionibus nullum alium, quàm ignibus vsum præstet.

Pinv. Nil aliud est pinus, quàm picea excultior: eius nuces strobyli, coccali, coni, & Latinis nuclei vocantur: qui pinei sunt detrahuntur gustatu idonei, & medicina vtiles. At Iurisconsultus hic †cùm integros strobylos dixit, de pinu agresti, vel picea intellexisse videtur, qui cassi & cibo inutiles sunt, ideóque à cono non diuelluntur, solis ignibus aptissimi. Potest & de nuce ipsa pinea domestica intelligi: in quibusdam enim regionibus ita abundat, vt eius fructus nulla sit æstimatio: nam de ea strobylos specialiore significatione dici ex Dioscoridis lectione obseruatum est, qui lib. I. cap. LXXXV. itémque cap. LXXXIX. στρόβυλον pro pinu accipit, πίτυν pro picea, πεύκην pro tæda, quæ congeneres omnes arbores sunt. Sanè vbi nucis pineæ fructus in pretio sit, non opinarer legatis lignis* strobylos eius integros contineri: sed tum deberi, cùm fructus exempti fuerint. 7 8

SVMMÆ.

1 *Pedamentorum genera, & vsus.*

2 *Lignis legatis pedamenta non nisi inutilia deberi.*

LEX CLXVIII.

Pali. Pedamentorum, † quæ vitium adminicula sunt, tria sunt genera: vnum robustum seu fissile ex quercu, vel iunipero, quod appellatur ridica: alterum est è pertica, qui palus dicitur, hícque teres est: tertium ob inopiam ex harundineto sumitur, sicque M. Varro, & L. Columella tradiderunt. Hæc pedamenta, quæ & statumina vocantur, lignis †legatis non continentur, quoniam in materia sunt, & alium vsum, quàm ignis præstant. Putauerim tamen, cùm propter vetustatem ampliùs in vineæ vsu esse non poterunt, præstanda: nam ratio Pauli tunc locum non habet: nec enim ampliùs in numerum materiæ rediguntur, imò tunc solent patresfamiliarum eos palos comburere. 1 2

SVMMÆ.

1 *Fundus vti optimus maximus, seruitutis, oneris'ue expers.*
2 *Venditor onera exprimat.*

LEX CLXIX.

1 NON TANTVM. Qui † fundum tradit, vendit, legat, ita vti optimus maximúsque est, non illi quidem seruitutem deberi ait, sed nemini eum debere: qua de re suprà à nobis tractatum est. Sed quid, si fundus ea cum clausula venditus, obligatione aliqua propter munera publica affectus sit? Et si venditor sciens emptorem eius obligationis non admonuerit, Aretinus[a] respondit, quanti minoris emptor comparaturus rem erat, posse venditorem conueniri, nec eius adiectionis prætextu excusari. Sed & Paulus Castrensis[b] non imputari hoc casu emptori existimauit, si cùm generaliter sciret fundum obligatum, minimè diligentiã adhibuit, vt quantitatem, summámque debitæ pecu-
2 niæ certius exploraret: cùm enim † eius declaratio ad venditorem pertineat, tutò negligere potuit, qui ius suum non diminui sciebat[c], nisi specialiter fuisset ad-
3 monitus. Erat autem clausula hæc* & in cõtractibus[d] & in testamentis apponi solita, quod & antiqua inscriptio ostendit, quæ in Gratiano oppido Montisferrati ita legitur: V. F. T. VECTIVS T. L. HERMES SEPLACIARIVS, MATER GENVIT, MATER RECEPIT, HI HORTI ITA VTI OPTIMI MAXIMIQVE SVNT, CINERIBVS SERVIANT MEIS: NAM CVRATORES SVBSTITVAM, QVI VESCANTVR EX HORVM HORTORVM REDITV NATALI MEO, ET PRAEBEANT, ROSAM IN PERPETVVM: HOS NEQVE DIVIDI, NEQVE ABALIENARI VOLO.

in l. qui uti. 90. et l. si cũ fundũ. 126.

a Consil. cv. in fin.
b Cõsi. cxcv. in j. in nouis.
c l. sicut. §. nõ videtur. suprà quibus modis pign.
d l. Iulianus. §. idẽ Iulian. de act. empt.

SVMMÆ.

1 *Heredes onera præstent.*

LEX CLXX.

HEREDIS. Heres † meus Seio centum dato, primus heres non adiuit, an substitutus, si adeat, te-

nebitur? Et dubium non est ad quoscunque gradus heredis nomen pertinere[a], tum omnes quoque successores intelligi, siue Iure Ciuili, seu prætorio, siue directè, siue per fideicommissum succedant: sed & qui particulariter succedit, seu in certa re, heredis appellatione cõtinebitur[b], dum vel materia fauorabilis sit, vel res eiusmodi sit naturæ, vt in singularem successorem transeat. Sed & cùm quis sibi & quibuscũque heredibus paciscitur, de particulari quoque accipiendum erit[c]. Idem si heredibus & successoribus dictum sit[d], vt *geminatio alicuius sit effectus, nec alterũ videatur superfluũ[e]. 2
Sed in hoc quidam dissentiunt, cùm heredes de iure ciuili *: successores de prætorio intelligere possimus,[f] quod non probo: qui enim sic cõtrahit, nõ modò successiones, sed effectum cõsideraffe videtur. Adde, quòd cùm hodie eo iure prætorio ferè nunquam succedatur, non est verisimile infrequentis casus mentionem factam: nam & si heredis tantùm mentio facta esset, satis hoc responso apparet bonorum possessoris habitã rationem. Verior itaque prior est sententia, quam de facto consultus, Alexand. approbauit[g].

a l. hereditatis. suprà eo.
b l. in cõuentionibus. infrà eod.
c Roma. l. in tempus. de viuca.
d l. fluminũ. §. j. de damn. infect.
e Iasl. l. quidam. §. j. de edend.
f l. stip. ista, habere. in prin. de ver. obligation.
g cõs. cxciij in ij.

SVMMÆ.

1 *Arrogatum liberti hereditatem arroganti quærit obliquè.*
3 *Peruenire, varia acceptio. 4. 5.*
6 *Legis, Peruenisse. sensus.*

LEX CLXXI.

PERVENISSE. Per † rogationem adoptauerat quis filium, qui cuiusdam liberti patronus erat, caueratque, quod ad eum filium peruenisset, eo impubere defuncto, his ad quos ea res pertinere potuisset, restituturum: deinde is filius liberto suo successit, quæ hereditas ex regula iuris nec momento quidem in eius persona non cõstitit[h], sed protinus patri quæsita est: fuit dubitatum, an ad filium hereditas peruenisse diceretur? Et dixisset aliquis, nõ videri peruenisse: huiusmodi enim verbum cum effectu accipitur & dictio Per, illi addita, perfectionem quãdam acquisitionis denotat[i]. 2
sed tamen in proposito casu aliud dicendum fuit, non eo so-

h l. placet. de acq. heredi.
i l. qui concubinam. §. ij. de leg. iij.

eo solùm argumēto, quòd etiam si cautio nulla interposita fuisset, nihilominus ea hereditas restituenda erat, quia ipsius filij respectu, non autem patris delata videretur[a], sed hac etiam ratione, quia verba stipulationis hoc inferunt: peruenisse enim † ad me dicitur, quod per me ad alium peruenit, dum ille iure meo nititur, vt superiùs à nobis expositum est. Idem si culpa mea peruenerit. Exempli causa: Constitutū est, vt præfectus pro apparitoribus suis in id teneatur, quod ad se peruenerit: si aliquid peruenerit, quamuis ampliùs non habeat, vt quia per iniuriam amisit, nihilominus tenebitur[b]. Alibi † quoque proditum est, id solùm peruenisse videri, quod deductis expensis superest, idque in vēditore hereditatis[c], qui, quod ad se peruenit, tradere tenetur, responsum est. Dubitatum quoque extat, an, peruenire † verbum in substitutionibus directum sit, an solùm fideicommissi vires habeat: & non esse directum frequentiùs traditum est[d], nisi additum esset, vt eo ipso perueniat, vel pleno iure, vel liberè: huiusmodi enim verba eius sunt effectus, vt heredis manus expectanda non sit. Sanè † hoc in contextu adnotanda est constructionis forma, qua Iurisc⁻ōsultus acquisitam à liberto hereditatem, id est, de liberto dixit, sicut cùm nos à quæstoribus acquisiuisse mā cipium dicimus, hoc est, lucrifecisse, vel comparasse. Accursius cōstructionis huius nouitate motus, ὑπόθεσιν, seu facti speciem aliam fingit: quam adeò non probo, vt eā referre distædeat.

3 (margin: beside "tionis hoc inferunt")
4 (margin: beside "tenebitur")
5 (margin: beside "an, peruenire")
6 (margin: beside "expectanda")

a l. sed si plures. §. in arrogato. suprà de vulgar. *in l. capite. 140.*

b Paul. Cle. j. §. Cæterū. de priuileg. cl. ij. §. j. de heredi. ven.

d Mod. l. centurio. in fi. suprà de vulg.

SVMMÆ.

1 *Libertis libertas contineri.*
2 *Libertorum species.*
4 *Manumissionis vindictæ forma.*

LEX CLXXII.

LIBERTIS. Solebant testatores vestiaria, vel cibaria libertis libertabúsque suis relinquere[e], quod & de iuribus sepulchrorum obseruatum fuisse, ex quam-
1 plurimis inscriptionibus constat. Pone † testatorem solùm metionem libertorum fecisse, existimat Vlpianus etiam de libertabus accipiendum: quod etiā in fideicō-

e l. iiij. de alim. leg.

missis proditum est. Cuius rei ea est ratio, quòd masculinum semper sub se fœmininum complectitur[a], vt superiùs tractauimus. Tres † autem libertorũ fuisse species Caius instit. lib. j.[b] tradit. Alios enim Ciues Rom. alios Latinæ conditionis, alios esse Dedititios. Ciues sunt, qui his tribus modis, id est, testamento, aut in æde* sacra, aut ante consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitione manumittuntur. Dedititii verò sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa, vt deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertorum ideo Ciues Romani meliorem statum habent, quia & testaméta facere possunt, & ex testamento quibuscunque personis succedere: nã Latini & Dedititij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare: tametsi Latini certis rebus priuilegia Ciuiũ Rom. libertorum cõsequi possunt: Dedititii verò nulla ratione possunt ad Ciuium Rom. libertorum beneficiũ peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testaméto, aut in æde sacra, aut ante consulem manumittuntur, Ciuium Roman. priuilegia consequuntur: hæc Caius. Quæ verba referre placuit, quòd Iustinianus[c], qui has differétias sustulit, nimis concisè, & suspensa (vt dicitur) manu, eas declarauit, tametsi ad multorum in iure veteri locorum interpretationem pertinerent[d]. Nam cùm de * manumissis vindicta mentionem reperimus, Ciues Rom. intelligimus: eo enim † modo ante consulem, seu, quod idé est, proconsulé, vel prætorem manumittebantur, fiebántque ciues Rom. nisi aliter conuentum esset[e]. Persius:

Vindicta postquam meus à prætore recessi.

Hinc Corn. Tac. lib. XIII. eos tradit, qui vindicta manumissi non essent, aliquo velut seruitutis vinculo teneri. Ausonius in Grypho:

Triplex libertas, capitisque minutio triplex.

Meminit & Boetius in Topica M. Ciceronis.

a l. cùm pater. §. cùm in ter. de legat. ij.

b titul. j. de stat. homin.

* Sūt qui legũt in ecclesia, quorum lectio nunquã placuit eo sensu.

c in §. vltim. Institut. de liber.

d l. qui Romæ. §. Flauius. de ver. obliga.

e l. j. suprà il lo. C. de La. lib. tol.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Collegæ, officii eiusdem viri.*
4 *Collegiorum genera, horúmque præfecti, & iura.* 5.
6 *Maior pars, inito pacto eligit: ex causis diuersum.* 7.
8 *Maior pars, duæ partes ciuitæ.*

LEX CLXXIII.

COLLEGARVM. Collegas Iurisperiti nostrates eos propriè dici opinantur, qui simul habitant, quasi vnà se colligant: cui sententiæ veterum autoritas ad-
1 uersatur, † à quibus proditum est, ab eligẽdo collegas dictos, quasi in idẽ munus coelectos diceremus: quod & Iurisconsultus hîc sentit, cùm eiusdem esse potestatis ait, sicut erant consules, prætores, tribuni plebis, & similes. Quapropter And. Siculi rationem non approbauerim[a], ecclesiam collegiatam (vt ipse ait) negantis,
2 quoniam eius* Canonici simul non habitarent: nã hoc nil referre verius est, dum aliter de eorum iure cõstet: sufficítque, si eligere actorem consueuerunt[b], & sigillo communi vti, aliáque eiusmodi facere, quæ vniuersitatum propria sunt. Eadem ratione † collegia dicuntur, in
3 quibus, qui dent nomen, eliguntur, dum pauciores tri-
4 bus non sint[c]. Sic † & collegium doctorum dicimus, sic & nauiculariorum, sic cæterorum artificum. Fuit & collegium olim poetarum. Soléntque sic aliquos sibi præficere, vt plurimùm duumuiros, quos voce parum Latina Abbates vocamus. Sũt & qui vnicũ rectorẽ habeãt, sunt & qui nullũ: nec enim vt collegiũ dicatur, necessarium est aliquẽ ei præfici[d]: imò eo casu congregandi collegii, referẽdíque ius ad eum pertinebit, qui
5 in albo prior antiquiórque sit[e]. Posse autem † eos collegas de his, quæ ad artem suam pertinent, cõstituere, séque vicissim illis decretis alligare, euidentissimi iuris est, dum tamẽ aliis præiudiciũ nullum inferant[f]: vt si monopoliũ sapiãt, vel ambitiosa sint. Vnde cũ semel constituissent, ne qui sacris initiatus esset admitteretur: responsum est, decretum non valere. Quod tamen in collegio iudicum, quale Mediolani est, non censetur seruãdum: nec enim huiusmodi decreto libertas eccle-

a Barb. consi. xvij. in 3.
b Abb. ca. à nobis. de iur. patro.
c l. Neratius. suprà eod.
d Innoc. c. cũ nõ de preb.
e l. fi. de alb. scrib.
f l. fin. C. de iur. om. iud.

si ftiea imminuitur, cùm iure quoque Canonico à ciuilibus iudiciis abstinere eos honestas suadeat [a]. Sed nunquid constituere possint, vt aliquis non recipiatur, nisi omnibus consentientibus? Et licet †constitutio ex se valeat, præsertim si iuramentum accesserit, putauerim tamen, qui à maiore parte admissus sit, iure admissum videri. Nec enim legem sibi imponere potuerunt, à qua recedere non possint, tametsi periuri efficiantur [b]. Id enim in collegiis maior pars potest [c], quod totus ordo [d]. Et hoc maximè adnotandum aduersus eos est, qui singuli plurima promittunt, munificósque se exhibēt, cùm vniuersi eius legis prætextu nihil extricent, fidémque violent. Si †tamen à principe eiusmodi constitutio confirmata esset, non diffiteor omnem consensum necessarium esse [e]. Sed quam maiorem †partem esse dicemus? & receptum est, duas partes ex tribus necessariò requiri: si tamen autoritate ordinarij iudicis omnes citati sint, & quia non aduenerint contumaces habiti in his, qui paruerint, solis ius vniuersitatis * residet, tametsi minima pars adsit. Secùs, si à collegis simpliciter fuerint vocati, vt quia collegium præfectis careat, vel præfecti iurisdictionem non habeant [f]. Et ita ego censeo, repugnantiúmque sententias concilio.

6

7

8

9

a c. ij. de clericis vel mon.
b c. dilecto. de præbend.
c l. quod maior. ad municip.
d B. l. l. fin. C. de autor. præst.
e Gl. c. vbi. verb. singulis. de elect. in vj.
f Dec. c. cùm omnes. de cōstit.

SVMMÆ.

1 *Absentis procurator caueat.*

2 *Abest qui in continentiis non est.*

§. QVI EXTRA. Absentium †procuratores rem ratam haberi [g], aut iudicatum solui satisdare debent, præsentis non debent. Quæritur †ergo quis abesse dicatur. Et Iurisconsultus respondet, eum abesse, qui extra continentia vrbis est, id est, suburbia, & quatenus se vrbs continet. Vulgati codices continentiam fœmi nino genere scriptum habent, sed ratio Latini sermonis hoc non patitur: neutro itaque genere pronuntiādum est. Sanè verbum id, abesse, variis modis in iure accipi suprà [h] ostendimus, vt minimè operæpretium sit ea, quæ diximus, repetere: tametsi & infrà Iurisconsultus de eodem nonnihil scribat.

1

2

g Gl. l. præsens. de procur.
h l. mulieris.

Vlpian. in l. absentem. 199.

SVMMÆ.

1 *Venditionis tempus in qualitate spectari: sed & præteritum. 3.*

2 *Fur desinit esse, si id dominus se id voluisse dixerit.*

LEX CLXXIIII.

1 ALIVD EST PROMITTERE. Qui vendit †mancipium, tenetur id præstare [a], cum furto, noxaq; solutum: quæ verba hoc significant, vt tempore, quo venditur, solutus sit. Vnde quamuis aliquando furtum fecerit, si tamen ea noxa sit liberatus, redhibitioni locus non est. At qui furem non esse dicit, de moribus dixisse videtur, & ideo hoc præstare debet, quòd nunquàm furtum commiserit [b]. Sed & si ipsi venditori quandoque furatus fuerit, non dubitatur quin ex sti-
2 pulatione emptori succurratur [c]. Sed finge † venditorem, vt iudicium euitet, adserere, nullum furtum sibi à seruo vnquam factum fuisse, sed seruum se volente accepisse, & propter familiaritatem, quam cum seruo dominus habuit, fortè credendum ei videretur, cùm traditum sit, admitti eam excusationem, qua dominus rei, vt furem liberet, sua sponte rem ablatam attestatur [d], si ex amicitia, vel familiaritate, quam cum domino is, qui furti reus est, habebat, verisimile id sit. Qua
3 ratione † deprensi in concubitu, & adulterij accusati, se excusant, si coniugium contraxisse asseuerent, eorumque affirmatio verisimilis sit [e]. Sed in proposita quæstione eam assertionem emptori non obesse existimauerim: cùm enim integritatem morum, & propositi, id est, voluntatis serui pollicitus venditor se præstiturum videatur, non sufficit, si sua sponte ablatam rem dixerit, nisi & hoc probetur credidisse seruum, qui abstulit, se voluntate domini auferre.

a l. j. in prin. de ædil.

b l. quod si nolit. §. j. eo. ticul.

c l. furtum. eod. tit.

d Bart. l. inter. §. rectè. de fur.

e Gl. l. pen. C. de fideiuss. Felin. c. j. de præscr.

SVMMÆ.

1 *Fraudat reddens quandoque.*

3 *Vim facit, qui debitum sine iudice extorquet.*

4 *Stipulationum genera.*

LEX CLXXV.

FACIENDI. Quæ in fraudem creditorum facta essent, restitui prætor iubet [a]. Finge † in fraudem creditorum illud quod sub conditione, vel in diem debebam, me creditori ante tempus reddidisse, an creditoribus consuletur? Et indubitati iuris est consuli, † factum enim dicitur, quod est redditum. Quapropter & cùm prætor, si quid metus causa factum affirmaretur, auxilium pollicitus esset [b], D. Marcus edicto † declarauit, id quoque factum videri, cùm per metum sibi rem suam, non adito iudice, aliquis debitorem reddere cõpulisset. Sanè cùm stipulationes [c] aliæ † in facto, aliæ in dando consistant, ea quæ de reddendo est, si actum sit, vt in continenti reddatur [d], magis facti quàm dationis existimatur [e]; tametsi & negari nõ possit, verbum facere * tam generale esse, vt & dationem comprendat, quod infrà suo loco dicemus: qui enim dat, procul dubio aliquid facit.

1
2
3
4
5

a l. omnes. in fine. quæ in fraud. cred.

b l. extat. quod met.

c l. ij. suprà de verb. obl.

d l. si pœnã. de verb. obl.

e Bal. l. cùm allegas. de vsur. C.

in l. uerbum facere. 218.

SVMMÆ.

1 *Solutionis mandatum egrediens non liberat.*

LEX CLXXVI.

SOLVTIONIS. Quid solutionis, liberationis, satisdationis, satisfactionísque verbo contineatur, superiùs à nobis traditum est. Hic solùm admonendi sumus, procuratorem qui solutioni † recipiendæ constitutus sit, si delegationem aliámve satisfactioné recipiat, debitorem non liberare: vt enim solutionis verbo verum sit omnem satisfactionem accipi, tamẽ cùm aliud pro alio, inuito creditore, præstari non possit, qui mandat, vt solutio recipiatur, mandasse id intelligitur, vt in specie debita recipiatur: & ideo absque domini consensu, procurator reum debendi liberare non potuit, ídque Alexand. [f] in facti quæstione respondit, quod & nos probamus. Dum ergo hîc omnem satisfactionem contineri dicitur, subinferendum est [g], quam tamen creditor acceptare voluit. Addit Bartol. quoties lex * pecuniam solui vult, de alia satisfactione intelligi

1
2

a l. liberationis. 47. in l. satisdationis. 61.

f Consil. xcv. in iij.

g l. Item liberatur. in fi. quib. mod. pign.

telligi non posse, quod à nobis superiùs explicatum *in l. l. liberatio-*
3 est. illud constat *procuratorem ad recipiendum solu- *nis. 47.*
tionem constitutum, si confiteatur se recepisse, debitorem non liberari, nisi vera de numeratione aliter cō staret: ídque frequentiùs receptum est: quoniam si de numeratione non appareat, qui confitetur, donare videtur: at huiusmodi mandato non est existimandum id actum, vt donare liceat [a]. Fuere tamen, qui hoc in articulo dissentirent, quorum sententia hac mihi videtur ratione defendi posse: nam cur non ea sit interpretatio, vt de donando mandatum videatur, ratio illa prodita est quòd qui donat, perdit, rémque suam prodigit: quod in nostro casu non est, cùm possit dominus aduersus procuratorem agere vt rationes reddat, restituátque, quod se recepisse cōfessus est, quòd si soluendo procurator non sit, æquius est, vt domino id imputetur, qui huiusmodi procuratorem elegit, quàm creditori, qui bonam fidem sequutus ei satisfecit, & apocham recepit. Et satis durum videtur ad debitorem id pertinere, vt probare debeat verā numerationem interuenisse, vt sic in domini facultate sit procuratorem eligendo, duriorem debitoris conditionem facere. Et fortè verior hæc opinio est, nisi quòd vt in cæteris rebus, sic in iure numerantur plerunque sententiæ, non ponderantur.

a Bar. l. ij. in §. si cert. pet.

SVMMÆ.

1 *Cauillari, vocis acceptio multiplex.*
2 *Cauillamur varié.*
3 *Legis, Natura. sensus, & emendatio.*
6 *Cauillari aduocato non licere.*

LEX CLXXVII.

1 NATVRA. Cauillari † variis in iure modis accipitur. Cauillatur, qui calumniosè agit: cauillatur, qui breuiter & falsè aduersarium sermone captat, aut irridet: cauillatur, qui sciens, vt suam sententiam tueatur, falsa prodit. Specialius verò, & (vt ita dicam) ἐμφαλικωτέρως, cauillari dicitur, qui eo adsumpto quod euidenter verum est, dissimiliter, acceptis terminis,

quod falsum est, infert. Id † tribus modis fieri Aristo 2
teles in Elenchis tradit: aut enim argumentum in ma
teria peccat, aut in forma, aut in vtroque. In materia,
vt si dicam: Quæ in nullius bonis sunt, occupanti con
ceduntur: res sacræ in nullius bonis sunt, ergo occu-
panti conceduntur. Is autem syllogismus propriè σοφι-
στικὸς appellatur, de quo Accursius † Iurisconsultum hîc 3
intellexisse existimat, cui & ipse assentior. In forma,
vt: Omnis seruus in potestate est, filiusfamiliâs est in
potestate, ergo filiusfamil. seruus est. noménque huic
argumento παραλογισμὸς est. In vtroque peccat cùm di
cimus, Quilibet seruus pro mortuo habetur: nemo a-
lieni iuris est, qui seruus non sit: qui igitur alieni iuris
non est, pro mortuo non habetur. Sed hæc latiùs ab A-
ristotele eiúsque interpretibus accipienda sunt. Quo-
modo † autem cauillatio Græcè appellatur, Iuriscon- 4
sultus hîc ostendit: sed in vulgatis codicibus vox illa
deficit. Fuere igitur qui διαβολὴν reponendum existi-
mauerunt. eam sic definiendam Lucianus arbitratus
est, vt sit criminatio ἐκ τῆς ἐρημίας, id est, nocumento
orta, cum reo nihil sciente, nedum ad cōtradicendum
non admisso, soli delatori fides adhibetur. Qua ex de-
finitione apparet, eam vocem hoc in loco non esse re-
ponendam: hîc enim non de calumnia agitur, sed de so
phistico argumento. Antiqui codices hîc γοητείας ha-
bent, & infrà de regulis iuris, vbi idem responsum le-
gitur, σόφισμα, quę lectio vtraque conuenit, posteriór-
que plus mihi arridet, quæ magis specialiter rem expri
mit, quandoquidem γοητεία pro quacunque fraude vi-
detur posse accipi. Apud antiquiores tamen sophista-
rum nomen honestum fuit, & qui philosophiæ Docto
res erant, vulgò sophistæ dicebantur, ídque ex Philo-
strato, & M. Victorino palàm est: suspicórque propter
malos eorum mores, nominis quoque dignitatem cō
uersam: nam & Plutarchus grauis autor, à maiorum
institutis eos degenerasse ostendit, & pro philoso-
phis, planos, sycophātásque quosdam fuisse. Sanè hinc
apparet, ex breuissima mutatione veritatem obnubi-
lari: vnde proditum est, mutato* facto, etiam ius mu- 5
tari: nec ideo Iurisconsultum reprendi posse, qui varia
re-pon-

respõderit, cùm aliquantulum mutatæ sibi facti species essent propositæ: ex facto enim ius oritur, quo va-
6 riato, & ipsum variari necesse est. Sed † an huiusmodi cauillationibus vti aduocatum deceat? & graui viro cõuenit nunquam vti [a]: nec enim debet quis de victoria magis, quàm de veritate esse solicitus: quoniam id vitium (vt Cicero inquit) maximè contra prudentiã est. Sed recentiores plerique ambitione præcipites, omnes disciplinas puerilibus hisce nugis peruertêre: & cùm paucis veritatem explicare possent, per argumenta & oppositiones, artem in verborũ contentionem deduxere. Sic magno Reipub. Christianæ detrimento Theologi, sic & Philosophi, sic deniq; & legum interpretes fecere: receptissimúmque apud omnes est, licere aduocato bonam causam falsis rationibus tueri, & fraude fraudem trudere. Imò pro consilio proditum est, plurimas semper rationes iudicibus afferendas, verísque falsas immiscendas, cùm indocti plerique, qui iusto argumento fidem non adhibuerunt, futili moueantur. Sed & nescio cuius Pontificis factum laudatur, qui nocenti impunitatem promiserat, vt delicti confessionẽ extorqueret. Huiusmodi ego dolum probare non possum: nec ex simili confessione damnari reũ debere arbitror, cùm ea fiducia fateri potuerit, vt quamprimùm litium carcerísve molestiam euitaret, cùm crederet fore vt sibi fidem iudex seruaret: nisi ergo spe huiusmodi defectus reus, priorem confessionem ratam habeat, liberabitur: atque ita Imola & Dec. scripserunt [b], licet in contrariam sententiam frequentius itum sit, pro qua apud Græcos extat hic Æschyli senarius,

Ἀπάτης δικαίας οὐχ ἀποστατεῖ θεός.

A fraude iusta nec Deus quidem abstinet.

a xxiij. q. ij. Dominus.

b l. ea est. infrà tit. j.

SVMMÆ.

1 *Pecuniam variè sumi.*

LEX CLXXVIII.

PECVNIAE VERBVM. Pecuniam dictam esse à pecu receptum est, quòd in pecoribus omnis vete-
1 rum census esset: hincque tractum est, vt † appellatio

a l. fi. de cōstit. pec.

pecuniæ [a], cùm latiſſimè accipitur, ad omnem cenſum referatur, quo ſenſu & ſpecies, & corpora & iura quoque continentur: in fauorabili búſque propius eſt, vt ita intelligamus. Plinius tamen pecuniam pro numis ſimpliciter accipit, quòd pecudū nota antiquitus moneta ſignaretur: qui ſenſus in materia odioſa probabilior eſt [b], hócque & vulgarem loquendi vſum ſecuti plerique tradiderunt. quòd ſi ſubiectum argumentum nec omnino fauorabile [c], nec odioſum ſit, mediam viā deligemus, pecuniámque ad id, quod in numerato eſt referemus [d]. idémque ſi pondere, vel menſura conſiſtat, vt in legatis, & contractibus: niſi aliud ex coniectura voluntatis appareat, vel ratio legis æquè in corporibus procedat, atque in quantitate [e].

b l. ſed Iulianus. §. mutui. ad Maced.

c l. ſi verò. in fi. ſol. matr.

d Bart. l. talis. de leg. j.

e l. j. & ſeq. de calum.

SVMMÆ.

2 *Euictionem in hereditate ceſſare.*

3 *Fideicommiſſario fructus reddendi.* §.

4 *Hereditatis augmenta.*

§. Hereditas. Ipſum * ius eſt, perſonam defuncti referens, ideóq; ab ipſis rebus hereditariis differt: †vnde, qui hereditatem vendit [f], rebus hereditariis euictis, nihil præſtat. αἰχρωϛικῶϛ tamen ſuprà dixi pecuniam ipſam hereditariam, hereditatis nomine accipi poſſe. 1 2

f l. ij. in principio. de here. ven.

Decessionem. Id eſt, diminutionem †. plerunque enim accidit, vt diminuatur hereditas, quo caſu grauatus reſtituere, ſi tantum ex fructibus percepit, reſtituere eos compellitur, quatenus deceſſit hereditas, vt Celſus, & Marcianus ſcribunt [g]. 3

g l. 4 qui ccc. ad Tre.

Vel. Id eſt †etiam fructibus. Augetur enim & aliis modis, vt partu ancillarum [h], itémque penſionibus: intereſtque hoc ſcire, vt omne heres habeat: nam & fideicommiſſario huiuſmodi fructus reſtituendi ſunt: nec diſtinguitur, coactus heres †an ſpōtè adierit: pars enim hereditatis ſunt, nihilque à cæteris rebus hereditariis differunt [i]. Sed quid ſi iacente hereditate ſeminatum eſt, & ea adita ab herede fructus percepti? & exiſtimauerim eatenus computandum, quatenus in agro ſpes, quæ aditionis tempore ſuberat, vendi potuiſſet. 4 5

h l. ancillarum. de pet. her.

i l. ita tamē. §. j. ad Treb. vbi Alex.

Et

Et ita accipi, quod vulgò dicitur in lege falcidia fructus pendentes hereditatis esse [a], quódque alibi traditur, hosce fructus filium sibi in legitimam iure naturæ debitam imputare [b]: licet alij aliter.

a l. in lege. ad l. falcid.

b l. in fideicommissariam. ad Trebell. vbi Alex.

SVMMÆ.

2 *Actionum omnium formulæ.*
3 *Actionum præparatoriæ.*
4 *Actionis à prætore dandæ forma.*
5 *Sportularum origo.*
7 *Legis actionem ad executionem referri.*
8 *Actionum genera.*
9 *Remedia ad res consequendas extraordinaria. interdictum & officium iudicis.*
11 *Fideicommissa ordinariè peti.*

§. Actionis. Iure gentium olim actiones nullæ erant, sed manu regia controuersiæ dirimebantur: deinde in XII. Tabulis actiones repertæ sunt, & certis verborum formulis conclusæ, quas à Pontificib. litigaturi accipiebant: qui formulā malè concepisset, causa cadebat. Huiusmodi autem quæstiones in hoc genere, vt Quintil. lib. III. ait, versabantur, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hūc, an hoc tempore agere liceat: quas nunc dilatorias, declinatoriásque exceptiones appellamus. Hæ formulæ ex natura actionum variæ erant. In petitione fundi, huiusmodíque rei immobilis, hæc ex parte vendicantis verba recepta fuisse tradi tum est: Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est: eū ego ex iure meū esse aio: ibi ego te ex iure manu consertū voco. Cui is, à quo vendicabatur, sic præscribebat: Vnde tu me ex iure manu consertū vocasti, inde ego te reuoco. Quorum verborum Cicero in oratione pro Muræna meminit, vímq; eorum lib. vlt. cap. IX. A. Gellius explicat. Rei verò mouentis vendicatio sic fiebat, apud magistratum populi Rom. vel prætorem, vel præsidem. Is qui vendicat, in iudicio rē exhibitā tenens dicebat: Hanc ego rem ex iure Quiritiū meā esse aio. Cui aduersarius: At ego eā cōtrà vendico. Quòd si aduersarius contrà non vendicabat, sed actui adsentiebatur, cessio in iure dicebatur [c]: fiebátque vt

c l. j. §. i. de rei vend.

plurimum, cùm filium quis adoptionis causa vendicaret: imaginaria enim hæc vendicatio obseruabatur, prætórque vendicanti addicebat, idque legis actio vocabatur: cuius rei lib. Instit. II. Caius est autor. † Actio- 3
N. nis in personam verba erant in vsu, Aio te mihi dare oportere[a], itémque oportere facere, quorum Val. Probus in libello de præscriptis notis meminit. Harum actionum † præparatoriæ erant interrogationes, & vin 4
diciæ. Interrogatio sic fiebat: Q. T. I. I. C. P. A. T. F. A. Id est, Quando te in iure conspicio, postulo an te facias autorem. Vindiciæ erant ius possessionis, quo disceptabatur pendente iudicio, penes vtrum res, quæ vendicabatur, deberet remanere: sic dictæ, vt Pedianus ait, quòd qui in his obtineret, vindicem, id est, prędem dare deberet, nil in re possessa deterius interim facturũ. Pompo.[b]. Cùm animaduertisset, inquit, Virginius Ap. Claud. vindicias filiæ suæ à se abiudicasse, & ei, qui in seruitute ab eo suppositam petierat, addixisse. Quæ verba adduxi, quoniã in vulgatis codicibus corrupta circumferuntur. Cæterùm proposita formula, Prætor de ea † primùm cognoscebat, vt an formula vel actione actor excidisset, perspiceret, vt sic actionem, quod 5
Vlpianus quoque[c] vsurpat, eximeret: si verò negotio conueniens[d], iustáque ea formula videretur, actionem dabat, quam quoniã certis verbis partes petebant, impetrare dicebantur. Interrogabat enim, an sibi de ea re iudicandi potestatem facerent, ipsíque se facere respondebant. sicq́ue iudicium accipiebatur, id est, lis cõtestabatur: deponebántque in æde sacra sportulã, in qua pecunia erat, quam, qui vicisset, lucrabatur: ea pecunia sacramentum dicebatur. Inde est apud M. Varronem, & Ciceronem, Sacramẽto vincere. Et quia deinde cœptũ est † ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, 6
sportulæ iudicum inde nomen traxerunt Erant & qui re ipsa non deponerent, sed simpliciter sponderẽt: vnde ductum, vt sponsione contendere dicerentur, tractabantúrque huiusmodi sacramenta, & sponsiones, vt ego arbitror, sponte partium: inuiti verò compellebãtur vadimonium facere, id est, sub certa pœna se iudicio staturos promittere. Id etiam vadari dicitur, quòd vide-

a l. verbum oportere. suprà eod. & §. sic itaque. de act.

b l. ii. de ori. iur. § initio fuisse.

c l. sed & si. §. ait. suprà ex quib. cau. maio.

d l. i. C. de for.

videlicet ea de causa, qui multæ fidei possessor non e-
rat, vadem, id est, fideiussorem dare tenebatur. Supere-
7 rat †postremò legis actio, cùm prætor negotium defi-
niebat: id tribus verbis explicatur, *Do, Dico, Addico.* Pri
mum ad actiones, quibus rem dari petimus: secũdum
ad facta, vel rei vendicationem: vltimum ad executio-
nes pertinet sicut & adiudico. Cùm igitur lex de ma-
gistratu apud quem legis actio est, verba facit, de or-
dinario iudice intelligit [a], qui, non solùm iudicare, sed a l.iiii.de a-
etiam exequi possit. Idémque est cùm de eo meminit, dopt.
cui adiudicatio data sit, vt suprà vidimus [b]. Sanè actio- b l.aliud.su
8 num †variæ sunt species: non enim in rem, aut in per- prà eodem.
sonam tantùm sunt, sed etiam mixtæ, quibus vtrũque
persequimur [c]: qualis est familiæ ercifcundæ formula: c §. quædã.
sicut & personales in rem scriptæ, vt quæ ad exhiben Instit. de act.
dum datur [d], omniáque ferè interdicta: licet enim in d l. iii. §. est
personam sint, tamen ratione rei competunt [e]. Dicun- autẽ. & §. fin. ad exhib.
9 tur autem †interdicta, quasi interim dicta: cùm enim e l.i.§.inter-
possessionem respiciant, totam litem non perimunt, dicta. de in-
quin de dominio quæri possit. Quapropter & præiudi terd.
cia quandoque appellantur. Interdicere autem apud
veteres id significat, quod interim dicere. Cicero in
Rhetoricis ad Heren. lib. ii. cap. x i. Verùm pueriles ho
rum opiniones rectissimis rationibus, cùm voles, re-
fellemus: impræsentiarum hoc interdicere non alienũ
fuit [f]. Est & officij iudicis imploratio quam Persecu- f l.actionis.
tionem propriè vocamus [g], soláque æquitate sugge suprà de act.
rente, conceditur, & ideo extraordinarium est iudiciũ. g l.actionis. suprà eod.
Pertinet autem ad mixti imperij causas, sicut Accusa-
tio ad meri[h]. Actio simpliciter ad nudam iurisdictio- h l.imperiũ.
nem: sic res iudicata executioni mãdatur: sic de damno de iur. omn.
infecto cauetur [i], tutores constituuntur, iudices dan- iud.
tur, decretum semel iterúmque interponitur: sic & fi- i l. iubent. eo l. tit.
deicommissa olim effectum habebant, licet hodie Iusti lz l.ij.C.cõ.
niani constitutione actio concessa sit tam personalis, de leg.
10 quàm hypothecaria [k]: Addit Angelus [l] *officium quo- l Ang.§.fin.
que iudicis competere, quod in executionibus exerce in authẽ. de
ri solet: quoniam si in testamento non cancellato nec here. & falc.
abolito scripta sint, executionẽ in promptu habeãt [m]: m Mod.l.fi. C. de edict.
cui ego assentior, licet alij contrà, quorum sententia diui Adria.

hoc iure verior esset. Sunt & qui hoc † iure fideicommissa ordinariè per actionem peti crediderint: nam plerunque ex fideicommisso rem peti, agi, vendicari, in ipsis digestis reperitur. Accedit his, quod Vlpianus [a] scribit, per omnia exæquata esse legata fideicōmissis, videtúrque crebrior hæc esse sententia, cui tamen nos minimè assentimur: nec enim Vlpianus è conuerso dicit fideicommissa legatis exæquari, vt sicut ordinario iure legata petũtur, ita & fideicommissa peti necessariò fateamur: adnotauimúsque plerisque in locis, verba illa, peti, agi, vendicari, ad officium judicis referri: qua de re Paradoxorum lib. II. cap. x. diffusius disputauimus: sentítque nobiscum [b] Petrus, Cinus, Baldus, Imola, Raphael, & quandoque idem asseruit Bartolus cum Accursio. 15

a L. i. de le. i.

b l. etiā. C. de compens.

SVMMÆ.

1 *Debere ad omnes actiones pertinet.*

2 *Remissione iùs àmitti, ex causis contrà.*

§. HOC VERBVM. Verbum † debere si ad omnes omnino actiones refertur, proculdubio etiam eam, quæ in rem est, comprendet: quam sententiam veriorem esse, etiam suprà testatus sum [c], & Accursius hîc probat: atque ideo consequens est, vt lex municipalis aliquid aduersus eum, † qui quod sibi debetur petere negligit, constituens, etiā de eo intelligatur, qui vendicare rem suam nolit [d], licet aliqui dissentiant. Qua ratione etiam arbitror, si quis liberationem ab eo, quod sibi debetur, legauerit, etiam legata videri, quæ vendicari potuissent, nisi † cùm probatur testatorem hoc non egisse, vt donaret, sed quia verè redditas sibi rationes existimabat [e]: tunc enim ne furtum committere quisquam tutor impunè possit, propius est, vt in rem actio heredi detur. Sed & si quis vetet rationem reposci, clarum est his verbis non esse rei suæ dominium remissum [f]. Sed num is, qui id, quod Titius debet, fide sua esse iussit, promisisse etiam videbitur, * quod officio iudicis accessoriè debetur, quales in contractibus bonæ fidei sunt vsuræ? Et non teneri verius est, nisi in omnem casum promiserit [g]. 1 2 3 4

c l. credito-res. suprà eo.

d Bald. Ias. Instit. de act. in princ.

e Bal. l. cum necessitaté. C. de fideic. l. pactum. C. de coll. q. xii.

f l. fi. §. pen. de lib. leg.

g l. quæro. ff. loc.

SVMMÆ.

1 *Quanti verbum variè accipi. 2. 3.*
5 *Esse dicuntur probata.*
6 *Iudicandi forma.*

LEX CLXXIX.

1 INTER HAEC VERBA. Hæc † verba, quanti ea res est, ad veram rei, de qua agitur, æstimationem referuntur[a], non etiam ad id quod interest: illud enim
2 plerunque rei pretium excedit. Quandoque † tamen etiam id quod interest continent: verbi gratia, in magistratum qui damni infecti caueri non curauerit, lex, quanti ea res est, actionem dat[b]: eius enim culpa non minus damnum rei, quàm accessiones quoque respicit: vnde meritò omnis vtilitas actori reponenda est, quoniam ea res, id est, detrimentum de quo agitur, tanti est. Sed & hæc clausula ad eam, quæ petita est, quantitatem quandoque refertur[c], licet veritas æstimationis alia sit, vt quidam sentiunt[d]: quod tamen ipse omnino non probo, intelligimúsque quanti ea res
3 est, scilicet, quæ petita est[e]. Refertur † & quandoque ad pœnam, vt cùm quis stipulatur, si dolus malus non aberit, quanti ea res erit dare spondes[f]? Est & alia clausula huic similis, In quantum iudici æquum videbitur[g], quę sine dubio id, quod interest, continet. Hinc autem notandum est, non differre quanti est, vel quan-
4 ti esse adparet: id enim esse dicimus, *quod probatum
5 est. Vnde † in iudiciis id verum esse proditum est[h], non quod ex se simpliciter verum est, sed quod ex actis ve-
6 rum esse probatur. Qua ratione infertur, † debere iudicem[i] secundùm acta iudicare, non secundùm conscientiam suam: nisi is legibus solutus sit, vt princeps, vel qui absque actorum confessione ius dicere possit, vel exploratissimum habeat, nihílque penitus dubitet, quin veritas aliter se habeat, quàm probatum fuerit: tunc enim principem admonere debet, cùm probabiliter dubitet, illúdque exequetur, quod sibi responsum fuerit[k]. Crediderim & posse eum munere iudicādi absolui, si sibi nō liquere iurauerit: cū enim per cōscien

a l. arbitrio. suprà de dol. l. prætor. ij. vi bon. rapt.
b l. iiij. 4. in eū. de damn. infec.
c l. fi. suprà si quis ius dic.
d l. iij. in fin. qui sati. cog.
e l. hæc verba infrà eod.
f l. nouissima. iud. sol.
g l. fin. de var. cog.
h l. fina. de probat.
i l. illicitas. §. veritas. de offi. præfec.
k §. fin. in auth. de iud.

tiam suam probationes infirmentur, non iniuria quid agere debeat, dubitare potest: & ideo more maiorum iurabit N. L. id est, non liquere [a]. Quod & Aul. Gel. cùm iudex à prætore allectus esset, se in casu non æquè dubio fecisse autor est, libro decimo quarto, capite secundo.

a l. Pomponius. de re iud.

SVMMÆ.

1 *Tugurium variè accipi*. 5.
6 *Tugurÿ etymon.*

LEX CLXXX.

TVGVRII. Tugurium † rustica est casa, à tegen- 1
do dictum, quòd videlicet maximum in eo vsum
præstet, quòd ab aëris iniuria, & pluuiis nos tegat:
propter fragilitatem enim cratium, nec à frigore sa-
tis defenditur, nec calore, neque admodum à furibus,
effractoribúsve tutum est. Hincque apparet, † debe- 2
re quascunque res ab eo potiùs denominari, quod si-
bi specialius est, quàm quòd cum aliis commune ha-
beat. Sic stipulatio potiùs * à verborum firmitate, 3
quàm à consensu nomen sumpsit [b]. Sic hominem ne-
gat Fab. Quintil. ab humo dictum, cùm id omnibus
animantibus commune sit: † nam & ab eo, quod po- 4
tentius est, vnumquodque denominari debet: poten-
tius autem id censetur, quod magis specialiter conue-
nit [c]. Sanè † videtur Iurisconsultus tugurium acci- 5
pere pro quacunque domo rustica: quod ita simplici-
ter verum non est: quæ enim parietibus & tegulis la-
teritiis constat, tugurium non est: igitur de gurgutio-
lo intelligendum est, quod vel arundine, vel vlua pa-
lustri, stramentísve, vel etiam (vt Vergilius scribit) ce-
spite contectum sit, cuius parietes viminei, luto, vel
huiusmodi materia crustati sint. Videtúrque priùs † di- 6
ctum esse tegurium à tegulo, quasi tegularium: non
autem à tecto, vt vulgati hic habent codices. Plin. Tegulo aquaticarum arundinum domos suas septemtrionales populi operiunt. Hunc in modum domunculas suas habebant Aphri, quas Vergil. mapalia, Iuuenalis attegias vocat.

b l. j. in prin. de ver. obli.

c l. quæritur. de stat. hom.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Pertinet, latè patere, variéque censeri.*
3 *Libellum quoquo iure eleuari.*
4 *Pertinet, directum, ac obliquum est.*

LEX CLXXXI.

1 VERBVM ILLVD, PERTINERE. Verbum pertinere, latissimam habet significationem: siue enim res aliqua ad me iure dominij, siue etiam iure possessionis tantùm spectet, pertinere dicitur: idem si iure pignoris; sed & si nullo iure pertineat, sed pertinere possit, idem dicendum est. Quare si quis mihi
2 Stichum dare promiserit, quo casu sola personali actione conueniri potest, verè potero dicere Stichum ad me pertinere. Quapropter dicuntur articuli ad causam pertinere, qui quoquo modo vel leuissimè adminiculentur [a], atque ideo admittendi sunt. Sed & qui quamcunque in libello rem petit, cum his quæ ad eam pertinent, petiisse intelligetur quicquid ad eam spectat, seu ex iuris communis, vel municipalis forma [b], seu ex consuetudine, seu per se, seu per alium [c]. Vnde qui fundum cum his, quę ad fundum pertinent, vendidit, ius quoque incidendi nemoris pro illius fundi vsu vendidisse intelligetur [d], si ex domini consuetudine id nemus in hoc deputatum erat: atque id Socino placuit. Sed & si Rom. Pontifex episcopo concedit, quæcunque ad legatos pertinent, ea quoque tribuisse videbitur, quæ speciali priuilegio legati consequuntur, vt Decius respondit [e], & mihi placet: quoniam id beneficium tanquam fauorabile interpretatione adiuuandum est. Cæterùm dubitari
3 potest, cùm is, † qui furti accusat, debeat adserere in libello, an res ablata iure proprietatis vel quasi dominij ad se spectet: si simpliciter ad se pertinere dicat, an causam obtinere possit? Et quidam negant, propter eius verbi incertitudinem [f]. At ipse aio: debet enim ad iuris dispositionem referri, vt de eo intelligatur, quod sustinendæ intentioni necessarium erat [g]. Illud non omittēdum, id verbum in substituti omnibus commune

a Bald. c. iii. extrà de testi.

b Doct. c. cū ad sedem. de rest. spol.

c Glo. c. fi. de elect. in vi.

d Socin. l. i. de reb. dub.

e Consil. cxxviii.

f Soc. consil. viii.

g l. si quis intentione. de iud.

esse, & tam ad directam, quàm fideicommissariam substitutionem referri[a], idque frequentiùs proditum est.

a l. licet. C. de pact.

SVMMÆ.

1 *Peculij varia acceptio, & genera.* 4.
3 *Legem, Paterfamiliàs explanari.*

LEX CLXXXII.

PATERFAMILIAS. Peculium † lata significatione pro patrimonio omni accipitur[b]: ea quoque pecunia, quam repositam quis in subitos casus habet, peculium dicitur. Quapropter Proculus se audisse rusticos senes referre, asserentes pecuniam sine * peculio fragile esse[c]. Sed hoc sensu minimè id responsum intelligi potest. Est † & peculium, de quo hic Iurisconsultus loquitur, quod nisi his, qui in aliena potestate sunt, quæritur: & cùm extra potestatem mittuntur, ampliùs peculium non est[d]. In † filiisfamiliàs profectitium dicitur, quod propter patrem habent: Aduentitium, quod aliunde: Castrense, quod militibus acquiritur: Quasi Castrense, his qui priuilegia militum habent, quales sunt sacerdotes, & aduocati. Habent & serui peculium, quod illis dominus administrandum permittit: vnde etiam *exercitoria, institoriáque actio prodita est: alioquin proprium nihil habere possunt serui[e], præterquàm si quid côniuentibus oculis domini acquirant[f], vel ex dimenso suo, vel aliunde. Iure tamen * gentium non ambigo seruum bona habere posse: quod in Hebraica Regum historia cap. IX. & capit. XVI. probatur. Vnde si paulò opulentiores essent, ad munera quoque publica eligebantur, quod ab Aristotele lib. Politicorum IIII. cap. XV. proditum est. Nam & eo iure dominis sine legitima prole decedentibus, succedebant, vt ἐν τοῖς βίβλοις Geneseos cap. XV. habetur: & ideo Cornel. Tacitus non multùm à liberis apud Germanos differre eos tradidit. Vnde † non dubito, seruum naturaliter possidere[g]: licet ciuiliter secùs sit[h]. Nec mihi placet quorundam sententia, duplex ius gentium distinguentium, vt ex antiquiore serui sibi acquirent, ex posteriore non acquirerent, sed pro nihilo

Margin numbers: 1 (Peculium), 2 (peculio), 3 (Est), 4 (In), 5 (exercitoria), 6 (gentium), 7 (non dubito).

b l. cogi. ad Trebel.
c l. si chorus. de legat. iij.
d l.fin. C. de inoff. test.
e l. rectè. suprà ex quib. cau. ma.
f l. iiij. de manumiss.
g l. quod seruus. de acq. poss.
h Bar. l. si id quod. de cõdict. indeb.

nihilo reputarentur: hæc enim distinctio iure probari non potest, & lex expressim iure ciuili incapaces eos esse [a], non autem gentium dicit: mecúmque Archidiac. & Arct. senserunt [b].

a l. quod attinet. infrà titul. j.
b l. j. de acquir. possess.

SVMMÆ.

1 *Tabernæ materia, & vsus.*
2 *Etymologiæ vis, & inefficacia.*
5 *Etymologiæ andi forma.*
6 *Etymologiæ, & allusionis discrimen.*
8 *Allusionis vsus, & damnatio.*

LEX CLXXXIII.

1 TABERNAE. Taberna † dicta est, quòd tabulis (vt Festus interpretatur) conficeretur, non quòd tantummodo clauderetur: omne tamen ædificium, licet tabulis non conficiatur, vel claudatur, taberna dici potest. Et hinc adparet, argumentum ab Etymologia,
2 etiam negatiuè adsumendo, non valere. In † quo articulo inextricabiliter ferè disputatum est. Sed hanc rem ego sic finire soleo. Cùm etymologia vim definitionis habet, quam κατ' ἀντίληξιν Victorinus appellat, argumentum, & adfirmatiuè & negatiuè concludit: vt
3 donatio, est doni datio, exceptio, * est actionis exclusio: instrumentum, quod instruit causam [c]. Appellarunt autem veteres id genus non etymologiam, sed aduerbium. Cùm verò etymologia naturam suam seruat, argumentum adfirmatiuè non est efficax: cùm enim generalius id sit, vnde fit deductio, quàm ipsum quod deducitur [d], posita aliqua generis parte, non sequitur, eam speciem, de qua agimus, poni: vnde qui dicit, de meo fit tuum, non ideo concludit esse mutuum. Negatiuè verò efficax est, quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet species remouetur. exempli causa: Fur à ferendo, id est, contrectando dicitur: verum erit, si dicamus, res non fuit contrectata, igitur in eo furtum factum non est [e]: & id pro regula proditum est: Quæ hanc exceptionem patitur, vt nō procedat, cùm ratio inuentionis vocabuli aliud inducit. Quid enī, si quid inductū est ab eo, quod fieri deberet?

c l. j. suprà de fide instr.
d l. si quid. §. inter. de leg iij.
e l. j. de acquir. poss.

Non ſequitur, ſi id minus fiat, nomen non competere.
Tutores dicti ſunt, quòd pupillum tueri debet: ídque
ex eorum definitione à Seruio tradita apparet: Mona-
chi, quòd ſolitarij eſſe deberent: non ſequitur, e-
um tutorem, qui pupillum negligit, non eſſe tutorem:
nec aſsiduum in frequentibus locis, non eſſe mona-
chum. Quod & in Pontifice, & Auguſto ex recen
tium interpretatione dicendum eſt: iandiu enim eſt,
cùm nec Pontifices ad vitam æternam nobis pon-
tem faciunt, nec augent imperium Auguſti. Quid
item, ſi ab eo, quod olim & frequentiùs obſerua-
batur, nomen deductum ſit? vt nuptiæ, quòd in his
ſolerent obnubi capita [a]: tametſi non obnuban-
tur hodie mulieres, ſunt tamen nuptiæ. Sic taber-
na prius dicta, quòd ex tabulis fieret: vnde etiam ſi a-
lio modo conficiatur, nihilominus ſeruat nomen. Sic
monaſterium* nomen retinet, etiam ſi à monachis de- 4
relictum ſit [b]. Putarem tamen in dubiis † propius eſſe, 5
vt arbitremur, ab eo, quod de ſubſtantia impræſentia-
rum ſit [c], fieri deriuationem, quàm ab eo, quòd eſſe de-
beret, vel olim fuerit. Et ideo conſequens erit, Caret
molis, ergo non eſt molendinum, vt Baldus ſcripſit [d]. I-
tem non inuenitur in bonis pupilli, ergo in inuenta-
rio deſcribendum non eſt [e], vt Bartolus exiſtimauit, &
hæc in etymologia procedunt, quam veriloquium Ci
cero appellat. In alluſione † verò aliud eſt: hæc enim nec 6
ad ſubſtantiam rei, nec ad deriuationem omnino reſpi-
cit, ſed ad ſolius vocis ſimilitudinem refertur: vt, poſ-
ſeſsio quaſi poſitio, magiſtri quòd monſtrent, furtum
quaſi furuum, teſtamentum teſtatio mentis, ſacellum
ſacra cella, interdictum inter duos dictum: vera enim
poſſeſsionis* etymologia eſt, à ſedibus; magiſtri, quòd 7
curam magis cæteris præſtare debeat: furis à Græco
φὼρ, quæ vox ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, auferendo, contrectan-
dóque deducitur, teſtamenti ſacellique à ſimplici teſta-
tione, & ſacro, interdicti, quaſi interim dicti, vt ſuprà
oſtendimus. Vnde † conſequens eſt, vt cùm alluſio ad 8
ſimilitudinem vocum ſolùm referatur, argumẽtum ab
ea non ſit iuſtum, niſi ſimilitudini nominis ſimilitudo
quoque rationis accedat. Damnãtur pleriſque huiuſ-
modi

a Inſtitut. de pat. pot. in prin.

b c. cùm dilectus. de cõſu.

c Abb. c. j. in fin. de iudic.

d Bald. c. j. §. ſi quid. de cõtr. inueſti.

e l. tutor. de admin. tuto.

modi allusiones, vt à Donato Fabióque Quintil. libr. j. Sed & Hieronymus quadam epistola interpretem Lucæ damnat, qui alludit in verbis, friget in sensu. Videtur allusio esse, quam Græci, vt Martianus inquit, παρίσον vocant, vel παρονομασίαν, id est, adnominationem.

SVMMÆ.

1 *Tabernam variè accipi.* 3.

LEX CLXXXIIII.

1 INDE. Contubernales.) †Aedificia antiquorum solis tabulis constabant, claudebantúrque: vnde taberna generaliter potest accipi pro omni habitatione: & tabernaculo. Inde & contubernales, qui simul habitant. Vsus tamen posteriorum obtinuit, vt tabernam simpliciter dicamus, in qua merces venduntur. Sicque Catullus dixisse videtur, Salax taberna vósque contubernales, A pileatis nona fratribus pila. Sic & M. Cicerò
2 †tabernarios accepit pro his, qui negociationes in tabernis faciunt, dum inquit: Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatis, quid est negocij
3 concitare? Addit Nonius † Marcellus, tempestate sua tabernas appellari solitas vinarias, quod & vulgò nunc
4 obtinet. In re militari contubernales[a] dicuntur, * qui in iisdem tabernaculis seu tentoriis militant. Hinc & contubernium. Sanè quod in Quiritibus matrimoniũ
5 est, in seruis * contubernium quandoque appellatur[b].

in lingua Hispana vulgari, taberna solum dicitur, ubi vinum venditur.

a l. rem. §. i. commod.

b l. liberorũ. infrà eo.

SVMMÆ.

1 *Legati & pignoris in taberna discrimen.*
2 *Tabernæ cauponiæ cedunt loci instrumenta.*
4 *Legem Librorum. de legatis iij. & l. instructam. conciliari.*

LEX CLXXXV.

1 INSTRVCTAM.) Qui†tabernam vẽdit, vel etiam legat, de loco ipso intellexisse videtur[c], non de instrumento vel mercibus: qui verò pignerat[d], etiam merces pignerasse intelligitur: nullum enim inde detrimentum debitori affertur, cùm nõ ideo plus debeat. Idém-

c l. qui tabernas. de contrahẽ. empt.

d l. qui tabernam. de pigno.

que si quis de taberna pannaria seu pannorum contrahat[a], videntur enim merces causa demōstrationis adiectæ. Quòd si tabernam† cum instrumento dicit, non 2
continerí institores Paulus respondit[b]: sunt enim illi negotiationis ipsius, non autem loci instrumenta: vnde * tabernæ cauponiæ instrumento legato, lòci tan 3
tùm instrumenta præstabūtur, vt doliaria vasa, vectiones, ancones, calices, trullæ, quæ circa ahenum solent traiici, congiaria, sextaria. Nec †obstat, quòd instructā 4
tabernam hic Vlpianus appellet, quæ nō solùm rebus, sed etiam hominibus ad negotiationē parata est: quia quamuis taberna hominibus instructa dici possit[c], nō tamen institores ipsi tabernæ instrumenta propriè sunt, nisi cùm tabernam pro vniuersitate iurium ipsius negotiationis, non autem simpliciter pro loco accipere nos constat: de cæteris igitur seruis accipiendum hîc est, cùm eiusmodi est negotiationis genus, vt sine operis non consistat[d].

a Bar. l. cùm pater. §. mensæ. de leg. ij.
b l. tabernæ. de fund. inst.
c l. librorum. §. sed si bibliothecam. de legat. iij.
d l. cùm quæ situm de fun. instructo

SVMMÆ.

1 *Commendare, verbi multiplex acceptio.*
3 *Commendatarij officium & potestas.*
4 *Commendationis generalis inefficacia.*

LEX CLXXXVI.

COMMENDARE. Cōmendare† variis modis in iure accipitur. Cōmēdamus amicum, quē laudibus, 1
vt charior alicui sit, prosequimur. Cōmendamus * rem, 2
quam deponimus: vnde qui centum tibi commendat, vsuras exigere non potest: id enim notissimos depositi terminos excederet. Commendat[e] & Roman. Pontifex sacerdotia, †cùm administratorem generalem alicuius opulenti templi aliquem constituit, censetúrque is liberam habere procurationem, modo nimirum reperto, quo citra ius irreuocabilis tituli ex sacrorum fructibus οἱ ἰδλκτιστικάλοι luxuriarentur. Commendat etiam qui custodiam mandat. Sanè verbis † generalibus facta commendatio[f] non obligat[g], & testator qui libertum suum heredi commendat, non ideo alimenta legasse existimatur. Sed & si Seium tibi commendem, iubeámque 3
4

e c. nemo. de elect.
f Bart. l. Lucius. de fideiuss.
g l. fideicō. §. j. de leg. iij.

iubeámque ei plenam fidem adhiberi, non tamen meo periculo illi credes, cùm aliquid persuadere tibi voluerit[a], quod ad suam vtilitatem vel honorem pertineat, vt si se constitutum à me procuratorem dicat. a l. final. C. quod cũ eo.

SVMMÆ.

1 *Exigere, multipliciter sumi.*
2 *Exactum de soluto quouis modo accipi.*
5 *Vsumfructum, alio exigente dotem, finiri.*

LEX CLXXXVII.

1 VERBVM EXACTAE. Exigere * variè accipitur: exigit qui extrà agit, id est expellit: inde exacti reges vrbe Roma Pomponio[b]. Exigit, qui requirit, qui perficit, qui iniustè petit. [c]Sed stricta significatione propriè exegisse dicitur[d], qui id recepit, quod instituta actione petebat: vnde exigere ab inuito accipitur. 2 Iurisconsultus tamen latiùs id verbum patere existimauit, † & exactam pecuniam intelligit, quæ persoluta est: siue enim volens, siue inuitus debitor dederit, nòn est dubium dici eum soluisse. Sed & exegisse dicitur, cui per delegationem satisfactum est, cùm delegationẽ vicem solutionis habere receptũ sit[e]: hincque arbitror in dubiis hũc sensum admittendum 3 esse, vt exegisse dicamus, * etiam quod sponte debitor obtulit, cùm alioqui inuitum potuissemus cogere: vnde qui procurator ad exigendum constitutus est, etiam præsente domino voluntariam solutionem recipere poterit[f], ídque crebriùs probatum est. Sed an mulier, cui vsus fructus à marito legatus est, donec dotem non exegerit, si alteri actiones cedat, legato excludetur[g]? Et non excludi verius est: qui enim cedit, 4 non * ideo exigit: quòd si cessionarius † ipse exegerit, 5 putauerim vsumfructum amplius non deberi: nõ enim à testatore heredem in tantum voluisse grauari credẽdum est: atqui ideò vsumfructum legauit, quia interim dotem heres possidebat. Sibi igitur imputet mulier, ex cuius facto conditio defecit[h].

b l. ij. de orig. iur.
c x. q. ii. quia. Archi.
d l. fideicom. §. si rem. de leg. iij.
e l. quamuis. §. interdum. ad Velleian.
f l. non solũ. §. l. matrim.
g Bar. auth. quod locũ. in fine. C. si mu. sec. nup.
h l. qui per alium. infrà tit. j. Bart. l. amplius. in fi. rẽ rat. hab.

SVMMÆ.

1 *Habere variè accipi.*
2 *Possidere & habere dissident.*
3 *Habere licere formulæ sensus & vis.*
5 *Stipulatio, habere licere, indiuidua.*

LEX CLXXXVIII.

HABERE. Habere †generale verbum, quod & ad ius 1 dominij, & ad possessionem refertur, qui etiam de facto detinet, vt seruus habere dicitur[a]. Cornelius Fronto, in libro, quem de verborum differentiis scripsit, Habere, inquit, †potest etiam fur, nequam: possidet nemo, nisi qui aut relictæ, aut donatæ, aut emptæ rei dominus est: ita in habente onus, in possidente vsus est. Quibus verbis à iure antiquo proditam differētiam declarare videtur, non autem id iuris quòd hodie receptū est[b]. Solebant †autem in vēditionibus emptori promitti habere licere: quæ verba cùm ex se duplicem habeant intellectum, in hoc contractu alterū tantummodo recipiunt, vt videlicet emptori liceat sine interpellatione obtinere: in eo enim contractu de iure dominij actum non videtur[c]: quoniam verior est eorum sententia, qui non teneri ad dominij translationem* venditorem existimauerunt, & ideo tradendo liberari, quod & Iurisconsultus hic sentit[d], & nos quandoque disputando demonstrauimus[e], licet in contrariam partem frequentiùs itum sit. Sanè hæc † stipulatio, habere licere, diuisionem non recipit[f]: accedit enim contractui venditionis, qui pro parte valere non debet: vnde si rei diuiduæ accederet, aliud dicendum esset: quod plerique probant[g].

a l. stipulat. ista. §. hi qui. de ver. oblig.
b suprà eod. l. quæstio.
c l. si ita. de contr. empt.
d l. si stipul. de vsu.
e l. j. C. de eo quod inter. fl. cū ex causa. de verbo. oblig.
g l. iii. suprà de verb. obl.

SVMMÆ.

1 *Cauendi forma.*
2 *Repromittens cautioni non satis facit.*
3 *Legis Sancimus. C. de verborum significatione, sensus.*

§. CAVTVM. Siue †fideiussores quis dederit, siue pignora, cauisse dicitur: verbum enim cauere, idē significat, 1 quod securū facere. Is autē securus est cui vel pignore, vel fideiussione consultum est. Et ideo †quoties lex 2 ea causa

ea causa caueri postulat, quòd securiorem reddere creditorem velit, existimarem simplicem repromissionẽ, quæ per stipulationem fieri solet non sufficere: si verò eum, quem adhuc debitorem esse non constat, cauere velit, secus est: quoniam Iustinianus sanxit[a] cautionis nomine, vel ἀσφαλείας (ita enim ille scripsit, licet in vulgatis codicibus Græca vox, † quæ securitatem significat, deficiat) nudam promissionẽ significari. Satis quippe illi cautum dicitur, qui per stipulationẽ iuri suo cõsuluit. Quòd si is debitor pauper suspectúsve sit, sola stipulatio non sufficeret[b]: nõ enim securus creditor esset: qua de re superius[c] à nobis latiùs disputatum est.

3

a l. sancim'. C. de verbo. significatio.
b l. penul. de peti. heredit.
c l. satisdationis. 61.

SVMMÆ.

1 *Facere non opor. variè sumi.*
2 *Facti esse iuris & legis abnutiua. 6. in naturali sensu cõtrà.*

LEX CLXXXIX.

1 FACERE. Promisit † aliquis non facere[d], quo minus domo mihi locata frui possim: habent ea verba duplicem significationem. Altera est, vt abstineat ab omni facto, per quod vsus meus impediretur. Altera est, vt etiam curet, ne à quouis alio impediatur: & hic ex vulgari scriptura sensus elicitur. Alij tamen codices, facere oportere, absque negatione scriptum habent: qua
2 ex lectione colligitur, facti * appellatione, etiam ne
3 fiat, contineri. In quo † tractatu sic distinguendum opinor: aut facta accipimus, quatenus ab his, quæ iuris sunt, differunt, & propriè obligationem, ne quid fiat, facti esse dicemus: cùm enim in dando non consistat,
4 consequens est, vt facti sit[e]. Aut in † naturalem sensum id verbum accipimus, & qui non facit, propriè facere nõ dicitur: quapropter lex perduellionis, quæ eos insequitur, qui aduersus principis personam aliquid faciunt, in eo locum sibi non vendicabit[f], qui conspirationẽ sciens, non reuelat, idque receptiùs est: punietur enim mitiùs: & hoc ex proprio sensu dicẽdum est: nam ex interpretatione legis aliquando vltra vim verbi aliud respõdemus. Vnde fraudem *, facere creditori-
5 bus intelligitur, qui seruitutes per negligentiã amit-

d l. si fund'. loca.
e l. ii. suprà de verb. obl.
f l. i. & ii. ad legem Iul. Pōp.

a l. iiij. supra quae in frau. credi. tit, vel rem pro derelicto habet[a]. Caeterùm † cùm in lege de eo fit mentio, qui contrà facit, obseruabimus qualis sit iussio: si enim affirmatiua est, qui negligit, aduersus eã facere dicitur[b]: rursus si prohibitiua, ne quid fiat, fit, aduersus eam negligendo non facimus, sed faciendo tantùm. Hincque apparet, si à testatore ei heredi pœna constituatur, qui aliqua in re aduersus testamẽtum fecerit, pœnam committi, si legata soluere heres neglexerit, idque indubitati iuris opinor, tametsi quidam aliter existimauerint[c]. 1

b l. si quis maior. C. de transact.

c Alexan. l. vbi. §. qui id quod. de verbor. oblig at.

SVMMÆ.

1 *Prouincialem ciuem, aut incolam dici.*
2 *Legis, Prouinciales. sensus verior. 3.*
5 *Clarigationem in originarüs alibi de gentibus cessare.*

LEX CXC.

PROVINCIALES. Vario † modo videtur accipi prouincialem posse: & qui origine incolatúque ex prouincia est, is omnino absque vlla dubitatione prouincialis est: sed & qui in prouincia domicilium habent, id nominis sortiuntur. Hinc Apollonius Rhodius dictus est, quamuis patria Alexandrinus esset, vt Suidas scribit: Agrippinẽses quoque apud Cornelium Tacitũ libro xx. deductis, inquiunt, olim alienigenis, & nobiscum per connubia sociatis, quíque mox prouenire, hæc patria est: vt minimè dubitari oporteat, ex iure domicilij patriam acquiri, & id propriè, licet aliqui dissentiant. Qui verò † in prouincia orti sunt, & alibi domicilium habent, sentit Iurisconsultus ex recentiorũ sententia non esse prouinciales: quod interpretatur Iaco. Oldra. Alberic. ex communi loquẽdi vsu. Sed ipse † prouinciales esse magis sentio, ne minus natiuitas, quàm domicilium possit: deceptíque in eo sunt interpretes quòd oriundum, existimauerũt idem significare quod ortum, cùm suprà ex Latinis autoribus docuerimus, oriundum dici respectu originis maiorum suorum, nõ respectu suæ. Quamuis igitur originẽ patris * filius sequatur[d], non tamen eius patriæ nomine censetur, cùm aliò pater habitatum concessit, & liberos sustulit: & ita nostræ opinioni responsi huius verba non obstabunt. 1 2 3 4

in l. qui in continen. ibid. 147. in fin.

d l. assumptio. ad municip.

bēt. Accursius Bartolúsque dictionem, dūtaxat, in verbis Iurisconsulti subaudiunt, quam & aliqui ipsi contextui inseruerunt, nec exemplo caret, vt ita subaudiamus, quod à nobis suprà demonstratum est[a]. Et ex his infertur, appellatione Florentinorum, non solùm eos contineri, qui Florentiæ originarij incolæque sunt, sed etiam quia altero tantùm iure nituntur. Recipit tamen id ex materiæ qualitate aliquam restrictionem.

5 Finge concessum aduersus Florentinos † ius prænsionis (clarigationem veteres dixere) iniquum esset eos, qui Florentiæ non habitant, nec munera subeunt, cōprendi, tametsi inde orti proponātur[b]: cùm enim Reipublicæ munera ibi non subeant, nō debent in eas pœnas indicere, quæ propter Reipublicæ delictum irrogātur, quales sunt eiusmodi prænsiones, manuúmq; iniectiones.

6 Sed † an idem est, siue prouincialem dicamus, siue eum qui de prouincia sit[c]? & idem esse communiter traditum est, nisi quòd illa verba, de prouincia, aliquanto magis ad originem, quàm ad domicilium referuntur[d].

a in l. annicu lus. suprà eo.

b Alex. in ru bri. sol. mat. vbi dixi.

c l. j. de spō.

d l. j. in fi. de tutoribus & curat. dat.

SVMMÆ.

1 *Repudiamus futura, non transacta.*

2 *Diuortii, & repudii mutuus vsus.*

LEX CXCI.

1 INTER DIVORTIVM. Repudiare † generale verbum est, quod propriè ad ius quærendum refertur: quæsita enim proprie non repudiantur: atque hinc dicimus

2 hereditatem delatam repudiari. Hinc † etiam repudium dicitur, cùm futuri matrimonij sponsalia dirimū-

3 tur. Diuortiū verò * non nisi inter coniuges[e]: quamuis pinguiore minerua putē etiam de spōsis dici posse: qua ratione & P. Vergilius diuortia aquarū dixit: nec ety-

4 mologia * omnino repugnaret, cùm etiā discedāt spōsi, in diuersásq; eāt partes. Nō diffiteor tamē ἰμματισκατηρᾶς in cōiugibus dici: cū enim cōiuncti prius fuerint, misso repudio, verè in diuersas partes eunt. Est & apud Vlpia-

5 num[f] fribusculum[g], dictio * à me nusquam alibi lecta, cùm propter iram subitariam & breuem coniuges re-

e l. inter stuprum. §. j. suprà eodem.

f P. Fl. Frisuusculum.

g l. cùm hic. §. si diuortium. de dona. inter vir.

cedunt,non tamen diuortunt,ſed ceſſante fribuſculo,
& quieſcente ira,reuertuntur.

SVMMÆ.

1 *Plus de modico dici.*
2 *Plurisue alenitia donatio ad modicum referenda.*
6 *Plus poſſediſſe de modico dici & præualere.*
7 *Plus in teſtibus vitiat.*
10 *Plus arbitrarium:arbitríque modus* 11.

LEX CXCII.

HAEC ADIECTIO. Hæc adiectio,† pluríſve,quæ 1
ſolet numero certo adiici,ad modicam ſummam
refertur:quod & dicendum eſt, cùm quis plus minus
dicit[a],quam clauſulam duabus notis.P.M.antiqui ſcri-
bere ſolebant.Hincque argumentari† poſſumus, cum 2
qui veræ æſtimationis neſcius fundum centum aureis
vendat,& ſi plus valet , illud reliquum donare ſe aſſe-
rit , non intelligi donaſſe , niſi cùm aliquid modicum
plus valet[b].Quapropter ſi multò pluris * res vendita 3
valeat,poterit contractus reſcindi..Sed & ſi me * vltra 4
iuſti pretij dimidium deceptum , vel rem eius pretij,
quod accepi,duplo pluríſque valere probauero, cõtra-
ctus reſcindetur:quoniam quicquid illud eſt,quod di-
midium* excedit,tametſi modicum & incertum,ſuffi- 5
cit vt contractus reſcindatur[c].Qua ratione in interdi-
cto retinẽdæ,† ſi cæteris probationibus paribus , alter 6
litigantium ſe tanto tempore, quanto aduerſarius in-
tendit,poſſediſſe, plúſque probauerit , obtinere debe-
bit:ſufficit enim etiam tempus incertum, vt longiore
poſſeſſione vſus videatur, & ex eo aduerſarium ſupe-
ret[d]. In † teſtimoniis verò hæc adiectio nullius eſt ef- 7
fectus[e], quoties de certa quantitate adfirmare teſtes
debent:ſi enim incertum adferunt,pro ſuperuacuo ha-
betur,quoniam * probationes neceſſariò concludere 8
debent[f]: ídque crebrius receptum eſt, niſi teſtem iu-
dex rurſus interroget vt certius teſtimonium perhi-
beat,& de quanta ſumma ſenſerit , declaret[g]. Et hæc
non* ſolùm in hac dictione obſeruãda ſunt,ſed etiã in 9
præpoſitionibus vltra,citra,circiter , penè locum ſibi
vendicant,

a l. publica. in fi. de poſ.

b Bar. in l. ſi quis cũ aliter. de verb. oblig.

c l. i. C. de reſcind. ven.

d c. licet cau ſam. de proba.

e Iaſon l. & ſi poſt ※ ſi quis cautio.

f c. in præſentia. de proba.

g §. illud. in authent. de teſt.

vendicant, & ſi quæ aliæ ſimiles, quæ tamen ex ſubie-
10 cta materia aliter atque aliter accipiuntur[a]. Vnde † in his cùm certa ſignificatio afferri non poſſit, arbitrio iudicis erit deferendum[b], cuius partes etiam in eo verſabuntur, vt cõſtituat, quæ minuſcula ſumma ſit, quãdoquidem in iure pro modica ſumma quandoque duo aurei accipiuntur[c], quandoque quarta pars eius de quo agitur[d], quandoque quod intra ſextam eſt, vt cùm ab arbitro nos læſos dicimus[e], quandoque quod minus centum aureis eſt: huiuſmodíque lites ideo breuiores ſunt[f]: quandoque quod x. libras non excedit[g].
11 Ex † qualitate igitur perſonarum ius dicentis religio quid conſtituendum ſit, diſcernet: nam & pauperi viro maximum erit, quod locupleti & aſſiduo modicũ. Sanè in antiquis quibuſdam codicibus aliter, quàm in vulgatis reſponſi huius verba concepta ſunt, hoc ſcilicet modo: Hæc adiectio, plurísve, non infinitam pecuniam cõtinet, ſed modicam: vt taxatio hæc ſolidorum decem, plurísve ad minutalem ſummam refertur.

a iii. q. vii. qui ſine.
b l. i. ſuprà de iure deli.
c l. idem. ſuprà de dolo.
d l. ſi quis in ſuo. infra de inoffi. teſta.
e l. ſocietatem. §. arbitrorum. vbi Barto. ſuprà pro ſo.
f Bar. in authen. niſi. C. de ſentẽ. paſ.
g l. ſed & ſi. §. i. ſuprà de iudic.

SVMMÆ.

1 *Quanti, eſt pretij nota.*
3 *Aeſtimanda cauſa, modúſve.*
4 *Intereſſe multiplex.*

LEX CXCIII.

1 HAEC VERBA, QVANTI. Verbum † eſſe, ad veritatem refertur. Vnde ſi prætor quãti ea res ſit,
2 actionem * det, de ea quantitate quæ veram æſtimationem complectatur, intelligemus, non autem de eo, quod præterea intereſt. & cùm de re danda agitur, facilimè cognoſcitur, quanti ea res ſit: ſed cùm ideo datur actio, quia aliter quàm debeat, fiat, difficiliùs ratio initur: quoniam pleraque facta in promptu æſti-
3 mari nequeunt, & ideo conſultius † tunc eſt, certam pœnam comprendere: quod in prætoriis ſtipulationibus obſeruãdum. Venuleius[h] inquit, alioqui ex qualitate negotij diſcernemus, quanti æſtimatio ducenda ſit. Finge ius dicenti me non paruiſſe[i], in eo cõdemna

b l. final. de præto. ſtipu.
i l. i. in fin. ſi quis ius dic

bor, quòd, habita ratione iudicis & mea, æquum videbitur, vt quo grauior & dignior est iudex, vel contẽptus iniquior, eò grauius, & in maiorẽ quantitatem puniar. nõ autem eius quod interest, tali casu ratio ducetur. Tripliciter † autem nostra interest, singulariter, communiter, & ex conuentione: quæ qui apertiùs dignoscere velit, is eum librum legat, quem de eo, quod interest, scripsi: nec vlterius hoc in responso à nobis elucubrandum est, cùm in eiusdem argumenti lege[a] suprà explicata sint, quæ ad rem pertinere visa sunt. 4

a l. quinque pedum. C. fi. regu.

SVMMÆ.

1 *Muneris & doni discrimen. verius. 3.*
3 *Munera ex re nominari Græcè & Latinè.*
4 *Xenium variè accipi.*
5 *Legis, Inter. sensus.*

LEX CXCIIII.

INTER DONVM Quid † inter munus, & donum interesset, non Iurisconsulti tantùm, sed & Grammatici plerunque dubitauêre; aliis opinantibus dona ad Deos pertinere, vt Seruio, & Donato: aliis ad homines etiam, quibus à potentiore donatur, vt cùm pauperibus diuites, Imperator militibus donat, quod Cornelio Frontoni placuit. Sed † verior est Iurisconsultorum interpretatio, vt donum latiore significatione accipiatur, quàm munus: esse enim munus quod ex necessitate officij, iustáve aliqua causa præstatur, vt cùm patrono donatur qui nuptias contraxerit, vel qui filium sustulerit. Terentius in Phorm. Nam herilem filium eius duxisse audio vxorem, ei credo munus hoc corraditur. Et rursus: Porrò autem ferietur alio munere, vbi hera pepererit: Porro alio autem, vbi erit puero natalis dies. Erat enim hæc veterum consuetudo: vnde & ΣΩΤΗΡΙ nostro recens nato, Magi reges aurum, thus, myrrham obtulerũt. Súntque hæc munera quæ nuptiarũ & natalitia hîc dicuntur, Græcis ἐπαύλια γενέθλιδια. Apud † eos enim variis ex causis, varia munerum nomina habentur, ob inuentionem εὕρετρον, ob redẽptionẽ rei amissæ[b] λύτρον, ob nuntiũ μήνυτρον, ob victoriam 1 2 3

b l. falsus. § plerique. de furt. fur.

ctoriam νικητήριον, ob certamen ἔπαθλον, ei qui nos duxerit ἡγεμόσυνον, qui sono demulserit προσαύλιον, qui nutriuerit θρέπτρον, vel τρόφημα, qui medium se vel interpretē pro nobis gesserit [a], ἑρμηνευτικὸν, qui rem mihi meā attulerit εὕρετρον. Arbitror & φυτιον dici posse emphyteuticā pensionem, seu mercedem meliorationis quæ pro plātis penditur: vnde vulgus corruptæ Fictum dicit, vt quod in prædiis vrbanis est ἐνοίκιον, in rusticis sit φυτιον, videtúrque vtrunque Latinè dici posse Colonarium. Est & Cœnacularium Vlpiano [b], pro pensione quam inquilini pro conducto cœnaculo soluunt. Cœnaticū verò Sportulam significat, quam cœnæ nomine extorquebant à prouincialibus milites. Sed & quæ medicorū præmia præstantur, Soteria, vel Iatrea dicuntur: quæ præceptori, Didactra, vel Didascalia, Latinè Minerualia: quæ artifici, Epichera: aliquid ferenti, Comistra: beneficio, Charisteria: quo exemplo & Latini quod iudicibus datur, Sportulas vocāt: quod Iurisconsultis, Honorarium: quod militibus, Stipendium: quandoque & solatium, Græci & obsonium dicunt, Lucæ in Euangelio: vnde & Iselasticorum obsonia, Plinio x. in epist. quod extra ordinem exercitui, Donatiuū: plebi, Congiarium: quod Reipublicę pro solo occupato, Solariū: quod magistratui pro supellectile, cæterisque ad commeandum necessariis, Vasariū: quod vbi commeauerit, pro præmio gesti honoris, Salariū: quod nutricibus in mercedem, Nutriciū: quod Nautis, Naulum: quod prçconi, Præconium, Plauto in Menech. quod aduocatis, vel amicis, Strena: quod principi in nouæ dignitatis honorem, Coronarium: quod Commentariensi ob diligentis custodiæ significationem, Carceraticum [c]: quod Reipublicæ ob cloacarum purgationem, Cloacarium: quod absenti vt alere se possit, Viaticum: quod vt quis singulis diebus se alat, Diarium: quod pro calceis impenditur, Calciarium: pro vestitu, Vestiarium: idque ge-
4 nus similia. Est & Xenium † propriè munus, quod hospitibus datur, sed in iure pro munusculis accipitur, quæ iudicibus solent, ad eorum gratiam aucupandam mitti [d], de quo extat prouerbium, οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων. Testatur Plinius Cæcilius

a l. fin. suprà de proxen.

b l. solutum. in fin. de pig. act.

c l. pen. de bon. dam.

d l. solent. §. pen. de offic. proconsul.

quadam epiſtola in cauſis dicendis ſe omni dono, munere, xeniis abſtinuiſſe, quæ verba à Iuriſconſulti noſtri diſtinctione non diſſident. Xenicon verò apud Ariſtophanem pro militari nutrititio accipitur, quod Corinthij aduenis militibus pendebant. Laurentius tamen Valla etiam cum cauſa donum dici exiſtimauit, Iuriſconſultóſque inſectatur, quòd pugnantia ſimul ſcripſiſſe videantur: ſed hanc ego litem infrà dirimam.
Quòd † autem hîc dicitur, intereſſe inter hæc verba, 5
hoc quod inter genus & ſpeciem: non aliud ſignificat, quàm ſicut latior eſt generis quàm ſpeciei ſignificatio, ita eſſe latiorem doni notationem quàm muneris: nec enim propriè donum genus eſt. Similiter & alibi ſcriptum eſt, Plebs à populo differt, quod ſpecies à genere, quòd videlicet latius populi nomen pertineat [a].

a §. plebs. In ſtit. de iur. na tur.

SVMMÆ.

1 *Fœmineum mari extenſiuè ineſſe: in pœnis contrà. 3.*
2 *Extenſionis latitudo.*

LEX CXCV.

PRONVNTIATIO. Sub † maſculino nomine con- 1
tineri fœmininum, non ex proprietate ſermonis eſt, ſed ex extenſione: quod verbum, porrigitur, hîc oſtendit: quia tamen † extenſio hæc communi vſu rece- 2
pta eſt [b], in quacunque ferè materia regula hæc obſeruabitur, niſi cùm aliam loquentis intentionem eſſe apparebit, vt quia diuerſa ratio diuerſum ius ſuadeat:
† quapropter ſi filij exulum lege lata extra vrbem ex- 3
pellendi ſunt, de filiabus actum non videbitur: propter enim * ſexus imbecillitatem, ab eis nihil periculi 4
imminet [c], qua de re à nobis latiùs ſuprà tractatũ eſt [d].

b Bald. c. ad audientiã. de reſcrip.

c Bal. l. quæcunque. de ſer. fug.

d l. j ſuprà.

SVMMÆ.

2 *Familiam perſonarum variè ſumi. 5. 16.*
3 *Lex xij. Tab. explicatur.*
4 *Familiæ dignoſcendæ modus: idque ex re.*
6 *Poteſtatem in alios variè cenſeri.*
7 *§. Familiæ. ſenſus. 13. 23. 25.*

8 Fa-

8 *Familia sunt mulieres qualibet: in pœnis contrà.*
9 *Familiam ex re protendi, & restringi.*
11 *Domini acceptiones.*
12 *Paterfamiliâs dicitur etiam sine prole.*
15 *Emancipatos in familia & agnatione esse.*
17 *Tempus mortis in proximitate censenda spectandũ, quandoque contrà.*
18 *Familiæ inesse legitimos.*
19 *Seruientium familiam variè accipi.*
21 *Familiæ delicto prafectos non, nisi ex causis teneri.*
22 *Familiæ insunt quiuis.*
24 *Familiam ex re accipi.*

1 §. Familiae. Familia * ad res & personas refertur.
2 †cùm de personis intelligitur, quinque modis potest accipi. Primò, vt certas personas, putà libertum contineat. Secundò, vt corpus quoddam, cuius caput iure proprio membra subiecta habet, vt filiorum, nepotum, pronepotúmque soboles, qui in patrisfam. potestate sunt. Tertiò, corpus in quo non præeminet alicuius potestas, sed communi omnes iure vtuntur, vt agnati inter se. Quartò, seruientium turba, qui vetustissimus huius vocis significatus est: antiqui enim, famuli, seruum dicebant: vnde Famulari verbum, à quo familia. Quintò, nec ad ius proprium, nec ad commune, neque ad seruos refertur, sed ad originem, & memoriam: vt cùm dicimus, Hic est ex Iulia familia, id est, originem à Iulio traxit. *ut T. in l. detestatio. 40. §. famili*

Dedvcitvr, Dividitvr. Quo verbo sæpè vtitur M. Fabius in libris Institut. Oratoriarum.

Familiam, id est, Hereditatem. Cicero
3 †ad Herennium libro Rhetoricorum primo, cap. xxvj. verba legis xij. tabularum sic concipit: Paterfamilias vti svper familia pecvniáve sva legaverit, ita ivs esto: si intestatvs moritvr, familia pecvniáqve eivs agnatorvm gentiliúmqve
4 esto. Sed † quomodo dignoscimus, de rebus, an personis actum sit? Et proditum est, cùm familiæ relinquitur, de personis actum censeri a: cùm à testatore de familia disponitur, tunc de rebus agi. Nec enim possu-

a Bar. l. fin. C. eod.

mus tunc de personis intelligere, quę cùm liberæ sint, ad nullius dispositionem pertinent. Ego arbitror, & cùm de familia disponitur, de famulitio seruorúm ve choro actum videri: obsoleuit enim ex communi vsu illa, quæ in xij. tabulis est significatio. Quapropter de ea in dubio accipiendum non est, nisi cùm aliqua nos in hoc coniectura adigit, vt quia testator rogat heredem, vt familiam suam restituat: si enim de seruitio intelligeretur, nō erat opus heredem rogare in eo, quod directè legari potuit [a].

a l. nā quod. in fine. ad Trebel.

Ex ea familia. Accursius verba legis sic adscribit: Ex ea familia in eam patroni familiam liberti bona veniant. Intelligítque de bonorum possessione, quæ patrono in liberti bonis datur [b]: qui sensus non quadrat, quoniam huiusmodi bonorum possessio ex edicto prætoris descendit: at hìc de duodecim tabularum lege agitur. Ipse igitur aliter sentio, & opinor verba legis hæc fuisse: Ex ea familia, vnde Titius missus manu est, in eam familiam adscribatur. Liberti enim nomine, seu (vt ita loquar) parentela patroni censebantur, vt in Dispunctionibus docuimus, accipitúrque tunc †familia pro singularibus ipsorum personis: nec 5
enim communia cum cæteris cognationis iura habēt, nec aut serui, aut domus habitatores sunt: meritò igitur hæc significatio à cæteris distinguenda fuit.

b §. quinto. instit. de bonor. possess.

Ivre proprio. Personæ †subiectę natura sunt, 6
id est, æquitate naturali, vxor marito, gener, nurúsq;, socero, denique quilibet familiaris domino. Filij verò & nepotes, cæterique deinceps qui in potestate sunt, etiam iure ciuili subiiciuntur [c].

Matremfam. Videtur †hìc probari, vxorem in 7
familia viri esse [d]: habet enim maritus dominium, id est, quandam præeminētiam in illam. Quapropter †le 8
gato facto familiæ etiam vxor admittetur [e]: quod & in vidua obseruandum est: iuris enim interpretatione adhuc in matrimonio esse existimatur. In odiosis tamen fortè aliud obseruandum esset. Et ideo si quis in exilium cum familia mittatur, vxor ea lege non tenebitur: ídque Oldradus & Albericus probant.

c l. in suis. de lib. & posth.
d l. quicunque. C. de re milit.
e d. l. fin.

Neptes et deinceps. Hìc †constat familiæ 9
appel-

appellationem vltra quartum gradum in descendentibus intelligi: in prohibitione autem alienationis heredi facta, vt res in familia perpetuò remaneant [a], Iustinianus sanxit, vltra quartum gradum descendentium prohibitionem non extendi: cuius rationem alij viderint. Illud constat in fideicommisso familiæ vsque ad decimum gradum agnatos admitti: quoniam gradatim instar successionis, quæ ab intestato defertur, vocantur: in fideicommisso verò quod duobus antiquioribus de domo relictum sit, cùm non sanguinis coniunctio, sed solùm familiæ nomen in testatoris consideratione fuisse videatur, etiam decimi gradus vlteriores non excludi, quidam senserunt [b].

10 Domo. Quandoque tamen* domus pro familia accipitur, idque præsertim in vulgari sermone: videtúrque μετωνυμικῶς continens pro contento poni [c]: quapropter propriè de his, qui vnà habitant, intelligitur [d].

11 Dominium. Id est † præeminentiam. Alioqui alio sensu dominium est ius perfectè disponendi de re sua corporali [e]. Sanè qui solo huiusmodi præeminentiæ iure etiam principibus subsunt, in eos delinquendo, perduellionis crimine non notantur [f].

12 Sed et ius. Vt quis † paterfamiliâs dicatur, satis est, vt familiæ suæ dominus sit: quoniam hæc vox non solùm in eis locum habet, qui verè patres sunt, filiósque habent; sed etiam in eis qui sine prole sunt, dum iura in domo sua habeant, quæ cæteri patresfam.

13 Qvotqvot capita. De suis † heredibus intelligendum: quia qui in aliorum potestate recidunt, familias non habent.

Emancipatvs. Extra patris familiam emancipati sunt, vt hîc traditur, alioqui propriam familiam non haberent: quod hoc iure maximè procedit, quo emancipati agnationem non seruant [g]: sed cùm hodie
14 *instar suorum redacta sint [h], putauerim † in fauorabi-
15 libus eos contineri, siue de familia lex verba faciat, siue de agnatione [i]. Quod in legibus quoque municipalibus obseruandum esse arbitror, quibus agnati masculi cæteros excludunt: non enim in his vinculum patriæ potestatis in animaduersione est, sed id solùm,

a In auth. de rest. fideic.
b Dec. cõsi. cccxxj. in fi.
c l. penul. de test.
d l. cũ vnus. de alim. leg.
e Bartol. l. si quis vi. §. differentia. de acquir.
f Clem. pastoralis. §. denique. de re iudic.
g l. tutelas. de cap. dim.
h l. meminimus. C. de leg. hered.
i d. l. fin. & l. qui se patris. C. vnde lib.

a Bal. in l. fi. C. de emancip. lib.
b Dec. consi. xiij.
in l. ult. C. de verbor. signif.
c l. cùm ita. §. fin. de leg. ij.
d l. Titius. de suis & leg.
e Io. Andr. rubr. de testamen. in Spec.
f Soci. in l. si cognatis. supra de reb. dub.
g l. fin. C. de instit. & sub.
h Com. d. §. fin.
i l. vnum. de leg. ij.
k Pau. consi. cclxxxiij. nota. in j.
l Cõs. xxxij. proprietari.
in i. l. voluntas. C. de fideicom.
m Bar. d. l. fi. cognatis. in fine.

quòd cognomen familiæ, eiúsque insignia seruent [a]: quod etiam emancipatis conuenit, licet aliis aliter visum sit [b].

Agnatorvm. Accipitur † ergo familia etiam 16 pro agnatione: quod dubium esse non debet, cùm huius vocabuli significationem Iustinianus in cognatis quoque, cæterísque propinquis acceperit: quod ideo esse ab eo constitutum arbitror: quoniam agnatis cognatos æquales in successionibus fecerat. Cùm igitur familiæ testator relinquit, qui proximiores † in gra- 17 du tempore testamenti, vel mortis erant, admittendi sunt [c]: quippe illi propriè agnati sunt. Qui verò post eius mortem concepti sunt [d], cùm agnati non sint, non admitterentur, nisi aliter de voluntate testatoris appareat: velut in fideicommisso conditionali: cùm enim dies tempore existentis conditionis cedat, eos admittemus, qui tunc in familia proximiore gradu erunt [e]. Vnde fit, vt, prohibita heredi alienatione extra familiã, illi censeantur vocati, qui propinquiores ipsi heredi supererunt, cùm alienabitur, tametsi alij extent ipsi testatori coniunctiores: ídque quamuis doctissimis quibusdam reclamantibus [f], receptius apud recentiores videtur, quoniam de manu heredis fideicommissum accipitur. Sed in directis substitutionibus, cùm ab ipso testatore continenter hereditas deferatur, eius proximiores censentur vocati [g]. Sed & si quis velit fundum in familia remanere, satis coniicitur, mortuis his quibus fideicommissum restitutum est, eorum propinquiores deinde admitti, licet post testatoris supremum diem natos [h]. Sed quid si cuilibet ex familia relictum sit? & promiscuè in obseruato gradu quicunque admittentur [i], dum intra decimum gradum sint, vt etiam Paul. Castr. respondit [k]. Quid item si simpliciter quis iussus est fundum in familiam relinquere? Et posse eum, quem velit de familia eligere, idem respondit [l]. Quid rursus, si familiæ alicuius extranei, cùm illi iam fato functus esset, reliquero? Et admitti eius descendentes omnes, æqualiter plerísque visum est [m].

Ex eadem domo et gente. Sed nunquid

18 quid † filius illegitimus ex familia erit? & cùm agnatus non sit, non erit, si familiam hac quarta significatione accipiamus: genus enim hîc pro agnatione sumitur: vnde Gentiles agnati. Sed cùm hodie in fauorabilibus Iustinianus omnes contineri sanxerit [a], qui ab eodem sanguine proficiscuntur, cognatósque etiam admiserit, dubitandum non est, quin naturales hoc casu ex familia censeantur: quod aliter in spuriis est, quoniam illorum patrem incertum lex existimat, odióque insectatur.

19 SERVIENTIVM. Non de seruis † solùm intelligendum est, sed etiam de quibuscunque famulantibus, & operam suam in id, quod demonstratum est, præstantibus. Sic in edicto familia publicanorum accipitur [b]. Sic & quid raptum, vel vi factum, cum familia dicitur [c]. Sic ædiles emptorem, qui redhibitoria experitur, resarcire venditori voluerunt, quatenus seruus culpa sua, familiæve suæ deterior factus est [d]. Sed

20 cùm in prædictis † casibus dominus ex delicto familiæ obligetur, an in cæteris quoque idem generaliter constituemus? Et non obligari dicendum est [e]. Quapropter liberabitur, si seruum pro noxa det, nisi eum delinquenti consensisse constet, quod ex coniecturis quoque deprendetur, vt quia consultus de delicto tacuit, vel cùm posset, non prohibuit [f]. Sed & nobiles qui in famulitium suum sicarios, lenones, idque genus improbos retinent, ex eorum delictis, arbitratu iudicis puniendi sunt [g]: præsumuntur enim eorũ conditionem notam habuisse, nec eis licuit detestabiles hosce domi habere [h], & fauoribus prosequi: & ideo etiam si dolo careant, culpa non carent. Caupones

21 quoque * & nautas pro familia sua teneri constat [i], si damnum in re commissum est, cuius custodiam præstare debuerunt. Sed finge hospitem ab aliquo ex familia cauponis vulneratum, quid erit? Et si in diuersorio, dum cauponum curæ confidit, affectus est, putarim dominum obligari, damnúmque ab eo emendandum, alioquin cauponem absoluendum [k].

22 FILII. Siue † in potestate, siue sui iuris sint, siue vnà cum patre habitent, siue separatim: eadémque

a d. l. fin.
b l. j. §. familiæ. de publi.
c l. ii. §. hæc actio. vi bon. rapt.
d l. i. l. addes etiã. de ædil.
e l. ii. suprà de noxal.
f c. Petrus. de homicid.
g Cl. ne in agro. §. porro. de statu monac.
h c. constitutis. de test.
i l. i. suprà naut. caup.
k l. 1. [illegible] C. de ser. fug.

interpretatio in ædilitio edicto capitur [a].

VLTIMI. Retrò computando. † Et hæc vltima 23
significatio intelligitur, cùm propter antiquitatem originis, gentiles isti nullo gradu se contingunt: sic enim hoc casu ab agnatione differret familia, & ita cæteri interpretes sentiunt. Sed * cùm in hoc responso 24
tot familiæ significationes proditæ sint, quomodo cognoscemus, de qua intelligere nos oporteat? Et ex subiecta materia arbitror diiudicandum esse, vt in relictis familiæ, constitutionem [b] Iustiniani seruemus: si lex captum à familia prætoris certa pecunia condemnet, de seruientibus, iuréq; officij capientibus intelligamus, qua ratione filius ex familia non censebitur [c]. Si pistor panem coquere Titio, eiúsque familiæ promisit [d], de cohabitantibus accipiamus. Videtur enim paterfamil. curæ domui suæ tantùm prouidisse, vt quibusdam videtur [e]. Quem sensum & accipere lex debet, quæ ciuem cogit cum familia sua in vrbe habitare. Idem est dicendum, cùm lex alicui & eius familiæ priuilegium concedit [f].

a l. quod si nolit. §. idem de ædil. edi.
b d. l. fin.
c Rayn. d. l. ædiles.
d l. tria onera. de excu. tu.
e Cepol. de ser. vrb. c. 50.
f l. ij. C. de episc. & cler.

MVLIER. Caput † id est, principium. Refertur au- 25
tem hoc ad vltimam familiæ significationem: in viris enim familiæ nomen per omnem descendentium seriem durat. Vnde Ascanius, qui Iulus dictus est, Iuliæ familiæ primus auctor, descendentes suos Iulios appellatos semper habuit. Sic Appius Claudius, Claudios, quorum Nero vltimus fuit. At mulierum filij earum nomina non seruant, sed patrum suorum: vnde in eis nulla familiæ origo propagatur, sed cum eis extinguitur.

SVMMÆ.

1 *Familiæ etymon, eíque præfectos inesse.*
3 *Collegijs præfectos inesse.*

LEX CXCVI.

FAMILIAE. Cùm † familia à famulando, id est, ser- 1
uiendo deducatur, vt suprà ostendimus, non videbatur eius appellatione posse dominum contineri, tanquam etymologia repugnaret, & tamen aliter Caius hîc censuit: quoniam nomina hæc collectiua, vel vniuer-

in l. pronunciatio. §. familiæ. nu. 2. & in l. de statu lib. 42 §. familiæ.

vniuersitatem, non membris solùm, sed & capite constant, ideo illud quoque comprehendere debent. Sic ap-
2 pellatione militum, * Imperator [a]: appellatione populi, Senatus continebitur [b]. Qua ratione cùm cu-
3 riam dicimus, † etiam de cardinalibus [c]: cùm monachos, de Abbate [d]: cùm capitulum, de Decano quoque intelligemus [e]. Sic & scholasticorum nomine, rector admittetur: nam & episcopus, qui studiorum causa in Academia sit, nihilominus scholasticus dicetur, idque Baldus tradit [f].

a l. j. de test. mil.
b §. plebs. instit. de iur. nat.
c Oldr. hîc.
d c. fin. de simo.
e c. quia. §. j. de concess.
f In proœm. decret.

SVMMÆ.

1 *Filij patrem, nisi ex causis sequuntur.*

§. FOEMINARVM. Hoc regulariter proditum est,
1 vt filij † legitimi patris familiam sequantur, non matris: nisi specialiter aliud indultum sit [g], vt Iliensibus, Delphis, & Ponticis, quibus ex priuilegio competit, vt ex alienigenis & eorum mulieribus nati, matris originem sequantur. Ex hácque regula traditum est, no-
2 bilis matris * filium non idcirco nobilem esse: quoniam ex patre solùm deducitur nobilitas: vnde nec gentilitia matris insignia filio gerere concessum est: nec præter principem quisquam constituere posset, vt originem matris filij sequerentur [h]: quoniam, ne id ab aliquo decernatur, lege expresßim prohibitum est. Et id in legitima prole sibi locum vendicat: alioquin spurij, cæterique illegitimi ventrem sequuntur [i]. Sic & natus pendente status controuersia cum matre, euentum litis maternæ sequetur: quod in eis non seruatur, qui ante litem motam nati sunt [k].

g l. j. ad mun.
h l. exemplo C. de decur.
i l. cùm legitimæ. supra de stat. hom.
k l. fi. C. de lib. cau.

SVMMÆ.

1 *Deferendi rei forma, & effectus.*
3 *L. Indicasse. sensus.*
4 *Indicare variè accipi.*

LEX CXCVII.

1 INDICASSE. Deferre † reum, idem est, quod postulare [l], id est, corã iudice nocentem nominare, &

l l. deferre. de iure fisc.

vt cognitionem suscipiat petere. Fiebat autem id libello, cui subscribere necesse habebat, qui detulisset, vt si obtinuisset, præmiis adficeretur: & si succubuisset, ex Turpiliano Senatusconsulto puniretur. Hoc peracto disputabatur, an suscipienda cognitio esset, de indiciisque cognoscebatur: id erat arguere reum, id est, demonstrare, & ex argumentis probare, ab eo commissum crimen. Quòd si subesse legitimas coniecturas iudex vidisset [a], vlteriùs procedendum esse interloquebatur, sicque eius nomen, qui delatus erat, 2 inter reos recipiebatur [b]: tum iudex oratores, aduocatósve admittebat, qui vnà cum partibus continuis orationibus de causa disputabant, tùmque propriè accusare dicebantur, & hinc Accusator, inde reus esse. Si reus conuictus esset, præmium accusatori decernebatur quarta pars bonorum rei, vt in crimine læsæ maiestatis, Corne. Tacitus libro IIII. autor est: Silio, inquit, condemnato, M. Lepidus quartam accusatoribus, secundùm necessitudinem legis, cætera liberis concessit. Igitur ostendit † Iurisconsultus indicare 3 reum id significare, cùm non solùm delatus, argutúsque reus, sed & accusatus conuictúsque esset. Quapropter cùm ei præmium debeatur, qui famosi libelli auctorem indicauerit, vt constitutioni locus sit, reum oportet esse conuictum [c]. Et quæ diximus † ex stri- 4 cta significatione procedunt: nam latiùs quandoque ea verba accipiuntur: & arguisse quoque non videtur, nisi & qui conuicerit. Vnde cùm ex Senatusconsulto libertas pro præmio seruo debeatur, qui cædem domini arguerit, arguisse intelligemus, qui ostenderit [d], & damnari fecerit. Sic & in quibusdam constitutionibus responsum à prudentibus est, cùm præmia his decernerentur, qui impietatis reos arguerent [e]: id enim verbum generaliter pro ostendere demonstraréque accipitur, vt in carmine Vergiliano: Degeneres animos timor arguit.

a l. Senatus. in fin. eod. tit.
b Bartol. l. is qui reus. de pub. iud.
c l. lex Corn. in fi. de iniu.
d l. si quis in graui. §. si ex stip. ad Silla.
e Alber. l. i. C. quib. ex cau. ser. pro præ.

SVMMÆ.

1 *Seruitutum genera & denominatio.*
2 *Legis, Vrbana. sensus.*

3 Sta-

3 *Stabula variè accipi.*
4 *Legis,in eo in quibus causis pignus.sensus.* l.eo iure.§.Stabula.
5 *Pretorij acceptio varia.*
6 *Villarum species,& vsus.*
7 *Prædium materia & vsu dignosci.huius effectus.*
8 *Horti vrbanine sint an rustici vsu dignosci.*

LEX CXCVIII.

1 VRBANA. Seruitutum † aliæ sunt vrbanæ, aliæ rusticæ: quæ sic nomen sumunt, quòd prædio vrbano,vel rustico debeantur: obseruamus enim non simpliciter seruitutem ipsam, sed prædium cui debetur [a]. Vnde quamuis via censeatur rustica seruitus,si tamen per fundum tuum eam mihi debeas, vt ad domum meam ire agere possim, verius est vrbanam seruitutem tunc esse, quoniam vrbano prædio debetur.

a l. pecoris. & l. seq. de seruit. rust.

2 Quæ † autem sint vrbana prædia, sic explicat Iurisconsultus, vt sint omnia ædificia habitandi causa facta, vbicunque sint,siue in vrbe,siue extra vrbem, in vicis villísve,& conciliabulis: vrbanũ enim prædium materia,non locus facit.

3 STABVLA. Diuersoria, & † quas tabernas vocamus, veteres stabula appellarunt. Sed & hæc vox pro septis accipitur, quibus iumenta vel greges stabulantur. In priore significatu hîc capienda est, quod arguunt subsequentia verba: túmque certissimum est, vrbanum prædium stabulum esse. In posteriore sensu
4 videtur accepisse Neratius [b], cùm † numero vrbanorum non esse, quoniam à cæteris ædificiis separata sint, scripsit. Cùm enim non pro hominum habitatione, sed pro pecorum, quæ in rei rusticæ fructu sunt, commoditate structa fuerint, naturam rusticorum sequuntur, tametsi ædificiis constent.

b l. eo iure.§.Stabula supra in qui. caus.pig.

MERITORIA. Mereri est mercede operam præstare: vnde loca meritoria, quæ mercede locantur, fortè viatoribus, vel peregrinantibus. Hinc & meritoria scorta, meritoriæ rhedæ, & muli meritorij, ídque genus similia.

5 PRAETORIA. Prætorium domus † imperatoria est, quòd quemcunque militum imperatorem, antiqui

HH

a l. officium. in fin. suprà de re militari. b l. plenum. de vsu & hab. c l. videamus locati.

prætorem dicebant [a]. Sic & principia, pro Principis tabernaculo accipiuntur Vegetio. Cœpit tamē prætorij appellatio pro ornatiore domo accipi, in qua paterfamil. ruri habitat. Tripartitò enim villa diuiditur. Prima † vrbana, quam dominus ipse ad inhabitandum sumit [b]: ea & prætorium dicitur Palladio, Tranq. Papinio in Pollij Surrentino, & Iurisconsultis. Altera rustica, quam villici operæque rusticæ incolunt [c]. Tertia fructuaria, in quam fructus deuehuntur: vnde & à vehendo villa dicta autor Columella. 6

d l. plerique. de in ius voc. e Cepoll. c. xj. de ser.

MATERIA. Quid † ergo si quis tugurium, vel casam ex stramentis ædificet? Et si pro vsu hominis sit, vrbanum esse prædium receptum est: quapropter in ea aliquis capi, & in ius duci, non magis poterit, quàm ex domo [d]. Si verò boum, pecorúmque habitationi præparata sit, aliud est, nisi domui coniuncta vel proxima sit: nam tunc vrbani ædificij pars censebitur [e]. 7

HORTOS. Cùm horti † propter amœnitatem vrbani prædij, cui contigui sunt, comparentur, æquum est vrbanis eis contineri: quòd si plurimum in reditu sint, id est, principaliter propter rusticos reditus constituti, secus est. Quid enim si olitoribus locentur, vel vineas includunt? arguitur inde mens patrisfamil. non minus vtilitatis, vt fructus vendat, quàm amœnitatis causa, eos colentis. 8

OLITORII. Ab olere fit olitor, non ab oliuis, vt Accursius existimauit.

SVMMÆ.

1 *Abesse variè sumi. 5. 6.*
3 *Citari domi, quandoque satis esse.*
4 *Legem, Absentem. explicari.*

LEX CXCIX.

f l. 6. de rest. in integ. *in l. mulieris. 13. in 9. abesse.*

ABSENTEM. Abesse † quis dicitur variis modis: sunt enim qui ex causa necessaria probabiliq; absunt, vt milites [f]; qui ex probabili tantùm, vt qui studiorum causa peregrè agunt: qui necessariò tantùm, vt relegati: sunt & qui sponte, vt mercatores. Accipitur autem absentia variis modis, vt suprà à nobis anno- 1

annotatum est. Hoc verò in responso is traditur abesse, qui extra vrbis continentia est. Quapropter cùm lex velit in iudiciis ordinariis [a], sub ipsum causæ initium reum coràm & in faciem, nisi absens sit, citari:
2 non valebit citatio * ad domum facta, nisi proponatur & probetur reum extra continentia vrbis fuisse [b], vel nisi latitet, vt hîc dicitur: postquam verò semel in iudicium venerit, sufficiet si denuntietur domum [c].
3 Sed † & in causis, quæ celeritatem requirunt, vt quia periculosa sit mora [d], satis erit etiam à principio libellum vocationis domum deferre [e]: dicetúrque tunc
4 abesse, qui in iure nón est. Quod autem † hîc subiicitur, abesse non videri, qui ab hostibus captus est, eam habet ex veterum interpretum sententia rationem [f], quia capti ab hostibus pro mortuis habentur: in quo
5 ipse dubito, quoniam etiam, qui mortui † sunt, ab
6 esse dicuntur. Verius † igitur est, absentem secundùm subiectam materiam accipi: & cùm hîc respectu petitionis loquamur, non poterit captus ab hostibus, neque tanquam absens vocari, citatione in domum suam delata, sed eius successor vocandus erit. In capto verò à latronibus aliud est, licet ei propter iustam causam prætor succurrat [g].

a §. si verò etiã. in auth. de exhib. reis.
b l. Fulcini. §. illud. ex quib. caus. in poss.
c l. & post. de iudic.
d c. causam. de dolo.
e l. iij. §. abesse. de dam. infec.
f l. mulieris. suprà eo.
g l. succurritur. suprà ex quib. cau. maior.

SVMMÆ.

1 *Noxam variè accipi.*
3 *Homines iuxta leges disponere censeri.*

LEX CC.

1 HAEC STIPVLATIO. Licet † noxæ appellatione omne delictum contineri verum sit [h]; cùm tamen emptor mancipij à venditore stipulatur noxis solutum esse, non de omni delicto intelligitur, nec de capitali fraude actum censetur. Cuius rei illa est ratio, quoniam ædiles, qui constituerant, quibus casibus redhibitioni locus sit [i], noxam ab huiusmodi fraude
2 distinxerant. Vnde creditur * contrahentes verba sua secundùm legis sensum de ea re loquentis intellexisse: qua ratione adfirmandum videtur, generalis verbi significationem restringendam esse, vt secun-

h l. plebs. §. fin. infrà eo.
i l. j. l. quis sit. §. quod aiunt. de ædil. edic.

dum legis dispositionem contractum censeatur. † Sic, 3
qui posteris, & successoribus hereditatem relinquit, masculos fœminis prætulisse existimandus est, quando ex lege municipali præferebantur [a]. Sic heres, qui legata generaliter soluere promittit [b], deducta falcidia promisisse intelligitur: quod hanc quoque rationem habet: cùm enim huiusmodi cautio ex necessitate præstetur, non videtur vlteriùs cautum, quàm quatenus ex legis iussione cauendum fuerat: quod & in huius responsi specie dicendum est, alioquin * verba 4
contrahētium generalia, satiùs est generaliter accipi [c]. PVBLICAM EXECVTIONEM. De quibus delictis suprà habetur sub rubrica, de publicis iudiciis. Crimen quoque * famosi libelli publici iudicij est [d], 5
quam rem Corn. Tacit. lib. hist. 1. sic exequitur: Legem maiestatis Tiberius reduxerat, cui nomen apud veteres idem: sed alia in iudicium veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique malè gesta Repub. maiestatem populi Rom. minuisset, facta arguebantur, dicta impunè erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractauit, commotus Cassij Seueri libidine, qua viros, fœminásque illustres procacibus scriptis diffamauerat. Quæ verba referre placuit, vt ambigere desinerent Doct. quomodo crimen illud publicum sit, quod tamē intra ctu publicorum iudiciorum non connumeretur [e]: apparet enim sub lege maiestatis contineri, cùm ad eius exemplum iudicetur [f].

a But. consil. ij. de cōtest.
b l. fi. C. ad legē Falcid.
c Glos. l. si prior. solut. matr.
d l. quod Senatus. de iniur.
e l. j. de pub. iud.
f l. famosi. in fi. ad leg. Iuliam maiest.

SVMMÆ.

1 *Filio vlteriores vtriusque sexus contineri: ex causis contrà. 3.*
2 *Nominati potiores.*
5 *Auum patre in odiosis non contineri: ex re diuersum.*

LEX CCI.

IVSTA. Sicuti † filius etiam filiam continet, ita & 1
nepotem, eadémque ratione opinor & neptem: cúmque conformes esse has regulas Iurisconsultus hîc ostendat, consequens est, vt sicut masculinum non nisi per interpretationem fœmininum sexum continet,

ita &

ita & filius ad nepotem ex sermonis proprietate non referatur, sed tantummodò ex interpretatione, per quam ex similitudine rationis fit extensio: & ita com-
2 muniter receptum est. Hincque† si testator filiis Titij, & eius descendentibus fundum per fideicommissum relinquat, si aliqui filij supersint, priùs admittentur[a], tanquam sub illo nomine, filiis, censeantur nominatim vocati: nec cum eis vnà nepotes Titij, ex aliis filiis præmortuis succedent, illi enim sub nomine descendentium, potiùs quàm filiorum comprendentur: quippe appellatio filiorum non nisi per extensionem, descendentium verò etiam propriè ad eos refertur. Donec ergo supersunt filij, qui priùs nominati sunt, non erit locus cæteris descendẽtibus posteriore loco scriptis: & ita quidam sentiunt [b]. Idémque di-
3 cendũ in ea specie, cùm † existentibus filiis, fœminæ à successione repellantur: censebitur enim filias fœminas exclusas: quoniam sub dictione, filiis, per quam vocarentur, non nisi per interpretationem continentur: at sub verbo fœminæ, per quod excluduntur, propriè habentur.

a l. cùm ita. §. fin. de leg. ij.

b Dec. cons. j. in fine.

Patris nomine. Sicut filij nomine nepos, sic
4 & patris * auus continetur: quod generaliter verum est, nisi cùm materia odiosa est: & non omnino tan-
5 tum rationis est in auo, quantum in patre. Hinc † lex Iulia, quæ Senatori prohibet, ne eam vxorem ducat, cuius pater artem ludicram fecerit[c], non videtur prohibere, si non pater, sed auus fecerit: quoniam quò magis ille gradu distat, eò minùs artis infamia descendentes adficit. Eadem quoque patri concedens, vt deprensam in adulterio filiam occidere possit, tantum iuris auo dedisse non videbitur [d], ad cuius dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, sicut ad patrem sanguine iunctiorem. Sed & quoties certam personam patris appellatione intelligimus [e], ad auum non fiet extensio. Quid si lex aliquid soli patri concedere se dicat, an propter eam dictionem restrictiuam auus excludetur? Et ex subiecta materia faciendam interpretationem plerique senserunt, & in dubio casu propius est vt non excludatur: nam & lex contra veteris

c l. lege Iulia. de ritu nupt.

d l. patri. supra de adul.

e Bar. l. liberorum. in fi.

a Authen. matri & auiæ. C. quand. mul. tut. off. fung. b Mod. in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth.

iuris regulas, soli matri & auiæ tutelam defert [a]. & tamen frequentiùs proditum est, proauiam non excludi [b].

SVMMÆ.

1 *Funeris ampliabiles sumptus: hodie contrà.* 4.

LEX CCII.

CVM IN TESTAMENTO. Cùm † testator certam summam in funere erogari mandat, potest & plus expendi: in maiore * enim summa etiam minor continetur: quòd si eam summam duntaxat consumi voluit, adhuc idem est: videtur * enim taxationem additam, vt ei, qui grauatus esset, consuleret. Vnde licitum est, fauori suo renunciare, & quicquid vlterius velit, impẽdere. Quod hodie fortè aliter † esset obseruandum, cùm plerunque accidat, vt prudentes testatores mandent se duobus tantùm cereis, totidémque presbyteris præsentibus sepeliri: propter enim auaritiam quorundam sacerdotum coercendam, ita præcepisse videntur, qui contra Christianæ legis simplicitatem, mille strophas inuenerunt, vnde hoc nomine pecunias extorquerent. Quid enim ipsi propter pallia, propter cruces, propter æris campani sonitus, propter denique sacræ humationis, vel defodiendi cœmeterij ius remiserunt, quod aliquo colore possent exigere? ad hæc, candelas, cantores, sandapilarios, parochos, pannos? Quid de his controuersiis dicam, quæ ad quartam canonicam pertinent? vt si quid sponte loco sepulchri legatum est, ex necessitate legis contra voluntatem testatoris pars deducatur [c]. Cùm igitur in proposita specie, non tam vt heredi consuleret testator, ita mandasse videatur, quàm vt auaritiæ simonicóque ambitui sacerdotum obuiam iret, non putarem licere plus impendere, nec responsum hoc Alpheni obseruandum. Illud constat executorem, cui sepulchri cura mandata sit, si præter iussum plus impenderit, nulla actione ab herede consequi posse [d]: quòd si minore pretio industria sua mãdato defunctus est, heredi quod superest * proficere [e]: tametsi enim non posse minùs, quàm iussum sit impendi

c c. j. de sepul.

d l. qui aliena. §. j. de neg. gest.

e l. Lucius. §. j. de leg. ij.

Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5

impēdi hîc dicatur, si tamen per industriam, vel quia apud artificem quis gratia valeat, aliáve ratione minore pretio quis id consequetur, quod secundùm communem æstimationem designata à testatore pecunia fuisset censendum, satisfecisse mandato videbitur, accrescétque hereditati illud lucrum, vt Dinus, Albericúsque prodiderunt. Quid si vltra modum facultatis suæ iusserit quis sumptum fieri? Et hanc voluntatem non esse sequendam, recepti iuris est.[a]

a l. & si quis. §. quid ergo. de relig.

SVMMÆ.

2 *Domicilium fortunis dici.*
3 *Sedes variè accipi.*
4 *Legis, in lege, sensus.* 5.
7 *Seruorum genere, & officia.*

LEX CCIII.

IN LEGE CENSORIA. Solebant cēsores publica locare, & ideo pacta cum publicanis inibāt, quibus statuebatur, quatenus vectigal exigendum esset. Cùm igitur in lege censoria portus Siciliæ cautum esset, ne pro seruis quos quis domum pro vsu suo duceret, vectigal solueretur, fuit apud Alphenum dubitatum, quomodo eiusmodi verba accipienda essent.

1 PORTORIVM. Id † est, vectigal, quod quia de rebus inuectis soluatur, nomen sumpsit: sic & portorium, quòd pro his mercibus, quæ in portu sunt, detur: cuius exactor & manceps Portitor appellatur antiquis auctoribus.

2 DOMVM. Vbi igitur † domicilium aliquis constituerit, domum habere dicitur: vt satis non sit, quòd aliquo in loco quis habitet, animo fortè recedendi, sed necessarium est domicilium esse constitutum, id est, rerum suarum summam ibi esse: frequentiúsque à patrefamiliàs incoli.

3 SEDES. Id est † habitationem perpetuam. Vergilius: Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. Et rursus: Priusquam sedibus ossa quierint. Potes etiā intelligere agros, seu fundos: vnde possessio non à pedibus, vt vulgò legitur[b], sed à dictione pos: vnde fit impos. & cōpos, & potis: itéq; à sedib' dicta est. Hinc capere se-

b l. j. de acq. possession.

des, mutare sedes, occupare sedes, & similia apud veteres exempla. Ille ergo possidet, qui sedere, id est, sedē ponere potis est: à sessitando Galli etiamnū vulgò continuare possessionem saisire vocant.

Magnam dubitationem. Et † ratio dubitationis esse poterat, tum quia cùm de vsu loquimur[a], generaliter accipimus, ita vt familia quoque ipsa vti possit: tum etiā quia iure communi de his quæ patresfamiliàs ad vsum proprium reuehunt vectigal nō soluitur[b]. Vnde vt lex censoria aliquid induceret, debuisset latior interpretatio sumi. Accedit his, quòd sicut in dubiis quæstionibus aduersus fiscum facilius respondendum est[c], ita & aduersus publicanos qui causam à fisco habent. Et certè negari non potest, quin aduersus proprietatem verbi ex hac interpretatione fiat restrictio. 4

a l. ij. & iij. suprà de vsu & habit.
b l. vniuersa li. C. de vectigal.
c l. nō puto. de iure fisc.

Victus sui. Ratio decisionis est † quia immunitas ei concedebatur, qui domum pro vsu suo duceret: quibus verbis apparet, non illud consideratū fuisse, quod vsui domino quoquo modo esse posset, sed quod vsui in domo esset: id autem est, quod victus patrisfamiliàs causa habetur, vt serui, qui ad domini personam tuendam, eiúsque cultum pertinent. Nō igitur nouum est, ex præcedentibus * verbis subsequentia coarctari. Satísque priuata portus Siciliæ lex operabitur, cùm iure communi etiam de seruis, quos ibi vsuarios quis duxit, vectigal pendatur: licet aliud sit in cæteris rebus[d]. Vnde communiter receptum est, si lex triticum extra territorium asportari vetet, qui pro suo vsu ducat, non censeri prohibitum[e]. Addunt plerique, iuramento eius, qui asportat, stare publicanum debere[f]: quod intellexerim, dum nullæ sint ex aduerso cōiecturæ[g]. 5 6

d l. fi. §. quoties. de publica.
e Bar. l. cætera. §. iij. de leg. j.
f Clem fin. de censib.
g l. j. C. de lit. & itin. custo. lib. xij.

Dispensatores. Qui sint † hi serui, sicut & insularij, & villici, à nobis suprà expositum est. 7

Atrienses. Horum summa erat autoritas, quòd domini negotia procurarent, res venales distraherēt, debita exigerent, & in alios seruos non parum iuris vsurparent, quod ex Plauti Asinaria cognosci potest: arbitror & alimenta cæteris seruis diuidere solitos, &

in l. urbana familia. 166.

inde

Inde ab atrio nomen sumpsisse: constat enim in atrio sportulas cibariáve distribui.

TEXTORES. Serui à texendo dicti.

OPERARII Qui ruri operabantur: vnde & antiquis auctoribus simpliciter operæ appellantur. Affirmat M. Cicero ab operis Clodianis Milonem insidias passum fuisse.

TOLERARET. Id est, sustentaret: nouus modus loquendi. Cæs. equos tolerari, cætera iumenta interiisse. Sic & Tacitus tolerare vitam, Græci διαζῆν dicunt.

VECTORES. Solebãt veteres vel lecticis deuehi, vel curribus: inde serui vectores dicti, quo genere lecticarij, agasones, mulionésque sunt, quos tamen vsu suo habent.

CVBICVLARII. Qui cubicula vel ad limina assident.

ADMINISTRATORES. Ministri ipsius patrisfamil. in mensa: sic enim propriè ministrare accipimus, à manibus ducto sermone.

SVMMÆ.

1 *Pueros variè sumi.*

2 *Aetatum varia obseruatio. 3. 4. 5 verior. 6.*

LEX CCIIII.

1 PVERI. Explicatur † hîc triplex pueri significatio. Prima est, cùm seruos pueros appellamus, cuiuscũque ætatis sint. Sic Persius:

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Qui sermo in vulgari idiomate etiã hodie est in vsu. Altera est, cùm contrario puellæ nomine vtimur, vt videlicet sexum discernamus: tametsi dubium non est pueris legatis[a], etiam puellas contineri: qua de re suprà dictum fuit. Tertia est, qua ætatem indicamus: vnde propria significatione cùm puerum dicimus, impuberẽ intelligemus, id est, qui quatuordecim annos non expleuerit. Accipitur tamen aliquando aliter ex subiecta materia: vnde cùm prætor à postulando pueritiam excusauit[b], excusatus censebitur, qui decem & septem annos nondum compleuit. sed & legatis vsque ad pubertatem alimentis[c], donec ad decimumoctauum an-

a l. seruis. §. sed pueris. de legat. iij.

b l. j. §. pueritiam. de posthu.

c l. mella de alimen. le.

num quis peruenerit, debebuntur: quod propter alimentorum fauorem conſtitutum eſt, & rationem habet: ante enim eam ætatem, vt plurimum videmus nõ ſufficere pueris ſuam ipſorum artem, vel induſtriam, vt ſe alant: meritò interpretatio in id tempus proferẽda fuit. nam & tunc plenæ pubertatis eſſe incipiunt[a]. Accipitur & in ſacris literis pleniore ſignificatiõe hæc vox, vt apud Eſaiam: Maledictus puer centum annorum[b]. Sed hoc ἀναφορικῶς accipiendum eſt, id eſt, per relationem ad tempus, quo quis puer fuit. Sanè quemadmodum ætates diſtinguantur, varia fuit apud vete- 1
res ſententia. Nam † Macrobius gradus omnes huma- 2
næ vitæ ſeptenario numero diuidit: Bis ſeptem annis pueritia perficitur, incipítque pubertas: Poſt ter ſeptẽ genas flore iuuenta veſtit, idémque annus finem in lõgum creſcẽdi facit: poſt quater ſeptem in latum quoque creſcere definimus: Quinquies ſeptenio viriũ incrementum abſoluitur: Sexta hebdomas ante collectũ robur conſeruat: A ſexta in ſeptimam fit occulta paulatim diminutio: Septima totius hominis maturitatẽ adfert, etiam animi: Decima vitæ metam præſcribit. At
Seruius † Tullus rex Romanorum cùm claſſes cenſum 3
faciendi gratia inſtitueret, Pueros exiſtimauit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: abinde vſque ad annũ quadrageſimumſextum, iuuenes, & militiæ idoneos: qui ſupra eum annum erant ſeniores. idque ex Tuberonis hiſtoria Aul. Gellius libro x. refert. Ariſtoteles
verò † in Politicis, corporis vigorem poſt annum tri- 4
geſimũſextũ minui putat, animi verò poſt duodequinquageſimum. Sed † M. Varro, cui propemodum cõſen- 5
tiunt Arabes medici, quinque ætatis gradus commemorat: Pueritiam ad quintumdecimum: Adoleſcentiã, ad trigeſimum annum: Iuuẽtutem ad quadrageſimum quintum, Virilitatem, ad ſexageſimum, qui vlterius viuendo progrediuntur, Seniores eſſe. Cæterùm pruden-
tius † exiſtimaſſe Iuriſconſulti nobis videntur, qui in- 6
fantiam ad ſeptimum vſque annũ acceperunt[c]: Pubertatem, ſeu Adoleſcẽtiam, à quartodecimo initium ſumere, vigeſimoquinto perfici: Iuuentutem inde appellari, cui certus terminus non ſit conſtitutus, ſed ex habitu

a l. arrogato. §. non tantùm. de ado.

b ij. q. vij. Paulus.

cap. 28.

c l. j. §. j. de admi. tut. l. j. de minor.

* de hac quaestione vide Jo. Corasi. in l. precibus. num. 19. C. de impub. et ali. substit.

bitu corporum, & consuetudine eum, ad cuius notionem pertinet, existimaturũ: vt qui adhuc inter seniores numerari non cœpit, pro iuuene habeatur: atque ita Marcellus respondit[a]. Eodem modo & de Senecta iudicãdum, nisi quòd ab oneribus personalibus maiores quinque & quinquaginta annis tanquam senes excusantur[b]: à tutela verò & cura, qui supra septuaginta annos vixere. Existimauit Bartolus, qui verum dixit, de adulto intelligere: perinde ac si eadem sit conditio, cùm vir factus erit, vel cùm adultus erit: sed hanc ego sententiam Dispunctionum lib. iiij. cap. xij. confutaui.

a l. non aliter. suprà de leg. i.

b l. final. C. qui ætate.

SVMMÆ.

1 *Pomum latè patere.*
2 *Vuarum genera, & vsus.*
4 *Contractus ex re censendi.*

LEX CCV.

1 QVI FVNDVM. Appellatione † pomi omnis fructus edendi causa paratus, continetur, non ita si ad potum pertineat. Et dubium in hoc casu faciebat, quoniam pomum dupliciter accipi potest, speciali significatione, qua mâla intelligimus, itémque generali. Videbatur autem potiùs specialiter capiendum, tum
2 quia verba * in casibus dubiis sunt potius secundùm speciem, quàm secundùm genus interpretanda[c], tum quia cùm exceptio hæc à venditore facta fuerit[d], æquum erat pactionem ambiguam ei nocere, qui legem potuit apertiùs dicere. Adde quòd indefinitè prolatus fuit huiusmodi sermo, & in contractibus indefinita oratio propriè vniuersali nõ æquipollet[e]. Sed tamen aliud Paulo visum est: non enim aliter, quàm in vniuersum, exceptio illa indefinita intelligi potest, alioquin nullius effectus esset: nec in specie de mâlo tantummodo fuit accipiendum, cùm non minus propriè nuces: cæterique fructus, pomi nomine comprendantur, quàm mâla, licet hodie in vulgari vsu loquentiũ aliud sit. Non ergo tam ambigua est pactio, vt quid actũ sit, ĩtelligi nequeat: vnde verbis stãdũ est,

c l. hoc legatum. de leg. iii.

d l. veteribus. de pact.

e Bartol. l. si pluribus. de leg. ii.

est, nec contra venditorem interpretatio sumenda.

Dvracinas et pvrpvreas. Ostendit Iurisconsultus † eas vuas, quas non vini causa habemus, 3
sed esus, poma dici posse: eas Græci τρωξίμους, quasi comestibiles dicas, appellant: atque ita in antiquis est codicibus. Sunt autem duracinæ, vuæ duriores, quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent, & ideo seruarentur. sunt qui earum species esse Veniculas, & Numesianas credant. Purpureas verò appellasse Iurisconsultus eas videtur, quæ in ollis condirentur: quoniam cùm adhuc rubescunt, ante videlicet perfectam maturitatem, decerpi debent, vt Cato præcipit: qua ratione etiam omphacium fit Dioscoridi, vuæ videlicet μήπω περκαζούσης, id est, nondum nigrescentis, vt ego interpretor. Potest & hìc intelligi de vitis syluestris, quam Græci τὴν ἄμπελον ἀγρίαν vocant, vuis: hæ enim πυῤῥοί, id est, ruffi coloris sunt, vel vt Plinius inquit, cocco similes. Sunt & satiuæ aliquæ purpureæ, esui aptissimæ, quas Græcas in Prouincia Massiliensi vulgò appellant. Ouidius Metamorphoseos libro viij. non vuas, sed vites ipsas purpureas appellat:

Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.

Meminit & Plinius libro xiiij. cap. iij. & iiij.

Generis. Vuarum quæ esui seruantur, quásque aliqui suburbanas vocant, hæ species ab autoribus proditæ sunt: Præcoquæ, quas & Lagoas, quasi Leporarias dicunt: Duracinæ, Purpureæ, Digitales, Rhodię, Libycæ, Ceraunię, Stephanitę, Tripedianæ, Vnciarię, Cydoniæ: & ex his aliquæ etiam vinis conficiendis vsui esse possunt. Vnde † si venditor edules esse asserat, 4
emptor verò tanquam vinarias ad se pertinere contendat, putarem id, quod verisimiliter actum est, obseruandum, & ex pretio fundi, vuarúmque quantitate æstimandum, quid contrahentes senserint. in re verò planè dubia contra venditorem pronunciandum.

His adde appianas uuas, quas vulgo dicimus Moscateles, quę magis edules sunt quam ut ex eis uinum conficiatur, et proprie uinarię sint.

Recepta. Id est, excepta. Inde receptitius seruus, quem mulier de dote excipit, vt Gellius interpretatur. Est etiam recipere, * præstaturum promittere, quod Græci ἀναδέχεσθαι dicunt, & vterque sensus hìc quadrat. 5

in lib. 17. cap. 6.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Vinariorum vasorum genera, & vsus, & dimensiones.*
2 *Seriarum vsus.*
3 *Torcular soli vino proprium.*

LEX CCVI.

VINARIA. Varia sunt apud veteres vasorum nomina, quibus vina imponebantur: Et in † primis
1 ea erant, quæ conficiundo musto vsui habebantur, & torculari cōiuncta erant, vnde Torcularia dicta sunt. Eo perfecto, in dolia & serias inferebatur, in quibus deferuesceret: erant hæc vasa maiora, & capacia, & nō minus quàm Culeum, id est, vicenas amphoras conti-
2 nebant: videtúrque serias † figulini fuisse operis, nec solebant ea de cellis vinariis asportari, licet alij quoque vsui esse possent, quàm vino cōtinendo: vbi deferbuisset, quod promercale effici volebant, vt meliùs inueterasceret, in minora vasa, & certæ mensuræ diffundebatur: consueuerántque patresfamiliâs illud sic diffusum vendere [a]. Ea vasa erant amphoræ, vel vrnalia, aut cadi: dicta sunt vrnalia, quòd vrnam continerent: hæc est mensura sextariorum vigintiquatuor. Est autem sextarius quinædenæ vnciæ, sic dictus, quòd sexta sit pars congij. Sextarij sedecim conficiunt modium, modios sex cōtinet medimnus: at amphora idem est quod quadrantal, quia pedem quadratum recipiat: id duarū vrnarum pondus est, sicut cadus vel metreta trium. Diffundebatur etiam quandoque in cupas vel cupulas, quæ & ipsa vasa modica erant, sed non certæ men-
3 suræ, vt arbitror [b]. Quæsitum † igitur fuit, quæ propriè vinaria vasa essent: & ea solùm Vlpianus respōdit, quæ torcularia sunt: dolia enim, & seriæ, & amphoræ, etiam in alium vsum, quàm vini habentur: vt si tritico, vel pecunia impleantur. Sic Horatius, amphoram mellis: Persius, argenti seriam dixit: Cicero quadrantal tritici. Et hæc ex proprietate verbi locum sibi vendicant. Sed si legatum sit vinum, vel venditum, amphoræ & cadi debebuntur [c]: quoniam ea non solent loco amoueri, sed patribusfamiliâs remanent. Sic a-

a l. vinum. de tri. leg.

b l. iij. eo. titulo. *alias, Julianus.*

c d. l. iij. & vj.

pud Terentium Chremes vir locuples: Releui, inquit, dolia omnia, omnes ferias. At Horatius se empto vino vti ostendens, Torquatum vocat, vt secum vina bibat, Tauro iterum consule diffusa.

a Iacob. & Alb. hîc.

Possit. Si tamen vini solùm causa eis paterfamiliâs semper est vsus [a], vinariorum vasorum numero erunt, vt veteres probauêre. Idem si in eum tantummodò vsum comparata fuisse huiusmodi vasa constet. Sed hæc interpretatio*ex mente, nō ex verbis descendit: Iurisc̄osultus autem hîc de vi verborum disputat. 4

SVMMÆ.

2 *Mercatorem non esse qui principaliter non negotiatur causa quæstus.*
4 *Mercator, eius negotiationis albo inscriptus.*
5 *Negotiatorum genera.*
6 *Artificum genera.*
9 *Lege non tenetur per alium exercens.*
10 *Vilia exercentium incommoda.*
11 *Vilibus connumerati.*
12 *Sordidorum genera, & officia.*
13 *Mercenarij, viles, sed non omnes.*

LEX CCVII.

b l. mercis. suprà eod.

c Bart. l. legatis. de legat. iij.

d l. semper. §. negotiatores. de iure immun.

Mercis. Mercator est, *qui negotiationis exercendæ, quæstúsque faciendi causa merces emit, vt vendat. Quapropter qui † semel emit pannos, vt venderet, mercator non est: quia in eo deficit exercitium. Idémque & cùm quis possessiones conducit, & locat: hæ enim merces non sunt [b]. Sed & cùm quis triticum, vinum, oleum, in agris suis collectum vendit, non ideo mercator est, non enim ab alio emit, vt vendat [c]. Vsurarij quoque mercatores non sunt, quia pecunia in merce non est: imò si quis sit mercator, & fœnus etiam exerceat, mercatorum priuilegiis non fruetur: quoniam non est verisimile, legislatorem tā improbo homini quicquam voluisse indulgere. Cæterùm & qui amplum patrimonium habens, in re modica negotiatur, licet ei us respectu mercator sit, non tamen huiusmodi priuilegio fruetur [d]. Cùm enim quilibet ab eo 1 2

nomen

3 nomen *sortiatur, quod principaliter agit, nõ videtur lex mercatorem accepisse, qui principaliter non sit, & ampliorem partem substantiæ in mercimoniis non habeat. In qua tamen quæstione, quæ ratio legis sit, in pri
4 mis attendemus [a]: & si citra fraudem † in album mercatorum quis fuerit assumptus, eiúsq; negotiationis se profiteatur, mercator propriè existimandus erit, tametsi non magnam fortunarum suarum partem in quæ
5 stum deduxerit [b]. Venalitiarij sunt, † qui quæstus causa venalitiarum rerum negotiationem exercent. Sunt autem venalitiæ res, quæ in vsum indigentium venales propositæ sunt. Quapropter qui ipsi à mercatoribus minutatim emunt, vt rursus vendant, venalitiarij sunt: hos vulgò reuenditores appellamus. Sic & Propolæ & Annonarij, quíque à rusticis esculenta emunt, vt deinde vendant, venalitiarij sunt. Mangones quoque venalitiarij sunt, quoniam venalitia, id est, seruos venales expositos ipsi emere præoccupant, vt cariùs vendant. Cùm enim mercis nomẽ in huiusmodi seruis locum non habeat [c], tametsi mercis loco sint, cõsequens est, vt saltem venalitij appellatione censeantur. Dicuntur autem mangones, quòd homines agant in manũ,
6 id est, potestatem. Artifices sunt, † qui rem à se in aliam formam elaboratam vendunt [d], quales sunt cerdones, fabri, pelliones, sutores, textores, sarcinatores, fullones, bractearij, mercis enim appellatio ad hos nõ pertinet [e]: quod & in pigmentariis dicendũ est, qui ipsi medicamenta conficiunt, & contusas species minutatim vendunt: nam magnarij negotiatores, qui trans mare ad se deuehi species curant, verè, &, vt ita dicam, ἐμφα-
7 τικωτέρως mercatores sunt. Sed quid si *vtrunque aliquis faciat, vt quia trans mare negotietur, & etiam domi pharmaca conficiat officinísque assideat? Et mercatorem esse dicendum est, si id principalius agit [f]. Quid item si ipse non exerceat, sed institorum seruorúmque opera vtatur? Et si nullo modo ipse negotium tractet,
8 verius est *mercatorem, vel artificem non esse: sed si aliquando non solùm rationes excutiat, sed & ipse negotiũ curet, aliud esset. Illud non negauerim, leges quæ respectu exercitij, propter vtilitatem aliquem notant,

a Bal. in rub. C. de consti. pecun.
b l. si quid. in fine de ædil. edic.
c l. seruos. in fi. de leg. iii.
d lxxxviii. dist. eiiciens.
e l. i. §. i. de tribu.
f l. legatis. §. si vnus. de leg. iii.

in eo non procedere, qui per alios artem exerceat [a], licet ipse rationes deinde à seruis exigat. Sic tabernaria, †licet inter viles & abiectas personas connumeretur, 9
si tamen per alios solùm exerceat, vilis non censebitur [b]. Sic & clericus, qui præsens ipse eam artem non exercet [c], vti tabernarius non notabitur. Tradit Philostratus in sophistarum vitis, lege fuisse prohibitum, ne quis artifex, seu, vt ille inquit, τῶν βαναύσων καὶ ἐπιπλῶν ἐργαζῇ, statuam in Olympiis habere posset: quo argumento Isocratis Rhetoris patrem Theodorum ostendit instrumenta musica non confecisse, cùm ipsius statua in Olympiis conspiceretur. Potuit igitur nõ ipse quidem confecisse, sed aliorum opera in eo artificio vsus esse. Sic & Aristoteles in tertio Politicorum †accipien 10
dus est, dum in benè instructis ciuitatibus tradit, à ciuium consilio excludi τοὺς βαναύσους, id est, ipsos vilium artium operarios: poterũt ergo eorum domini admitti, si ipsi non operentur: in qua tamen re vrbis ipsius consuetudo obseruabitur, an eos quoque, qui his imperant, inter viles & mechanicos habeat. Eiusmodi legem apud Hebræos quoque fuisse, ostenditur Ecclesiastici c. xxxviij. vbi de pigmentariis, pictoribus, fusoribus, architectis, fabris, & figulis verba faciens, In ecclesiam, inquit, non transilient, & super cathedram iudicis non sedebunt. Constat †autem iure ciuili non 11
venalitiarios & artifices solùm, sed etiam mercatores inter inhonoratas personas censeri [d]. Quapropter lex trapezitas, id est, mensarios, gemmarúmque & argenti, & vestium distractores, omnésque apothecarios, & quibuscunque ergasteriis adhærentes, à dignitatibus & militia submouet. Sed hodie aliud dicendum videtur: non enim ea est in prouinciis populi Romani opulentia, diuitiarúmque copia, quæ olim florente Imperio, fuit, & ideo mercatores passim inter viles non habentur: & cùm huiusmodi artium negotiationúmque auctoritas, & honor ab ipsius populi existimatione dependeat, ea exercitia sordida interpretabimur, quæ ex vrbis consuetudine pro sordidis habentur [e]: ea verò honesta, quæ ab honestis communi sententia personis geruntur: videtúrque communem vrbiũ in Italia opinio-

a argu. l. iij. §. si procurator. qui satisdat. cog.

b l. humilẽ. vbi Albe. de incest. nupt. l. quæ adult. C. de adul.

c Com. c. j. de vita cler. in vj.

d l. si cohortalis. C. de cohort. lib. xii.

e Bar. l. i. C. de dignit.

opinionem ab eo non recedere, quod M. Cicero Officiorum lib. j. censuit: is illiberales † & sordidos quæstus eorum esse scripsit, qui in hominum odia incurrunt, vt portitorum (hi sunt qui vectigalia portibus insidentes exigunt, & magnariis publicanis subseruiunt) & fœneratorum, itémque eorum, quorum opera, non quorum artes emuntur. In quo genere etiam sunt opifices, qui in rebus sordidis versantur, & maxime qui voluptati & gulæ subseruiunt, vt cetarij, lanij, coci, fartores, piscatores. Sed & vnguentarij eodẽ pertinent, quos vrbe expulsos à Lacedæmoniis, autor est Seneca Naturalium quæstionũ libr. iiij. Hi myropolæ Græcis dicuntur, effœminandorũ animorum artifices. Saltatores quoque in eadem causa sunt: sed & mercatores tenues, sicut & venalitiarij, qui à mercatoribus emunt, vt statim vendant (vulgò retaliatores dicuntur) sordidi sunt, quòd videlicet lucrũ mentiendo faciant. Et ex hac Ciceronis definitione apparet egregios pictores & statuarios viles non censeri, sicut nec copiosos mercatores. Sed an literator pędagogus vilis sit? Et

12 (at "quæstus", line 2)

13 non esse arbitrarer: † profitetur enim studia liberalia: quòd si menstrua mercede in domo aliena conductus deseruiat, Luciani testimonio, in libello cui titulum fecit, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, tanquam indecori muneris affectator, reiiciendus est. Eos quoque qui rem alicuius priuatã administrant (vulgò Factores vocamus) veluti indecores à perfectissimatus dignitate leges repellunt [a]: huiusmodi enim procurationem suscipientes, tanquam immemores libertatis, & generis, lex notat [b]. Sed quid de Scriba, aut Tabellione censebimus? Et cùm eis merces hodie, non tam pro opera, quàm pro industria & publico auctoramento constituta sit, non videntur pro ignobilibus habendi. idque ex Ciceronis diffinitione: licet constitutionibus Cæsarũ aliud cautum sit [c]: Scribit Æmilius Probus apud Graios honorificentius esse Scribarum officium, quàm apud Romanos: hi enim mercenarios existimãt: at Græci ad id munus neminem admittunt, nisi honestis natalibus, fidéque & industria cognitum. quòd necesse sit eos omnium consiliorum esse participes: quem morem e-

a l. j. C. de perfect. dign. lib. xii.

b l. si quis procur. C. de decur.

c l. vniuersos. C. de decur.

stiamnum seruari vbique constat. Quid rursus de Præcone dicemus? & M. Cicero epist. lib. vj. ex auctoritate Balbi Iurisconsulti ignobile munus arbitrari videtur, vnde vetari eum in decurionibus esse [a], ad Leptam scripsit: quam sententiam & nos probamus: nō enim simpliciter hic musicam profitetur, sed voce & clamore populum alloquitur. Iuuena.

a l. eos. suprà de decu.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notaque per oppida buccæ.

SVMMÆ.

1 *Bona de vniuersis censeri.*
2 *Legem, Bonorum. restringi.*
5 *Bonis legatis debitum non compensari.*
6 *Bona doti data debitis subiacere.*
7 *Hereditatis & bonorum discrimen.* 8.
9 *Legitimam debitis non subiacere.*
12 *Institui pro legitima ex quota posse.*

LEX CCVIII.

BONORVM. Cùm † bonorum appellatio ad successionem refertur, pro hereditate capitur, seu iure vniuersali, quo etiam æs alienum continetur. Cuius rei exemplum accipi potest, cùm quis bonorum possessionem petit, vel bona sua Titio restitui mandat [b]: declarauimúsque suprà, quando id locum habeat, vt censeatur appellatione bonorum de vniuersitate agi: regulariter enim eo sermone æs alienum non significari constat, in eóque ab hereditate nō modico interuallo differūt bona: túmque hoc Iurisconsulti † responsum non procedit, quod quibusdam exemplis explicari potest. Finge centum filiæ relicta hac conditione, ne quid amplius ex bonis paternis petat, an dotem maternam, quam restituere pater tenebatur, petere poterit? Et cùm huiusmodi dos * æs alienum sit, constat nō prohiberi [c]. Idémque in emphyteuticis bonis, quæ ex forma initi cōtractus necessariò ad filios heredes pertinerent [d]: quòd si prohibita esset de hereditate petere, aliud constitueretur. tametsi enim vt quodlibet æs alienum debeatur, non est dubium * hereditatis appella- 1 2 3 4

b l. iij. de bo. poss. l. nā quod. in fi. ad Treb.

in l. sub signati ... in l. proprie ...

c Barto. l. at iurisiurand. in fi. de ope. lib.

d Ias. authē. vnde. C. de inofficioso testam.

pellatione æs alienum contineri. Finge rursus † maritum vxori de bonis suis centum legasse, an compensare voluisse credemus, quod vxori debebat [a]? Et negant plerique: cùm enim ea verba hoc velint, vt æs alienum priùs deducatur, restituendũ erit vxori omne debitum, deinde eo amplius legatum præstandũ. Qua
6 † ratione si mulier ære alieno oppressi, bona sua in dotem dat, etiam in detrimentum mariti creditores exequentur: quoniam id actũ videtur, vt id solùm, quod
7 ære illo deducto superest, sit doti [b]. In ea † quoque specie aperta inter hereditatem bonáque differentia est, quòd cùm hereditas sit vniuersitas quædam, augmentum omne illi accedit: vnde quadranti quem deduci de hereditate posse C. Falcidius cõstituit, is seruus imputabitur [c], qui in hereditate tempore mortis non erat, sed pòst fuit, vt quia ab hostibus reuersus sit. At
8 † in bonis aliud est: quapropter cùm legitima, quæ patrono debetur, non quota pars hereditatis, sed bonorum sit, quod augmentum vndecunque post tempus mortis prouenit, nihil patrono proficiet [d], sed heredi.
9 Sed † quid iuris in legitima quæ iure naturæ filio debetur? & cùm ea quoque ex bonis præstanda sit, videtur augmenti nullam rationem ducendam [e], & ita plerisq; visum, & ex facto respondit Cur.[f] Contrà videntur sentire alij: cùm enim iure institutionis debeatur: & ideo in ipsis corporibus hereditariis accipi possit, augmentum non minus filio quàm heredibus proderit [g]:
10 nam & filius * in legitima heres est. Sed hæc ego non
11 probo, cùm clarissimi iuris sit, ex bonis, non ex * hereditate legitimã deberi: & institutio solùm requiritur [h],
12 vt honoratiore titulo filius succedat, alioquin † non posset pater in certo fundo filium pro legitima sua instituere, cùm fundus quota hereditatis pars non sit [i], & tamen cõnstat posse: & hic enim ex corpore rerum hereditariarum est [k]. Sibi ergo imputet, qui statim fundum pro legitima non petiit. Hincque etiam conse-
13 quens est, vt cùm * legitima hæc portio non nisi deducto ære alieno debeatur, si heres moram non fecerit, quò minus deducatur, non esse compellendum vt restituat fructus, interim dum ad liquidum res per-

a Ias. authẽ. præterea. C. vnde vir.
b Gui. Pap. q. xlvij.
c l. serui qui. ad l. falc.
d l. si patronum. in fi. de bonis. libert.
e Ias. in authent. nouissima. C. de inoff. testa.
f Curt. consil. vlt.
g Corn. consi. cclxv. in j.
h l. Papinianus. §. quarta. de inoff.
i §. cæterùm in authen. vt cùm de app.
k l. scimus. §. repletionem C. de inoffi.

ducitur perceptos [a]: quod & in ratione legis Falcidiæ obseruamus, in qua tamen quæstione aliter atque aliter altercatum est [b].

a Ang. consi. cj. l. in fidei-commissi. de vsur.

b Fab. d. authenti. q. ix. versi. vii.

SVMMÆ.

1 *Coram me, etiam non intelligente fit, ex causis contrà.* 2.

7 *Consilium petendum non, nisi ex causis expectandum.*

LEX CCIX.

CORAM TITIO. Coràm †, & in præsentia, idem est, refertúrque ad corporalem præsentiam. Vnde si testis aliquid coram Titio factum dicat, quamuis Titius non intelligeret, non ideo mendax erit, dum corporaliter adesset [c]. Sic & lex, quæ solennia testamenti in præsentia testium fieri requirit [d], nō tamen in hoc adigit, vt intelligant, sed satis est, vt sciant, cui rei sint adhibiti [e]. Ex † natura tamen rei plerunque illud coràm factum non videtur, cui intelligentia non accesserit [f]: vt cùm quis coram Titio facere iubetur: nam nisi, eo intelligente, fieret, huiusmodi præceptum nullius effectus esset. Quid enim opus erat eius præsentiam adhibere, qui, quod agatur, non intelligat: si quidem aiebat Epicharmus philosophus, mentem eam esse, quæ videat, non autem oculos: qui igitur animo nō adest, abesse videtur. Sed & notarius, qui intelligentibus testibus conficere instrumenta debet, si simpliciter scribat, rem * coram illo & illo gestam, nisi intellexerint, 3 puniri potest: cùm enim oporteat, vt testes negotium percipiant, id verbum secundùm naturam actus accipietur, vt non corpore solùm, sed etiam animo præsenti essent: vnde si aliter reperiatur, tabellio ipse reus agi poterit. Quapropter * cùm aduocatus in præsentia 4 clientis positionibus Latino sermone respondet, non debet notarius in actis profiteri coram cliente respōsum fuisse, nisi sciat eum Latini sermonis peritiam habere, vt intellexerit [g]. Sed * an in prædicta quæstione 5 notarius reus, crimine falsi puniri poterit? Et non putauerim, nisi dolosè egisse aliter probetur: vt quia, data opera, tempus obseruauit, quo qui præsens erat, non attenderet: vel scienter affirmasse eum scripsit, qui somno

c Bartol. l. i. in fi. de aut. tuto.

d l. si vnus. C. de testa.

e l. qui testamento. in fi. de testa.

f l. diem. §. coràm. de arb.

g Bald. l. i. C. de er. aduo.

somno allectus capite annuebat: alioquin qui præsens negotio, habitúque intendentis est, intellexisse quoque præsumitur: nec fraudi notario esse debet, qui præsumptionem legis sequutus est [a].

INVITO. Et hoc casu non procedit quod dici so-
6 let, qui potest inuitis * facere, multò magis & ignorantibus & absentibus: & ratio est, quia vis verborum ita
7 suadet. Qua † ratione & qui cum consilio alicuius facere tenetur, satis est si consilium accipiat [b], licet non sequatur: tametsi & hoc perpetuum non sit. Quid enim si expressim mandatum est, vt sequatur? Quid si tacitè ex coniecturis hoc colligamus? vt quia cōsultor idem & administrationis collega sit. Item quia is, qui requirere consilium debet, inhabilis & idiota alioquin sit: vt cùm lex adolescentibus permittit [c] suspectos facere curatores, dum ex consilio necessariorum id faciant [d]. Qua ratione cùm princeps causam difficilem & maximè controuersi iuris cuidam legum imperito mandasset, vt non nisi me consulto iudicaret: responsum fuit: mandatum non obseruasse, qui simpliciter consilium petiit, nisi & sequutus fuerit [e]. Idémque dicendum est, quoties aliæ coniecturæ hoc suadeant, nec enim omnes numerare possumus.

a Bald. l. si tutor. C. de peti. tutor.

b cap. cùm olim. de arb.

c l. Titium. de admi. tut.

d l. impuberibus. de sus. tuto.

e Raph. Cō. consi. lv.

SVMMÆ.

1 *Legis, Is qui. sensus.*

3 *Vrbanis cedunt, quæ non diu ruri sunt.*

LEX CCX.

1 IS QVI NATVS. Qui † in villam mittitur, vt interim nutriatur, non ideo in rusticis seruis constituitur: quia quæ ad tempus in aliquem locum delata sunt [f], non censentur ibi esse, sed potius in loco, in
2 quo adesse consueuerunt [g]. Quapropter * si quis omnem supellectilem, quam in vrbe habet, legauerit, ea quoque continebuntur, quę in villam missa sunt eo animo, vt diutius ibi non essent, sed in vrbem referrentur, vt Paulus Castr. respondit. Hincque consequens est, seruis rusticis legatis, eum qui in villā nutriendus missus est, non contineri [h]. Idémque arbitror, si omnes

f l. i. C. de verb. sig.

g l. quæsitū. §. fin. de leg. iij.

h l. seruis vrba de leg.

serui, qui in villa sunt, legati fuerint, * quòd si dictum 3
fuerit, qui in villa quoquo modo sunt, secus esse Bart.
a Bar. l. generali. §. vxori. de vsuf. leg. sentit, & ratione non caret [a].

SVMMÆ.

1 *Fundi agríque discrimen, & vsus.*
3 *Aedium, & domorum differentia.*
5 *Areæ etymon, vsus, & species.*

LEX CCXI.

FVNDI. Explicat Iurisconsultus, quid fundus, quid ager sit, quid villæ, quid ædes, itémque quid area. Fundus † omnem agrum, omnéque ædificium significat [b]: quia, vt suprà vidimus, ab eo nomē sumpsit, quòd fundari super eum quæque res possit: vt minimè Iouiani Pontani sententiam probem, qui dictum opinatur, quòd fructus patrifamiliæ fundat, id est, præstet: quod & M. Varro tradidit. In formulis veterum Iurisconsultorum videtur latiorem fuisse agri, quàm fundi significationem, dum ita verba concipiebant: Fundus qui in agro est, qui Sabinus vocatur. Sed fortè in ea formula ager pro ipso territorio accipitur, non pro prædio: de qua significatione suo loco dicemus. Villæ * domus 2
sunt, in quas fructus deuehuntur, quod & suprà ostendimus: vulgò tamen in Gallia villas etiam ciuitates dicunt: sed hanc significationem sermo Latinus non admittit. Ædes † vrbana sunt prædia, quę solo superficiéque constant. Est autem superficies *, omne quod supra faciem terræ est: quapropter in prædiis vrbanis parietes & tecta, in rusticis arbores, herbæ, frutices, superficiei adscribuntur. Latiorem esse ædiū quàm domus appellationem plerique senserūt [c]: ædes enim pro omni specie ædificij capi, etiam si nulla adsint tecta: at domum non dici, quæ adhuc contecta non sit. Sed promiscuè hæc accipi ego magis sentio, exemplo Græci sermonis: vnde apud Homerum Odyss. α. ὀλύμπια δώματα ἔχοντες. Area, † locus sine ædificio est, ab ariditate dictus, quòd in ea fructus arescant: alij quòd solo sit nimio solis ardore arido: quidam quòd sicut ara in templis pura est, ita hæc ab ædificiis pura, nec obtecta

b l. quæstio. L. locis.
c l. 3. §. deinde. de don.

idem etiam est in tota ferè Hispania

obtecta sit: sunt & qui ab aere dictam credant. Ego priorem etymologiam probo, & aream propriè pro rustico loco interpretor [a], de quo P. Vergilius:

Area quàm primùm ingenti est æquanda cylindro.

Nec in vrbe sibi nomen vendicare arbitror, nisi μεταφορικῶς. Videtur * enim quod veteres impluuium, cohortem, plateam, hypetriúmque dixerunt, vnico nomine per translationem aream appellari posse.

a l. fin. C. de seruit. in fin.

SVMMÆ.

1 *Varicum incommoda.*

2 *Prævaricatorum proditio, & pœna.*

4 *Prævaricator non est, qui iura potiora tuetur omnibus visis.*

LEX CCXII.

1 PRAEVARICATORES. Varices † noxiæ venulæ sunt in cruribus, quæ propter atram bilem turgescunt, & ferro adustionéque curantur: Græci ixyas vel cirsos appellant. Qui eo morbo laborant, rectè ire nequeunt: inde Varicari verbum in transuersum ire significat, & præuaricari. Sunt autem † præuaricatores, qui cum aduersa parte colludunt: quod frequentius ab accusatoribus fit, qui subornati vera crimina abscondunt, & diuersam partem prodita causa adiuuāt [b]: & inde nomen traxerunt, quasi varicentur, id est in aduersam partem eant. In hos ex legibus grauis pœna constituta est [c], condemnatíque etiam infamia notantur. Labeo à varia certatione id nomen tractum aiebat: sed eius sententiæ etiam ratio syllabæ refragatur, quæ in præuaricatore quandoque producitur, cùm varius primam corripiat. Sanè existimauerunt alii qui [d], eum * aduocatum, qui visis alicuius iuribus, aduersæ parti accessit, cùm priori renuntiasset, præuaricatorem non esse: non enim causam prodit, qui apertè aduocaturum se negauit: quod & ipse probo, dum sciamus, qui causæ alicuius secreta iam cognouerit, non debere in alias partes transire, quoniam ea aduersariis prodens, lege Cornelia falsi coërcetur [e]. Quid ergo si nihil secreti in causa, sed omnis quæstio iuris est? Et † licere ei defendere, qui sciat iustiorem

b l. j. de præuaric.

c l. athletas. §. pen. de his qui not.

d Bar. de l. j.

e l. j. §. qui depofita. de falf.

causam habere, verius est, ;dum tamen honorarium, quod ab alio causæ tuendæ gratia recepit, restituat: sicque in senatu damnatum Tuscilium nominatum, Vincentinorum causæ desertorem, Plinius Cæcilius ad Valerianum scripsit.

SVMMÆ.

1 *Cedere, veniréque diem dissidere.*
2 *Puri dies cessit.*
3 *Constituti tempus.*
4 *Dotis reddendæ tempus.*
5 *Iudicati tempus.*
7 *Actiones in diem suspendi, ex causis diuersum.*
10 *Actionem suspendentia verba.*
11 *Dies ob incerta nec venit, nec cedit.*
12 *Conditionalia non deberi.*

LEX CCXIII.

CEDERE DIEM. Cedere † verbum variæ signi- 1
ficationis est: accipitur autem quandoque pro
incipere in ius alicuius venire, vnde & accedere dici-
mus: sic cedit dies hoc in responso, cùm incipit ea die
res ad ius alicuius pertinere, licet agi adhuc non pos-
sit. Venit verò dies, quando perfectè pertinet, vt quia
& obligatio & actio efficaciter & verè orta est. Refe-
runtur autem hic exempla stipulationis puræ, & quæ
in diem, iteḿque eius quam sub conditione con-
cipimus. Videndum igitur est specialiter de singulis. In
† prima specie quando debetur purè, & cessit, & venit 2
dies, quia obligatio & actio efficaciter est orta, suspen-
ditur tamen actionis exercitium [a], ἐν πλάτει, & modico
tempore, arbitratu iudicis [b]: non enim creditor sta-
tim cum sacco venire debet [c]. Aliquibus † tamen casi- 3
bus id tempus quale sit, expressum est: in constituto,
vt ante decimum diem non conueniatur [d]: in dote,
† quæ cùm olim annua, bima, trima die deberetur, ho 4
die post annum soluenda est [e] · in re iudicata, † cuius 5
olim xxx. dies iusti ex leg. xii. tab. erãt, vt Aulus Gellius
scribit, hodie verò ei executioni quadrimestris dilatio
indulta est [f]: postéque qui pro tribunali sedet, huius-
cemodi

a § fi. inst. de inutil. stip.
b l. 1. de iure delib.
c l. quod dicimus. de solu.
d l. promissor. § 1. de constit. pec.
e l. 1. § exactio. C. de rei vxo. act.
f l. fin. C. de vsu. rei iud.

lib. 20. cap. 1.

cemodi terminos ex causa mutare [a]: si quis tamen huiusmodi tempus humanitatis causa indultum non obseruaret, sed statim peteret, non ideo ante diem diceretur agere, nec illi in nimiæ celeritatis pœnam duplicarentur induciæ [b]. Hincque est, quòd in præscriptione eius dilationis rationem non habemus [c]: vnde nec compensationi impedimento est [d], neque exce-
6 ptioni, cùm videatur dolo * facere actor, qui id petit, quod post eum terminum restituere compellitur [e]:
7 & hæc communiter approbata sunt [f]. In † secunda specie, cùm de obligatione in diem agitur, receptior est opinio, ante diem & obligationem & actionem esse ortam, sed obstare exceptionem: cuius sententiæ illa est ratio, quia cùm dies addita obligationis executionem respiciat, non debet interim eius substantia impediri [g], vnde obligatio, actióque formatur, cùm non soleat tempus adiectum ipso iure, effectum obligationis auferre [h]. Non procedit tamen hæc conclusio in promissione vsusfructus: in ea enim ante diem nec obligatio, neque actio nascitur [i], siue quia cùm ad heredes vsusfructus non transeat, si antequã dies veniret, moreretur creditor, frustra obligatio esset orta: lex autem plurimum cauet, ne quicquam frustrà inducatur: siue quia vsusfructus antequam dies veniat, in rerum natura non est, sed in ipsa proprietate permanet, nec operæpretium fuit separatam à proprietate rationem eius haberi prius, quàm constaret omnino esse re ipsa præstandum, vt quia & cessisset, & venisset dies. Non procedit rursus in actione in rem [k]: nam in ea ante diem actio nulla oritur: translatio enim dominij vel iuris in re per executionẽ legis fit, quam lex ante diem non facit: vnde huiusmodi actio cõpetere non potest: vendicatio enim propter dominium in re datur. Quapropter cùm repudia-
8 tio ad dominium referatur, qui legatum * in diem ante eam diem repudiat, nihil agit [l]; adhuc enim ad eum non pertinet. Et hinc etiam consequens est, vt quoties
9 ex dispositione legis * tacita dies subauditur, ante eius
10 aduentum actio non oriatur [m]. Lex † enim quandoque perperàm agi dicit [n], quandoque peti non posse:

a glo. l. ij. de re iudic.
b §. hodie. in fut. de actio.
c l. in rebus. C. de iu. dot.
d l. si cum mi lit. i. in fin. de compens.
e l. si socer. § Lucius. ff. sol. matrim.
f Barto. in l. ita stipu. in j. q. supra de verb. oblig.
g l. ex his. C. quan. di. leg.
h l. obli. fere. §. placet. de action. & oblig.
i l. j. in fine quando di. leg. vsu. ced.
k l. Sempronius Attalus. de vsufr. leg.
l l. si ita scriptum. §. j. de leg. ij.
m l. interdũ. de verb. obli.
n l. iij. §. si quis. ij. de eo quod certo loco.

quæ verba ad actionem solùm referuntur, licet hoc casu aliqui etiam obligationem non nasci crediderint [a]: quæ sententia recepta non est. Nam & in die incerta, veluti cùm moriar, crebrior est eorum opinio, qui idem iuris esse opinantur, vt ante diem solùm oriatur obligatio, post diem verò actio: vnde qui ante diem soluit, non repetit [b], cùm verè interim deberet, licet agi non posset. Nec nos mouet, quòd medij temporis vtilitas incerta est: non enim hoc abesse potest, quò minus in id, quod principaliter deductũ est, obligatio proueniat. Quapropter si vltra diei incertitudinem
alia † quoque, quæ in promissionem deducuntur, in- 11
certa sint, vt cùm quis fructus, qui ex fundo percepti fuerint, promittit, neque obligatio, neque actio interim oritur [c]: hæc enim maxima incertitudo conditionem sapit. Idem cùm non solùm dies, sed obligationis quoque substantia post mortem confertur, tunc enim obligatio ab herede incipit [d]. Sanè & in diem, quæ multiplicandę obligationis caũsa additur, solet distingui, vt in legatis annuis ante diem nec obligatio, nec actio competant: quoniam tacitam in se, sequentium annorum respectu, cõditionem habeant [e], in contractibus verò cõpetat [f]: cuius rei ratio à nobis lib. Paradox.
1. cap. XVI. disputata est. In tertia specie, † quando 12
sub conditione aliquid debetur, certissimum est, neque obligationem, neque actionem vllam esse antè, quàm conditio euenerit: idémque est, siue expressa sit conditio, siue tacita, vt quæ à lege subinducatur [g], dum tamen propriam conditionis naturam habeat, substantiámque rei, non autem solam executioné respiciat [h]: conditio enim quam certum est exituram, vel quæ tempus præsens respicit, propriè conditio non est, sed pro pura habetur [i].

a l. cõtinuus. §. ij. de verb. oblig. vbi Arc.

b l. sub conditione. de cond. indeb.

c l. i. de condit. & demõ.

d l. i. C. vt act. ab here.

e l. si in singulos. de an leg.

f l. si Stichũ. §. i. de verb. oblig.

g l. item quia. §. i. de pact.

h l. ita demũ. in fi. de arb.

i l. si pupillus. §. i. de nou.

SVMMÆ.

2 *Aes variè accipi.* 3.

§. ÆS ALIENVM. Vetustissimorum Romanorum * pecunia in ære consistebat: quoniam propter eorum paupertatem, rarus illis argẽti, rarior auri vsus fuit:

2 fuit: indéque æris appellatio, † pro pecunia accipi consueuit: & quamuis domitis nationibus in maximas diuitias excreuissent, seruauerunt tamen antiquum nomen, & siue pecunia aurea, siue argẽtea esset, æs appellabatur: quapropter æs alienum dicitur, omnis pecunia aliena, id est, quæ nostra non est, sed aliis debetur: sicut æs nostrum est, quod nobis alij debent: μεταφορικῶς verò latiùs quoq; accipitur, vt cùm dicimus, quicquid in ære nostro est, id in tua manu esse scito: intelligitur enim, non solùm in nostris numis, sed etiam
3 omni in facultate & potestate. Trahitur † etiã quandoque latissimè ad professionem: vt cùm Iurisconsul. de sophismate dialectico interrogatur, respondet, id in ære suo non esse, id est, ad professionem suam nihil attinere. Sanè notandus est hic loquendi modus, æs suum est, quod alij nobis debẽt: rectius enim scriptum fuisset, æs nostrum, nisi ea verba ex aliqua lege desumpta credamus, quam hîc Iurisconsultus interpretetur, vt ἀποφαντικῶς apposita sint, vel (vt Accursius solet loqui) materialiter.

SVMMÆ.

1 §. *Lata. sensus. verior.* 2.
3 *Potentia accipiendi actus.*
6 *Imperitia crassa culpabilis.*

§. Lata culpa. Explicat Iurisconsultus, quid sit lata culpa, & eam ita diffinit, vt sit nimia negligentia, per quam non intelligimus, quod omnes intelli-
1 gunt: aduersus quam Doct. † nostri nouas argutias confinxerunt [a], vt & aliquid ipsi scire viderẽtur, quod Iurisconsultũ latuisset, fiũtque hac ratione ex interpretib. accusatores, vel potius calumniatores. Aiunt primò, nõ in negligendo solùm esse culpam, sed etiam in faciendo, cùm id fit, quod fieri non debet [b], quasi negligere etiam ad factũ non referatur, cùm aliquã rẽ nõ adhibita cura, sed cũ neglectu pertractamus. Aiunt iterũ, dementẽ vel pupillum non intelligere, quod oẽs
2 intelligunt, & tamẽ in culpa ideo non esse. Sed † hi nõ idcirco nõ intelligũt, quia negligẽtiæ eorũ aliquid im-

a in l. quod Nerua. de posi.

b l. si seruum §. i. de verb. oblig.

putetur, sed quia in altero naturæ vitiũ, in altero æta-
tatis defectus est: nam & † cùm lex aliquid non intel- 3
ligenti imputat, de eo accipiendum videtur, qui si vo-
luisset intelligere, potuisset. Sicut cùm negãti aliquid
damni irrogat, de eo accipitur, qui consentire potuit[a].
Sicut & propriè silere solũ dicitur, qui potest loqui. Et
propriè excusatur, qui potest acceptare[b]; vnde & gene
ralis est regula, Eius est nolle, qui potest & velle[c]. Ar-
gumentantur rursus, Medicus propter imperitiam &
latam culpam tenetur[d], & tamen non omnes medici-
nam intelligunt. Sed & hoc eadem ratione tollitur: non
enim in aliis quàm medicis, ignorantia medicinæ ne-
gligentiæ imputatur: negligens enim dicitur in sua
quisque conditione, & professione, non in aliena. Sub-
dunt etiam errorem iuris* latæ culpæ assignari[e], & ta 4
men pauci iurisperiti sunt. Sed hoc in pœnam ignorã-
tium constitutum est, cùm omnes prudentes viri, quæ
ipsi ignorant, ab aliis peritioribus scrutentur: qui igi-
tur ipse nec scit, nec peritiores consulit, in lata est cul-
pa: nam & idem hominum genus Hesiodi carmine im-
probatum est: quamuis & generalis hæc dictio secun-
dùm subiectam materiam restringatur, vt de eis solùm
intelligatur, qui eiusdem conditionis, vel professionis
sunt[f]. Et ex hac diffinitione infertur, quòd non omnis
† imperitia latæ culpæ assignatur: sed si in eo quis er-
rat, quod communiter omnes eius artis intelligũt, est
lata culpa: si in eo, quod soli excellentes, est solùm le-
uis: si in eo, quod non nisi rarissimus quisque sciebat,
vt quia excellentissimis solùm erat cognitum, leuissi-
ma videtur culpa, vt plerique senserunt. Sed quia hic
tractatus iterum & iterum in cognitionem reuocabi-
tur, infrà quid sententiæ nobis sit, differemus[g].

a l. ab administratione. C. de lega.
b Abb. cons. xxiij. in ij.
c l. iiij. infrà titu. j.
d l. illicitas. §. fin. de offi. præsid.
e l. regula. §. pen. de iur. ignoran.
f l. i. §. ii. de ope. no. nuu.
g l. latæ. l. magna. hoc titul.

SVMMÆ.

1 *Muneris acceptio varia.*
2 *Munus moribus solis indicibile.*
3 *Moribus inscio principe quid recipi.*
5 *Vectigal præscriptibile.*
6 *Munus onus, an donum sonet, ex re dignosci.*

Legem,

7 *Legem, Inter. & l. Munus. de verb. signi. conciliari.*

LEX CCXIIII.

1 MVNVS. Duplex † est muneris significatio, de qua hîc agitur: altera onus officiúmve quodcunque intelligitur, quod necessariò subimus: altera largitiones accipiuntur, quæ ex causa aliqua, nõ tamen necessaria fiunt. In priore significatione quemadmodum so-
2 leat distingui, superius[a] à nobis tractatũ est. Illud † superest addendum, existimasse Accurs. non licere munera, quæ ad vectigalia pertinent ex sola consuetudine imponi, nisi etiam lex accesserit[b]: & ideo dum hîc dicitur, munus lege, more subiri, coniunctim accipit: sed crebrius receptum est, vt disiunctiuè hæc soluta oratio accipiatur, sufficiátque alterum, siue lex iubeat, siue consuetudo, dum vetustissima, & post hominum me-
3 moriam sit: ea enim priuilegij ius habet, & qualis * nũc est, præsumitur semper retrò fuisse[c]: éstque illa firmissima præsumptio, quam vulgò iuris & de iure vocant.
4 nec † in ea consuetudine introducenda videtur principis scientiam necessariò requiri, cùm non simpliciter, sed in vniuersum iuri omnium officiat[d]. Qua ratione & aduersus Imperatorem ex tali iure poterunt pleræque Italiæ vrbes præscriptione se tueri, tametsi Imperator ignorasse se alleget: idque verius videtur, præsertim cùm ex fama satis potuerit hoc Cæsar scire, si modò res Italas curasset. Curat autem minimũ, vt qui tot egregias vrbes, eius fidem implorantes, in summas calamitates incidere permittat, cùm ipse interim, vel sacrificulorum preculis, vel aliis nõ æquè necessariis re-
5 bus operam insumat. Sanè † aduersus vectigal, quod ad alium, quàm ad principem pertineat, non est dubium vsucapionem procedere, etiam breuioris temporis, dũ titulus & bona fides possessioni præscribentis accesserint[e]. Quod ad alteram muneris significationem attinet, à nobis latius suprà disputatum fuit. Illud in præsentia omittendum non est, existimasse Vallam, Martianum hic Vlpiano aduersari[f], quòd ille tradit, doni significationẽ latiùs, quàm muneris patêre: at hîc aliter distinguatur, nimirum munus ad necessitatem per-

a l. munus. suprà eod.

b l. si publicanus. §. fina. de public.

c c. super. §. i. extra eodẽ.

d Imol. d. §. fi. Alex. cõsi. vi.

e Barto. d. §. fina. Bartol. consi. viii.

f l. inter donum. suprà eod.

tinere, donum sponte dari: rursus in hoc ventum esse, vt omne donum munus dici possit. Sed † has obiectio- 6
nes ipse sic extrico, vt munus, si generaliter accipiatur, cùm ad onera officiáve etiam pertinet, verum sit non quodcunque munus donum esse: sed si pro largitione accipiatur, tunc id significare, quod ex necessitate alicuius officij, vel ex causa datur: nisi quòd in hoc ex cõmuni loquendi vsu ventum est, vt qualiscunque largitio vel donum, munus dici possit. Vlpianus † igitur ra- 7
tionem sermonis, Martianus vsum considerat.

SVMMÆ.

1 *Potestatem variè & ex re accipi.* 6.
3 *Imperij genera, & discrimen.*
5 *Potestatis in seruos origo, & vis.*

LEX CCXV.

POTESTATIS. Potestatis variæ sunt significationes, ex quib. quinque hic connumerantur. Prima est, † cùm de magistratu dicimus, eum habere potesta- 1
tem: intelligimus enim merum imperium quod nil aliud est, quàm potestas animaduertendi in facinorosos homines[a]: dicitur autem merum, quasi liberum: quoniam cùm delicta ex * variis causis vel aggrauentur[b], 2
vel eleuentur, in arbitrio ius dicẽtis residet, quam potissimum pœnam irroget: quod non est in causis pecuniariis, in quibus certam proferre sententiam, secundùm ea quæ probata sunt, debet. Vnde in his quę officio iudicis expediuntur, quoniam summo iure nõ debentur, plurimúmque in arbitrio eius cõsistunt, & tamen priuatam vtilitatem respiciunt, imperium mixtum exercetur. Merum † igitur imperiũ in inquisitio- 3
nibus, accusationibúsve cõsistit: mixtum, persecutionibus: simplex iurisdictio actionibus. Secunda significatio est in persona liberorũ, vt patriam * potestatẽ in- 4
telligamus: hoc ius proprium ciuium Romanorũ est, quoniam à lege xij. tabu. introductum: sed cum cõstitutione Antonini[c], qui in orbe Romano sunt, ciues Roma. effecti sint, sequitur ad omnes Christianos hodie illud pertinere. Quapropter & Francis communicatum

a l. imperiũ. de iurisdict. omn. iudicũ.
b l. aut facta. de pœn.
c l. in orbe. de stat. hom.

catum est, qui licet regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani Pontifices insigniuerunt, non subsint: Romani tamē imperij & ipsi pars sunt, eóque
5 iure viuūt. Tertia significatio est in persona† serui, & ad dominium refertur: vt cùm dominus se suos seruos in potestate habere dicit, vel de potestate dimittere. Id autē ex iure gentiū descēdit, quo iure capti in bello, capientiū fiebāt: vnde & mácipia dicūtur. Sic Ausonius,

Capta manu, sed missa manu nesciuit herile
Imperium domina, vult domina esse manus.

6 Quarta accipitur pro facultate,† quæ in præsentia & ad manum sit: vnde cùm lex[a], nisi dominus seruum pro noxa det, cogat eum ad suscipiendum iudicium, si modò in potestate sua sit, intelligemus potestatem, id est, facultatem exhibendi: quid enim si ad aram cōfugerit?
7 Quintò* in l. Attinia in potestatem domini res venisse videtur, si eius vendicandæ sibi facultas data sit, & ipse neglexerit: non enim ampliùs censetur, inuito domino, ablata, vnde tanquā furtiua non sit, poterit vsucapi. Accursi. non sufficere existimauit, quòd dominus rei vendicādæ facultatem habuerit, nisi etiam apprenderit, vel litis æstimationem sit cōsecutus: quæ interpretatio responsi huius verba nimis coarctat. Et hæ sunt, quas huic verbo significationes Paul. refert: verisimile autē est, noluisse eū plures recensere: sunt enim & aliæ, veluti cùm ipsos magistratus simpliciter potestates appellamus[b], vt est apud Plinium & Apul. Sic & Iuuenalis:

An Fidenarum Gabiorúmque esse potestas?

quod μετωνυμικῶς dictū videri potest, cùm generaliter potestas quandoque pro qualibet iurisdictione[c] accipiatur: nam & quod Paul. ad Ro. dixerat, ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini potestatib. sublimioribus habent[d], quibus omnis anima subdita esse præcipitur. Antiquiores tamen, cùm potestatem dicebāt, de maioribus magistratib. intelligebant, qui merum imperiū haberēt[e]. quod & Pau. Cast. adnotauit. Dicitur etiam Episcopus
8 ecclesiæ* fundos in potestate habere[f], id est, in cura & administratione. Tutor† quoque in pupilli ca-
9 put potestatē habet[g], id est, authoritatem. Vnde & ali-

a l. quoties de noxal.
b l. fideiussor. de pign.
c l. ij. de reb. eo. c. final. de iudiciis.
d xi q. i. magnum.
e l. eum qui. de iurisdict. omn. iudici.
f c. i. de reb. eccle.
g Institu de tut. in princ.

Vbi sua potestate quis fecisse dicitur, quod propria autoritate fecit[a]. Sed & in edicto prætoris potestatē† sui 10
non facere intelligitur[b], qui sui copiam, vt conueniatur, non facit: quales sunt absentes, vel qui latitant. Illud quoque in potestate consistere existimatur, quod in actu non est, sed esse potest, quod Græci δυνάμει dicunt, quo sensu & Iulianus[c]: nam δυνάμει, inquit, qui à fideiussore petit, à reo petit.

a authen. ne defunct. in princip.
b l. iij. ex quib. cau. in pos.
c l. aduersus. de arbit.

SVMMÆ.

1 *Carcerandus est delinquens.*
3 *Inclusi, vincti interpretantur.*
4 *Vinculorum genera. 5.*

LEX CCXVI.

VERBVM. Quoties reus † in carcerem coniicitur, 1
& corporali aliqua pœna adficiendus est, in vinculis teneri debet, si de crimine cōuictus est[d]: sed & si cōuictus non fuerit, verùm grauissimum delictum commisisse arguatur, verisimiliáque extēt indicia, in vinculis quoque causam dicere debet[e]. Merito igitur hic dubitatum fuit, quemadmodum in vinculis quis esse intelligatur. Et quamuis in * carcere sit, nō tamen idcir 2
co vinctus cēsetur. In edicto tamen prætoris † quo his, 3
qui in vinculis essent, per in integrum restitutionem succurritur[f], etiam qui simpliciter inclusi sunt, continentur. Sed id ex æquitate per interpretationem extēsum est, non ex verborum proprietate, de qua hîc agitur. Sanè varia † sunt vinculorum genera: nā & Com- 4
pedes & Pedicæ, & Manicæ leguntur: tū Catenæ, Nerui, Boiæ. Sunt autem Boiæ damnatorum torques, quasi iugum boum, vnde locus Plautinus in seruum vinctum, Boius boiam terit. Ad hęc sunt & vincula ad infamiā magis & pœnam, quàm custodiam pertinentia, vt Collaria, quibus in publico blasphemi & lenæ etiānum alligantur, vt derisui viatoribus sint. Est & Numella ligneum instrumentum, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit, hócque modo impeditur: vulgò Berlinam dicunt. At Græci κυφῶνα, cuius mentio Aristophani quoque in Nubibus est. Solebant &

d l. si confessus. de custo. reorum.
e l. diuus. eodem titul.
f l. succurritur. ex quib. caus. maior.

& mulierculæ sic notari, vt caudici siue stipiti alicui alligatæ opus facere cogerentur. Propertius:

Codicis immundi vincula sentit anus.

Iuuenalis:

Horrida quale facit residens in codice pellex.

Serui quoque in compedibus opus faciebant, ne facilè fugam possent capessere.

Idem:

Squallidus in magna fastidit compede fossor.

Inde etiam in latomiis, hoc est, lapidicinis custodiebãtur, idem & in ergastulis.

SVMMÆ.

1 *Conditionum formulæ, discrimen & vis.*

LEX CCXVII.

1 INTER ILLAM. Illa conditio†, Cùm fari poterit; citiùs venit, quàm illa, Postquam fari poterit: quoniã prima statim cùm primùm quis potest proloqui, adimpletur, at alia successiuum aliquod tẽpus designat. Oldradus primam referri ad potentiam naturalem existimauit: vnde cùm septimo anno infantiam pueri exeant, sequitur vt eo tempore dies veniat: at sequens ad actum ipsum refertur. Quapropter cui legatum est, postquam fari poterit, si mutus esse perseueret, lega-
2 tum * non consequetur: & hanc interpretationem, licet hîc vacillet, tamen alibi Bartol. approbauit[a]. Mihi non placet, quia non video, cur & in priore casu non debeat expectare, donec actu fari quis possit:
3 non enim posse propriè * dicimus, quod actu facere non possumus: nec vlla est ratio, cur hæc cõiunctiua, cùm, ad potentiam solam referatur, & postquam, etiã actum respiciat. Alibi Bartol.[b] cùm, non ita expressam conditionem facere attestatus est, sicut postquam:
4 & ideo legatum Titio, cùm heres* certæ ætatis esset, non videri conditionale cùm tamen legatum, post-
5 quam certæ * ætatis erit, conditionale sit[c]. Sed hæc sententia recepta non est: vtranque enim esse conditionem hîc dicitur, nisi quòd hæc posterior aliquantò vberior est.

a l. j. de iniust. rup.

b l. si cui legetur. §. j. de verb. oblig.

c l. libertis quos. §. ab heredibus. de alim. leg.

SVMMÆ.

2 *Dies ad duos referri ex causis ad plures arbitrarios.*

§. Ita data. Quoniam * pluralis elocutio duorum 1 numero contenta est[a], si quis cõditionem hanc apponat, †illud facito in diebus, & vlterius aliud non exprimat, in duobus diebus faciendum erit: quod tamen nõ procedit, quando per errorem omissus est numerus: tũc enim ob incertitudinem vitiatur[b]. In odiosis quoque propius est, vt imperfectam sententiam existimemus[c], & huiusmodi oratio nullius sit effectus. Sed & si quis promiserit aliquid dare in diebus illis, nihil agit: videtur enim se retulisse ad communem vsum loquẽdi, quo ita solemus tempus infinitum significare, trãslatione à mysticis fidei Christianæ libris accepta, in quibus quæ vel olim fuerũt, vel pòst innumera annorum curricula erunt, additur, in diebus illis esse facta, vel futura. Et ita aliqui[d] existimauerunt, licet articulus controuersus sit. Ego in arbitrio iudicis consistere opinor, qui ex coniecturis colligat, qua mente promissio huiusmodi facta sit. 2

a l. libertas. §. fin. de manu. testam.
b l. ita stipulatus. de verb. obligation.
c arg. d. §. fi.
d in l. cũ qui cal. de verb. oblig.

SVMMÆ.

1 *Facere multipliciter sonat ex rebus.*
3 *Malefactis maledicta contineri: in conuitijs con trà.*
4 *Malefici, & eorum pœna.*

LEX CCXVIII.

VERBVM FACERE. Verbum † Facere, perquam 1 generale est, & ad quæcunque facta refertur: & quandoque facere, interpretamur, id est, dare; vnde qui facere iussus est vt centum habeam[e], eam summam dare cogi potest. Quandoque significat soluere, vt cùm dicimus quasdam esse personas, à quibus exigi plus nõ potest, quàm facere possint[f]: intelligitur enim, quàm commodè soluere possint. Interdum est facere, quod numerare: vnde paria fecisse dicitur, qui pecuniam, quam acceperat, numerauit, & id quod debet, reddidit. Sic & iudicare hoc verbo continetur, vt cùm dicimus, factum eius rei esse iudicium. Sed & iter fa-

e l. si heres. de legat. j.
f l. sunt qui. de re iudica.

cere

cere dicitur, qui ambulat[a]: vnde & stipulatio, iter fieri[b]. Et hæc quidem hic Iurisconsultus. Cæterùm aliis quoque modis accipitur, vt cùm paciscimur, ne seruum facias furem, aut fugitiuum, id est, ne ad furtum fugámve solicites: vel cùm mandat lex, vt soboles, quam censiti fecerint, non alienentur[c], declaramus fecerint, id est, procreauerint: vel cùm quis promisit damni infecti vicino: in ea enim stipulatione damnum facere intelligitur[d], id est, pati: vel cùm aliquem reum facturos nos pollicemur: id enim est, reum face-
2 re, quod accusare[e], & indicare: sicut facere suspectum tutorem, est detegere, & iudici approbare suspicionis causas[f]. Sed finge constitutum, pœnas malefi-
3 ciorum † quæ noctu committantur, duplicari, quo modo intelligentur maleficia? Et cùm dicantur quasi malefacta, videntur non contineri, quæ dicta, scripta, consulta malè sint. Qui igitur noctu conuitiatus fuerit, in eam pœnam non incidet[g], & id frequentiùs probatur. Ego non dubito, etiam in lege pœnali malefacta dici, quæ scripta, dicta, consulta criminosè sint: cùm verba generaliter, & quatenus sermonis proprietas fert[h], tum quoque accipi debeant. Sed ne conuitia hoc casu comprendantur ratio legis suadet, ex qua de his delictis significari ostenditur, quæ ex tenebris nocturnis, vel facilius, vel grauiore cum noxa fierent: quod in iniuriarum crimine non est. Sa-
4 nè † cùm antiqui maleficos speciali nomine incantatores intellexerint[i], huiusmódique diuinatores, de eis potius est, vt legis verba accipiantur, cùm noctu præsertim soleant vmbras euocare, & animas responsa daturas; vt Canidia apud Horatium. Quo sensu & Exod. xxii. scriptum est: MALEFICVM NE PATIARIS VIVERE, id est, sortilegum & carminibus veneficia facientem.

a §. Cato. l. iiii. suprà de verbo. oblig.
b d. l. i. de his qui deiec.
c l. cū satis. de agri. libr. xj.
d l. Procul. de damn. in fect.
e l. si veteris. C. de fi. instr.
f l. ij. C. de vsu. pup.
g Bart. l. aut facta. de pœ.
h l. cum lege. de testa.
i rub. C. de maleficis.

SVMMÆ.

1 *Contractus actura seruandum, ex causis contrà.*
2 *Acti inter partes deprendendi modus.*
3 *Heredum pacto legatarios excludi.*
7 *Emphyteusis conducendæ forma.*

LEX CCXIX.

IN CONVENTIONIBVS Certissimi iuris est, in cōtractibus, siue bonæ fidei siue stricti iuris sint, id in primis obseruandum, quod actum est, etiam si verba impropriè accipiantur: alioquin (nisi de voluntate constet) à verbis non recedimus. Constat † autem quandoque expressè[a], puta ex præfationibus, vel præcedenti tractatu, quandoque tacitè[b], vt quia natura cōtractus, qualitas rei, personæ, contrahentium consuetudo, eius quod actum est, coniecturam inducant: potéstque hoc in respōso exemplum accipi: fundus enim emphyteuticarius, vel vectigalis, & ad heredem conductoris, & ad successorem particularem, nisi aliud actum sit, transferri potest. Quid ergo; si † contrahentes pacti sint, vt ad heredes transeat? Et videbatur eam pactionem propriè intelligi debere, tum ex communi regula, qua cauetur in casibus dubiis à proprietate sermonis non esse recedendum[c]: tum quia aliàs pactio esset superflua: cùm enim ex tali contractu & heredes & legatarii admitterentur, nisi per huiusmodi pactionem diceremus censeri legatarios exclusos[d], nónne nullius esset momenti? quæ interpretatio fugienda est. Accedit his, quòd magna subest ratio, cur heres solùm admittendus sit, non autem legatarius: esset enim non modicum detrimentum domino, qui aduersus legatarium nullam actionem personalem haberet, cùm actiones in personā, neque rem ipsam, neq; singularem successorem sequātur[e]: de herede ergo solùm debuisset intelligi, qui ipse in personam conueniri potest. Sed tamen Papiniano aliter visum est: quoniam voluntas* contrahentium ante omnia spectanda est, etiam quòd aliud dictum sit. Voluntatis autem coniectura ex natura contractus colligitur. Nec enim præsumendum esse contrahentes in plus contrahere voluisse Papinianus[f] ait, quàm actio ex contractu eos cōpelleret: & licet* debeat verba intelligi, vt effectus alicuius sint, non tamen operantur, nisi secundùm naturam actus: ídque & Baldus[g] & Alex.[h] respōderunt: nec probabile aliquod damnum locatori infertur, cùm nō possit

a l. Titia. l. ita stipulat. de verb. obl.
b l. semper in stip. infrà titu. j.
c l. non aliter. de legat.
d l. si quādo. de leg. x. j.
e l. final. de contr. empt.
f l. iiii. suprà de vsur.
g Bald. rub. C. de cōtrahen. emp.
h Alex. cōs. xxi. in l.

6 possit legatarius * propria autoritate possessionem in
7 gredi. sed ab ipso introducendus sit: quo tempore cum in dominũ agnoscet[a], séque obligauit, quinquagesimámque illi, quod præmium vulgò Laudemium vocant, præstabit. Et quod in legato dicitur, in donatione quoque locum habere receptum est: nec enim tunc aliqua denũtiatione opus est, sed satis est petitio introductionis, & solutio quinquagesimæ. Nec distinguitur, locator emphyteutici fundi sit priuatus aliquis ciuis[b], vel respublica, vel ecclesia: poterit enim cõductor ius suum per legatum vel donationem transferre, etiã eis irrequisitis, dum saluo eorum iure & citra fraudem alienet[c]: & ita crebrius approbatum est. Qua autem ratione vectigales agri ciuitatum locari solerent, ex Iulio Hygino de limitibus agrorum à nobis traditum est Dispunctionũ lib. III. cap. x. Sed & quibus casibus appellatio heredis ad singulares successores pertineat, suprà attigimus[d].

a l. iij. C. de iure emphy.

b l. j. C. de fun. patr. lib. xj.

c l. ij. C. ne rei domi.

d l. heredis. suprà eod.

SVMMÆ.

1 *Liberis descendentes omnes contineri: ex causis diuersum.* 3.
4 *Filios ad vlteriores porrigi: quandoque contrà, idque ex re accipi.* 6.
5 *Nepotes fœminis filijs præferri.*
7 *Alienatio vetita nepotes teneri.*
9 *Nepotes filijs, nisi ex causis, contineri.* 10.
11 *Feudum ad nepotes transmitti.*

LEX CCXX.

1 LIBERORVM. Liberorum †appellatione nepotes, & pronepotes, cæterósque descendentes contineri certum est, ídque exemplum duodecim Tabul. quæ
2 primam * successionis causam liberorum esse volebãt, & de omnibus descendentibus intelligebãt. Quo sensu & prætores in edictis acceperunt, vt cùm patroni liberos in ius sine venia vocari prohibuerunt[e]: strictè
3 tamen †hæc vox quandoque accipitur, & vsque ad trinepotem solùm intelligitur, & ita veteres existimabant, quod Pomponius & Paulus refert[f]. Sed C. Cassius & Vlpianus, & in hoc respõso Callistratus latiùs per

e l. sed & si, §. liberos. j. & ij. de in ius voc.

f l. Iurisconsultus. de grad.

tinere existimauerunt, & in infinitum dici, idque tanquam honestius meritò obtinuit. Cùm igitur nomē liberum sit collectiuum plurium graduum, qui fratrē & cius liberos instituit[a], ordine successiuo vocasse videbitur: quod non est receptum, si filios dixisset[b]: propriè enim † appellatione filij, nepotes & deinceps descendentes non contineri verius est, sed ex interpretatione tātùm: quo in tractatu quid ipse sentiam, suprà explicaui[c]. In præsentia, quod ab aliis communiter tráditum sit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc distingui à maioribus solet: aut enim filiis prouidetur, aut grauātur, aut de eis versus alium fit mentio, aut in cōditione ponuntur. In prima specie appellatione filiorum cōprendi nepotes receptius est[d]: cùm enim actus hic fauorabilis sit, debet lata significatio accipi, & hoc siue in testamentis, siue in legibus, siue in beneficiis principum loquamur: fit enim in his amplior interpretatio[e], licet in priuilegiis sit cōtrà. Si igitur pater filios suos instituat, etiā nepotem ex filio præmortuo instituisse videbitur: quod tamen variè acceptū est, aliquibus ideo institutū cēsentibus, quia nisi ita interpretaremur, præteritione testamentū rūperetur: interpretamur autē semper vt actus valeat: aliis, ne durū, absurdúmve aliquid cōsequatur, quale est cùm à parentibus filij separarētur, vel melioris fierēt cōditionis nepotes quam filij, idque genus similia: aliis, quoniam dispositio in futurum confertur: cùm enim verisimiliter dubium sit, an in id tempus filij vel nepotes existāt, debet mens testatoris largiùs accipi, vt nō existentibus filiis, nepotibus prouisum videatur, vt etiā in facti quæstione cōsultus Alex.[f] respondit: quæ declarationes dubitationē nullā habent, cùm generaliter propter fauorē ea interpretatio ex Doctorū frequētiore sentētia procedat: vnde & in municipalibus statutis idem obseruatur. Finge † cautum esse[g], vt filij masculi exclusis fœminis succedant, nunquid nepotes etiā ipsi præferentur? 5
Et respōsum est, præferri: ratio enim eius legis est, vt agnatis saluæ sint facultates: quæ ratio in nepotib' locū habet, & tametsi in lege expressa nō sit, ab ea tamen argumentari nos posse receptius est[h]: cùm enim hoc

beneficium

a c. Raynutius. de testa.
b l. Gallus. §. j.
c l. filii. l. iusta. l. naturū. hoc titul.
d l. Lucius. de hered. instit.
e l. sed & si. §. j. de excusat. tut.
f Consil. ix. in j.
g Alex. cōs. xxvij. in iiij.
h l. quamuis. C. de fideicō

beneficium à lege patri conferatur, vt fœminam exclu dat, debet etiam in nepotem eiusdem sexus perpetuari [a], qui in successione patris sui locũ tenet, eíque sub- a l. Gallus. rogatur: nam & cùm filia propter fauorem filij mascu- §. videndum. li excludatur, masculo ipso superstite nepote defun- de liber. & cto, idem fauor durat: vnde etiam si ipsa mascula sobo posthum. le relicta decederet, nihilominus frater, eiúsve filius ei soboli præferrentur: quoniam fauor propter quem ipsa exclusa fuit, non extinguitur: & sicut filia ipsa succedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, vt am putata radice, rami quoque decidunt [b]. Et huius inter- b l. si viua. pretationis, vti diximus, causam præstat fauor, quo ces C. de bo. ma
6 sante, interpretatio quoque non admittitur. Et † ideo ter. cùm quis tutorem filiis dedisset, nõ censeri nepotibus prouisum Vlpianus respondit [c]: tum quia respectu tu- c l. quid si torũ nullus est fauor, imò onerosa est tutela: tum quia nep. de test. non multũ inde commodi nepotibus oritur, cùm ces- tu. sante testamento, de tutore illis per iudicem prouidendum sit: & ita Bartolus sentit. In sequenti specie, filiorum verbo non cõtineri nepotes certius est: vnde qui filios exheredat, nepotes exheredes fecisse non videbitur [d]: odiosum enim hoc est: quod & in dispositio- d l. 1. §. quæne legis proditum est. Et ideo lex Iulia, quæ ius patri ritur. de ven. facit filiã adulteram occidendi, in nepote non habet lo insp. cum [e]: idémque dũ prohibet Senatori filiã eius ducere, e l. patri. de qui artem ludicrã exercuerit: poterit enim in nepotis adulter. matrimonium conuenire [f]. Nam cùm leges huiusmodi f l. lege Iul. merum odium filiorũ & quidem principaliter sapiãt, de ritu nupt. meritò nepotes non continebuntur. Quòd si directò odiosæ non essent, aliud respondendum fuisset, vt in Senatusconsulto quo tutor pupillam sibi vel filio suo nuptui collocare prohibetur: nam nec nepoti quidem impunè collocabit [g]. Sed quid iuris esse dicemus, cùm g l. S. consul testator filiis alienatione bonorum interdixit, an ne- tũ. de rit. nu. potibus quoque vetitum credemus [h]? Et non videri h Gl. §. nos traditum est: huiusmodi enim prohibitio odiosa est, igitur. de res sed hæc conclusio aliquo modo restringenda est. Pone stit. fi.
7 † institutos filios, & ne alienẽt grauatos: si enim in verbis institutionis nepotes contineantur, cur non & in verbis prohibitionis comprendi debẽt? Consentaneũ

tinere, donum sponte dari: rursus in hoc ventum esse, vt omne donum munus dici possit. Sed † has obiectio- 6
nes ipse sic extrico, vt munus, si generaliter accipiatur, cùm ad onera officiáve etiam pertinet, verum sit non quodcunque munus donum esse: sed si pro largitione accipiatur, tunc id significare, quod ex necessitate alicuius officij, vel ex causa datur: nisi quòd in hoc ex cõmuni loquendi vsu ventum est, vt qualiscunque largitio vel donum, munus dici possit. Vlpianus † igitur ra- 7
tionem sermonis, Martianus vsum considerat.

SVMMÆ.

1 *Potestatem variè & ex re accipi. 6.*
3 *Imperij genera, & discrimen.*
5 *Potestatis in seruos origo, & vis.*

LEX CCXV.

POTESTATIS. Potestatis variæ sunt significationes, ex quib. quinque hic connumerantur. Prima
est, † cùm de magistratu dicimus, eum habere potesta- 1
tem: intelligimus enim merum imperium quod nil aliud est, quàm potestas animaduertendi in facinorosos homines[a]; dicitur autem merum, quasi liberum: quoniam cùm delicta ex * variis causis vel aggrauentur[b], 2
vel eleuentur, in arbitrio ius dicẽtis residet, quam potissimum pœnam irroget: quod non est in causis pecuniariis, in quibus certam proferre sententiam, secundùm ea quæ probata sunt, debet. Vnde in his quę officio iudicis expediuntur, quoniam summo iure nõ debentur, plurimúmque in arbitrio eius cõsistunt, & tamen priuatam vtilitatem respiciunt, imperium mixtum exercetur. Merum † igitur imperiũ in inquisitio- 3
nibus, accusationibúsve cõsistit: mixtum, persecutionibus: simplex iurisdictio actionibus. Secunda signifi-
catio est in persona liberorũ, vt patriam* potestatẽ in- 4
telligamus: hoc ius proprium ciuium Romanorũ est, quoniam à lege xij. tabu. introductum: sed cum cõstitutione Antonini[c], qui in orbe Romano sunt, ciues Roma. effecti sint, sequitur ad omnes Christianos hodie illud pertinere. Quapropter & Francis communicatum

a l. imperiũ. de iurisdict. omn. iudicũ.
b l. aut facta. de pœn.
c l. in orbe. de stat. hom.

catum eſt,qui licet regibus Germanorum,quos Impe-
ratoris titulo Romani Pontifices inſigniuerunt, non
ſubſint:Romani tamẽ imperij & ipſi pars ſunt, eóque
5 iure viuũt.Tertia ſignificatio eſt in perſona† ſerui, &
ad dominium refertur:vt cùm dominus ſe ſuos ſeruos
in poteſtate habere dicit,vel de poteſtate dimittere.Id
autẽ ex iure gentiũ deſcẽdit,quo iure capti in bello,ca
pientiũ fiebãt: vnde & mãcipia dicũtur. Sic Auſonius,

Capta manu,ſed miſſa manu neſciuit herile
Imperium domina,vult domina eſſe manus.

6 Quarta accipitur pro facultate,† quæ in præſentia &
ad manum ſit:vnde cùm lex[a],niſi dominus ſeruum pro
noxa det,cogat eum ad ſuſcipiendum iudicium,ſi mo-
dò in poteſtate ſua ſit,intelligemus poteſtatem,id eſt,
facultatem exhibendi:quid enim ſi ad aram cõfugerit?
7 Quintò* in l.Attinia in poteſtatem domini res veniſ-
ſe videtur,ſi eius vendicandæ ſibi facultas data ſit, & i-
pſe neglexerit:non enim amplius cenſetur, inuito do-
mino,ablata,vnde tanquã furtiua non ſit,poterit vſu-
capi.Accurſi.non ſufficere exiſtimauit, quòd dominus
rei vendicãdæ facultatem habuerit,niſi etiam appren-
derit,vel litis æſtimationem ſit cõſecutus : quæ inter-
pretatio reſponſi huius verba nimis coarctat. Et hæ
ſunt,quas huic verbo ſignificationes Paul.refert:veri-
ſimile autẽ eſt , noluiſſe eũ plures recenſere:ſunt enim
& aliæ , veluti cùm ipſos magiſtratus ſimpliciter po-
teſtates appellamus[b], vt eſt apud Plinium & Apul.Sic
& Iuuenalis:

An Fidenarum Gabiorúmque eſſe poteſtas?

quod μετωνυμικῶς dictũ videri poteſt, cùm generaliter
poteſtas quandoque pro qualibet iuriſdictione [c] acci-
piatur: nam & quod Paul.ad Ro.dixerat,ἐξουσίαις ὑπερε-
χούσαις,Latini poteſtatib. ſublimioribus habent[d], qui-
bus omnis anima ſubdita eſſe præcipitur. Antiquio-
res tamen,cùm poteſtatem dicebãt,de maioribus ma-
giſtratib. intelligebant,qui merum imperiũ haberẽt[e].
quod & Pau.Caſt.adnotauit. Dicitur etiam Epiſcopus
8 eccleſiæ* fundos in poteſtate habere[f], id eſt, in cura
& adminiſtratione . Tutor † quoque in pupilli ca-
9 put poteſtatẽ habet[g],id eſt,authoritatem. Vnde & ali-

a l. quoties de noxal.

b l. fideiuſſor. de pign.

c l.ij.de reb. co.c.final.de iudiciis.

d xi q.i. magnum.

e l. eum qui. de iuriſdict. omn .iudic.

f c.i. de reb. eccle.

g Inſtitu de tut.in princ.

& mulierculæ sic notari, vt caudici siue stipiti alicui alligatæ opus facere cogerentur. Propertius:

Codicis immundi vincula sentit anus.

Iuuenalis:

Horrida quale facit residens in codice pellex.

Serui quoque in compedibus opus faciebant, ne facilè fugam possent capessere.

Idem:

Squallidus in magna fastidit compede fossor.

Inde etiam in latomiis, hoc est, lapidicinis custodiebãtur, idem & in ergastulis.

SVMMÆ.

1 *Conditionum formulæ, discrimen & vis.*

LEX CCXVII.

1 INTER ILLAM. Illa conditio†, Cùm fari poterit; citiùs venit, quàm illa, Postquam fari poterit: quoniã prima statim cùm primùm quis potest proloqui, adimpletur, at alia successiuum aliquod tẽpus designat. Oldradus primam referri ad potentiam naturalem existimauit: vnde cùm septimo anno infantiam pueri exeant, sequitur vt eo tempore dies veniat: at sequens ad actum ipsum refertur. Quapropter cui legatum est, postquam fari poterit, si mutus esse perseueret, lega-
2 tum * non consequetur: & hanc interpretationem, licet hîc vacillet, tamen alibi Bartol. approbauit[a]. Mihi non placet, quia non video, cur & in priore casu non debeat expectare, donec actu fari quis possit:
3 non enim posse propriè * dicimus, quod actu facere non possumus: nec vlla est ratio, cur hæc cõiunctiua, cùm, ad potentiam solam referatur, & postquam, etiã actum respiciat. Alibi Bartol.[b] cùm, non ita expressam conditionem facere attestatus est, sicut postquam:
4 & ideo legatum Titio, cùm heres* certæ ætatis esset, non videri conditionale cùm tamen legatum, post-
5 quam certæ * ætatis erit, conditionale sit[c]. Sed hæc sententia recepta non est: vtranque enim esse conditionem hîc dicitur, nisi quòd hæc posterior aliquantò vberior est.

a l. j. de iniust. rup.

b l. si cui legetur. §. j. de verb. oblig.

c l. libertis quos. §. ab heredibus. de alim. leg.

SVMMÆ.

2 *Dies ad duos referri ex causis ad plures arbitrarios.*

§. Item ita data.

§. Ita data. Quoniam * pluralis elocutio duorum 1 numero contenta est[a], si quis cõditionem hanc apponat, †illud facito in diebus, & vlterius aliud non exprimat, in duobus diebus faciendum erit: quod tamen nõ procedit, quando per errorem omissus est numerus: tũc enim ob incertitudinem vitiatur[b]. In odiosis quoque propius est, vt imperfectam sententiam existimemus[c], & huiusmodi oratio nullius sit effectus. Sed & si quis promiserit aliquid dare in diebus illis, nihil agit: videtur enim se retulisse ad communem vsum loquẽdi, quo ita solemus tempus infinitum significare, trãslatione à mysticis fidei Christianæ libris accepta, in quibus quæ vel olim fuerũt, vel pòst innumera annorum curricula erunt, additur, in diebus illis esse facta, vel futura. Et ita aliqui[d] existimauerunt, licet articulus controuersus sit. Ego in arbitrio iudicis consistere opinor, qui ex coniecturis colligat, qua mente promissio huiusmodi facta sit.

a l. libertas. §. fin. de manu. testam.

b l. ita stipulatus. de verb. obligation.

c arg. d. §. fi.

d in l. cũ qui cal. de verb. oblig.

SVMMÆ.

1 *Facere multipliciter sonat ex rebus.*
3 *Malefactis maledicta contineri: in conuitũs contrà.*
4 *Malefici, & eorum pœna.*

LEX CCXVIII.

VErbum facere. Verbum † Facere, perquam 1 generale est, & ad quæcunque facta refertur: & quandoque facere, interpretamur, id est, dare: vnde qui facere iussus est vt centum habeam[e], eam summam dare cogi potest. Quandoque significat soluere, vt cùm dicimus quasdam esse personas, à quibus exigi plus nõ potest, quàm facere possint[f]: intelligitur enim, quàm commodè soluere possint. Interdum est facere, quod numerare: vnde paria fecisse dicitur, qui pecuniam, quam acceperat, numerauit, & id quod debet, reddidit. Sic & iudicare hoc verbo continetur, vt cùm dicimus, factum eius rei esse iudicium. Sed & iter facere

e l. si heres. de legat. j.

f l. sunt qui. de re iudica.

cere dicitur, qui ambulat[a]: vnde & ſtipulatio, iter fie-
ri[b]. Et hæc quidem hic Iuriſconſultus. Cæterùm aliis,
quoque modis accipitur, ut cùm paciſcimur, ne ſer-
uum facias furem, aut fugitiuum, id eſt, ne ad furtum
fugámve ſolicites: vel cùm mandat lex, vt ſoboles,
quam cenſiti fecerint, non alienetur[c], declaramus fe-
cerint, id eſt, procreauerint: vel cùm quis promiſit
damni infecti vicino: in ea enim ſtipulatione dam-
num facere intelligitur[d], id eſt, pati: vel cùm aliquem
reum facturos nos pollicemur: id enim eſt, reum face
2 re, quod accuſare[e], & indicare: ſicut facere ſuſpectum
tutorem, eſt detegere, & iudici approbare ſuſpicio-
nis cauſas[f]. Sed finge conſtitutum, pœnas malefi-
3 ciorum † quæ noctu committantur, duplicari, quo
modo intelligentur maleficia? Et cùm dicantur quaſi
malefacta, videntur non contineri, quæ dicta, ſcripta,
conſulta malè ſint. Qui igitur noctu conuitiatus fue-
rit, in eam pœnam non incidet[g], & id frequentiùs
probatur. Ego non dubito, etiam in lege pœnali ma
lefacta dici, quæ ſcripta, dicta, conſulta criminoſè
ſint: cùm verba generaliter, & quatenus ſermonis
proprietas fert[h], tum quoque accipi debeant. Sed ne
conuitia hoc caſu comprendantur ratio legis ſua-
det, ex qua de his delictis ſignificari oſtenditur, quæ
ex tenebris nocturnis, vel facilius, vel grauiore cum
noxa fierent: quod in iniuriarum crimine non eſt. Sa-
4 nè † cùm antiqui maleficos ſpeciali nomine incanta-
tores intellexerint[i], huiuſmodíque diuinatores, de
eis potius eſt, vt legis verba accipiantur, cùm noctu
præſertim ſoleant vmbras euocare, & animas reſpon-
ſa daturas; vt Canidia apud Horatium. Quo ſenſu &
Exod. xxii. ſcriptum eſt: MALEFICVM NE PATIA-
RIS VIVERE, id eſt, ſortilegum & carminibus venefi-
cia facientem.

a §. Cato. l. iiii. ſuprà de verbo. oblig.
b d. l. i. de his qui deiec.
c l. cũ ſatis. de agri. libr. xi.
d l. Procul. de damn. infect.
e l. ſi vteris. C. de fi. inſtr.
f l. ij. C. de vſu. pup.
g Bart. l. aut facta. de pœ.
h l. cum lege. de teſta.
i rub. C. de maleficis.

SVMMÆ.

1 *Contractus actum ſeruandum, ex cauſis contrà.*
2 *Actis inter partes deprendendi modus.*
3 *Heredum pacto legatarios excludi.*
7 *Emphyteuſis conducendæ forma.*

LEX CCXIX.

IN CONVENTIONIBVS Certissimi † iuris est, in cõtractibus, siue bonæ fidei siue stricti iuris sint, id in primis obseruandum, quod actum est, etiam si verba impropriè accipiantur: alioquin (nisi de voluntate constet) à verbis non recedimus. Constat † autem quãdoque expressè[a], puta ex præfationibus, vel præcedenti tractatu. quandoque tacitè[b], vt quia natura cõtractus, qualitas rei, personæ, contrahentium consuetudo, eius quod actum est, coniecturam inducant: potéstque hoc in respõso exemplum accipi: fundus enim emphyteuticarius, vel vectigalis, & ad heredem conductoris, & ad successorem particularem, nisi aliud actum sit, transferri potest. Quid ergo, si † contrahentes pacti sint, vt ad heredes transeat? Et videbatur eam pactionem propriè intelligi debere, tum ex communi regula, qua cauetur in casibus dubiis à proprietate sermonis non esse recedendum[c]: tum quia aliàs pactio esset superflua: cùm enim ex tali contractu & heredes & legatarii admitterentur, nisi per huiusmodi pactionem diceremus censeri legatarios exclusos[d], nónne nullius esset momenti? quæ interpretatio fugienda est. Accedit his, quòd magna subest ratio, cur heres solùm admittendus sit, non autem legatarius: esset enim non modicum detrimentum domino, qui aduersus legatarium nullam actionem personalem haberet, cùm actiones in personã, neque rem ipsam, neq; singularem successorem sequãtur[e]: de herede ergo solùm debuisset intelligi, qui ipse in personam conueniri potest. Sed tamen Papiniano aliter visum est: quoniam voluntas * contrahentium ante omnia spectanda est, etiam quòd aliud dictum sit. Voluntatis autem coniectura ex natura contractus colligitur. Nec enim præsumendum esse contrahentes in plus contrahere voluisse Papinianus[f] ait, quàm actio ex contractu eos cõpelleret: & licet * debeat verba intelligi, vt effectus alicuius sint, non tamen operantur, nisi secundùm naturam actus: idque & Baldus[g] & Alex.[h] respõderunt: nec probabile aliquod damnum locatori infertur, cùm nõ possit

1 (line 1 right margin), 2, 3, 4, 5 — margin numbers:

a l. Titia. l. ita stipulat. de verb. obl.
b l. semper in stip. infrà titu. j.
c l. non aliter. de legat.
d l. si quãdo. de leg. ij.
e l. final. de contr. empt.
f l. iiii. suprà de vsur.
g Bald. rub. C. de cõtrahen. emp.
h Alex. cõsi. xxi. in l.

6 possit legatarius * propria autoritate possessio nem in
7 gredi, sed ab ipso introducendus sit: quo tempore eum in dominū agnoscet[a], séque obligauit, quinquagesimámque illi, quod præmium vulgò Laudemium vocant, præstabit. Et quod in legato dicitur, in donatione quoque locum habere receptum est: nec enim tunc aliqua denūtiatione opus est, sed satis est petitio introductionis, & solutio quinquagesimæ. Nec distinguitur, locator emphyteutici fundi sit priuatus aliquis ciuis[b], vel respublica, vel ecclesia: poterit enim cōductor ius suum per legatum vel donationem transferre, etiā iis irrequisitis, dum saluo eorum iure & citra fraudem alienet[c]: & ita crebrius approbatum est. Qua autem ratione vectigales agri ciuitatum locari solerent, ex Iulio Hygino de limitibus agrorum à nobis traditum est Dispunctionū lib. III. cap. x. Sed & quibus casibus appellatio heredis ad singulares successores pertineat, suprà attigimus[d].

a l. iij. C. de iure emphy.

b l. j. C. de fun. patr. libro xj.

c l. ij. C. ne rei domi.

d l. heredis. suprà eod.

SVMMÆ.

1 *Liberis descendentes omnes contineri: ex causis diuersum.* 3.
4 *Filios ad vlteriores porrigi: quandoque contrà, ídque ex re accipi.* 6.
5 *Nepotes fœminis filijs præferri.*
7 *Alienatio vetita nepotes teneri.*
9 *Nepotes filijs, nisi ex causis, contineri.* 10.
11 *Feudum ad nepotes transmitti.*

LEX CCXX.

1 Liberorvm. Liberorum †appellatione nepotes, & pronepotes, cæterósque descendentes contineri certum est, ídque exemplum duodecim Tabul. quæ
2 primam * successionis causam liberorum esse volebāt, & de omnibus descendentibus intelligebāt. Quo sensu & prætores in edictis acceperunt, vt cùm patroni liberos in ius sine venia vocari prohibuerunt[e]: strictè
3 tamen †hæc vox quandoque accipitur, & vsque ad trinepotem solùm intelligitur, & ita veteres existimabant, quod Pomponius & Paulus refert[f]. Sed C. Cassius & Vlpianus, & in hoc respōso Callistratus latiùs per

e l. sed & si. §. liberos. j. & ij. de in ius voc.

f l. Iurisconsultus. de grad.

tinere existimauerunt, & in infinitum dici, idque tanquam honestius meritò obtinuit. Cùm igitur nomē liberum sit collectiuum plurium graduum, qui fratrē & eius liberos instituit[a], ordine successiuo vocasse videbitur: quod non est receptum, si filios dixisset[b]: propriè enim † appellatione filij, nepotes & deinceps descendentes non contineri verius est, sed ex interpretatione tātùm: quo in tractatu quid ipse sentiam, suprà explicaui[c]. In præsentia, quod ab aliis communiter traditum sit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc distingui à maioribus solet: aut enim filiis prouidetur, aut grauātur, aut de eis versus alium fit mentio, aut in cōditione ponuntur. In prima specie appellatione filiorum cōprendi nepotes receptius est[d]: cùm enim actus hic fauorabilis sit, debet lata significatio accipi, & hoc siue in testamentis, siue in legibus, siue in beneficiis principum loquamur: fit enim in his amplior interpretatio[e], licet in priuilegiis sit cōtrà. Si igitur pater filios suos instituat, etiā nepotem ex filio præmortuo instituisse videbitur: quod tamen variè acceptū est, aliquibus ideo institutū cēsentibus, quia nisi ita interpretaremur, præteritione testamentū rūperetur: interpretamur autē semper vt actus valeat: aliis, ne durū, absurdúmve aliquid cōsequatur, quale est cùm à parentibus filii separarētur, vel melioris fierēt cōditionis nepotes quam filij, idque genus similia: aliis, quoniam dispositio in futurum confertur: cùm enim verisimiliter dubium sit, an in id tempus filij vel nepotes existāt, debet mens testatoris largiùs accipi, vt nō existentibus filiis, nepotibus prouisum videatur, vt etiā in facti quæstione cōsultus Alex.[f] respondit: quæ declarationes dubitationē nullā habent, cùm generaliter propter fauorē ea interpretatio ex Doctorū frequētiore sentētia procedat: vnde & in municipalibus statutis idem obseruatur. Fingē † cautum esse[g], vt filij masculi exclusis fœminis succedant, nunquid nepotes etiā ipsi præferentur? Et respōsum est, præferri: ratio enim eius legis est, vt agnatis saluæ sint facultates: quæ ratio in nepotib' locū habet, & tametsi in lege expressa nō sit, ab eā tamen argumentari nos posse receptius est[h]; cùm enim hoc beneficium

Margin notes: Liberorum. | a c. Raynutius. de testa. | b l. Gallus. §. j. | 4 | c l. filii. l. iusta. l. natorū. hoc titul. | d l. Lucius. de hered. instit. | e l. sed & si. §. j. de excusat. tut. | f Consil. ix. in j. | g Alex. cōs. xxvij. in iii. | 5 | h l. quamuis. C. de fideicō

beneficium à lege patri conferatur, vt fœminam excludat, debet etiam in nepotem eiusdem sexus perpetuari [a], qui in successione patris sui locū tenet, eique subrogatur: nam & cùm filia propter fauorem filij masculi excludatur, masculo ipso superstite nepote defuncto, idem fauor durat: vnde etiam si ipsa mascula sobole relicta decederet, nihilominus frater, eiúsve filius ei soboli præferrentur: quoniam fauor propter quem ipsa exclusa fuit, non extinguitur: & sicut filia ipsa succedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, vt amputata radice, rami quoque decidunt [b]. Et huius interpretationis, vti diximus, causam præstat fauor, quo ces-
6 sante, interpretatio quoque non admittitur. Et ideo cùm quis tutorem filiis dedisset, nō censeri nepotibus prouisum Vlpianus respondit [c]: tum quia respectu torū nullus est fauor, imò onerosa est tutela: tum quia non multū inde commodi nepotibus oritur, cùm cessante testamento, de tutore illis per iudicem prouidendum sit: & ita Bartolus sentit. In sequenti specie filiorum verbo non cōtineri nepotes certius est: vnde qui filios exheredat, nepotes exheredes fecisse non videbitur [d]: odiosum enim hoc est: quod & in dispositione legis proditum est. Et ideo lex Iulia, quæ ius patri facit filiā adulteram occidendi, in nepote non habet locum [e]: idémque dū prohibet Senatori filiā eius ducere, qui artem ludicrā exercuerit: poterit enim in nepotis matrimonium conuenire [f]. Nam cùm leges huiusmodi merum odium filiorū & quidem principaliter sapiāt, meritò nepotes non continebuntur. Quòd si directò odiosæ non essent, aliud respondendum fuisset, vt in Senatusconsulto quo tutor pupillam sibi vel filio suo nuptui collocare prohibetur: nam nec nepoti quidem impunè collocabit [g]. Sed quid iuris esse dicemus, cùm testator filiis alienatione bonorum interdixit, an nepotibus quoque vetitum credemus [h]? Et non videri traditum est: huiusmodi enim prohibitio odiosa est, sed hæc conclusio aliquo modo restringenda est. Pone
7 institutos filios, & ne alienēt grauatos: si enim in verbis institutionis nepotes contineantur, cur non & in verbis prohibitionis comprendi debēt? Consentaneū

a l. Gallus. §. videndum. de liber. & posthum.

b l. si viua. C. de bo. mater.

c l. quòd si nep. de test. tu.

d l. i. §. quæritur. de ven. insp.

e l. patri. de adulter.

f l. lege Iul. de ritu nupt.

g l. S. consultū. de rit. nu.

h Gl. §. nos igitur. de rest. fi.

certè est, eadem verba eandem recipere interpretatio- nem: nec est verisimile voluisse patrem minus oneris nepotibus imponi, quàm filiis imposuerit. Et quod in hac † prohibitione diximus, in fideicommisso quoque 8 respondendum est vt fideicommisso filiis iniũcto, nepotes non contineantur[a], nisi sub iisdem verbis institutio substitutióque concepta sit: tametsi imprudẽter hac in re labi mihi Decius videatur[b]. Pone rursus, verba prohibitionis, heredibus filiis institutis, in rẽ cõcepta esse: vt quia dictũ est, veto bona mea vendi: quia volo, vt ad illos & illos perueniãt: videtur enim hóc casu esse etiã nepotibus interdictũ, & ita etiam censuit Alexander[c]: quod † multò magis dicendum est, cùm ratio dispositione generalior est: vt cùm quis prohibuit 9 alienationem filiis, quia volebat bona perpetuò in familia remanere: hoc enim casu omnes descendentes prohibiti censebuntur[d]. quod & responsum est, cùm testator fratris fidei commisisset, vt hereditatem filiis restitueret, quia mentis suæ erat, ne bona extra familiã peruenirent: petent enim fideicommissum nepotes quoque, & cæteri descendentes: & ita contrà quàm Iason responderat, ex facto iudicari vidi. In tertio casu, cùm de filiis alterius respectu disponitur, non cõprendi nepotes constat, nisi dura aliqua separatio induceretur, vt cùm quis ancillam cum filiis legat: tunc enim Papyrij Frontonis responsum, (cuius hîc Callistratus meminit) attendendum est: cùm non sit verisimile, voluisse testatorem à patribus suis filios separari[e]. Idem, si aliqua alia conjectura hoc suadeat, quales sunt quas suprà retulimus, quando aliàs actus effectum non sortiretur, vel absurdum aliquid consequeretur, vel consuetudo sermonis ita suaderet, & si quæ aliæ sunt similes[f]. In vltima specie concludendum est, quoties conditio, vel causa fauorem filiorum respicit, etiam nepotes eó sermone contineri. verbi gratia, Lex dicit[g], si mater filiis tutores non petierit, ius vendicandorum bonorum non habeat: illis enim verbis etiã quæ nepotibus tutores non petierit, ab hereditate repelletur: nam actus hic filiis ipsis fauorabilis est: quòd si de fauore filiorum principaliter non agatur, aliud est: vt in eo

a Dec. cons. ccxviij. ver. vltim.
b Cons. xcv.
c l. filiusfa. §. diui. j. suprà de leg. j. argu. l. peto. §. fratre. de leg. ij.
d l. pater fil. §. fundum. de lega. ij.
e l. vxorem. §. cõcubinæ. de leg. iij.
f l. alimẽta. § libertis. de ali. leg. it.
g l. ij. §. si mater. ad Tert.

in eo exemplo, cùm lex à tutela eum excusat, qui tot filios habuerit, non enim nepotes excusationis causam præstarent, nisi lex liberorum verbo vteretur[a]: principaliter enim hoc casu de patris, non autem filiorum fauore agitur: vnde cùm filiorum fauor non vrgeat, à proprietate verborum non recedimus, quæ in conditionibus maximè attenditur, & primum locum in casibus dubiis tenet[b]. Excipiuntur tamen aliquot casus, in quibus filiorum appellatione generaliter dicendùm est, nepotes non significari. Primus est in communi loquendi vsu: ex cõsuetudine enim aliter filios, aliter nepotes appellamus: & ita sentit Accursius[c]. Sed Doctores non adducunt, nisi probaretur huiusmodi consuetudo, nec ex sermone vulgari ad Latinum probabile argumentum deduci potest[d]. Secundus casus est, quoties lex ex aliqua causa significationem eius dictionis coarctat, vt cùm fructus in quartam, quæ ex Falcidia debetur[e], non imputari, quamuis testator iusserit, lex Iustiniani præcepit, subiicítque eo præcepto nepotes non alligari. Idémque in hoc responso, cùm leges necessarium ducunt cognationum singularum nominibus vti: quia non omnibus præstitum voluerint, sed his solis, quos nominatim enumerant: vt cùm diuus Pius constituit[f], ne liberi Decurionum vsque ad pronepotes torqueri possent: vel cùm vsque ad eũ gradum concedit lex ei succedi, qui incestas nuptias contraxerit[g], & si qua similia. Tertius casus est, cùm de filio non disponitur, ea solùm ratione, quia sit filius, sed etiam respectu alicuius qualitatis ei inhærentis: nam dispositio huiusmodi ad eum non refertur, cui ea qualitas nõ insit: veluti cùm lex filium spurium institui prohibuit: non enim existimabitur vetita institutio legitimi, ex filio spurio, nepotis: in eo enim qualitas illa deficit[h]. Idem in municipalibus statutis, quæ exclusa filia, filios masculos ad successionem admittunt, non erunt admitendæ neptes, cùm qualitas masculina illis desit: quod & ab Alexandro[i] responsum est in eo, qui filium primogenitum ad fideicommissi petitionem vocauerat. Quartus casus est, cùm sub alio nomine potest censeri magis propriè nepo-

a l. ii. §. hoc autem. de excu. tuto.

b l. Mæuius de condit. & demonst.

c Glo. insti. qui test. da. tut. § fin.

d Alex. consil. xxvi.

e l. iubemus. C. ad Treb. Decius cons. lxxxvii.

f l. diuo. C. de quæst.

g l. si quis incesti. C. incest. nupt.

h l. fin. de natu. lib.

i Cõs. cxxiii. in i.

tes vocatos, quàm sub nomine filiorum: vt si fratri
meo, & eius filiis, & descendentibus fideicommittam:
admittuntur enim prius filij quàm nepotes[a], tanquam
priùs nominati, cùm de nepotibus potiùs verbo de-
scendentis, quàm verbo filij actum censeatur: sub illo
enim propriè, sub hoc non nisi per interpretationem
continerentur: idque Dec. respondit[b], & mihi non di-
splicere suprà attestatus sum. Quintus casus est in cō-
tractibus: in eis enim fit interpretatio aduersus eum,
pro quo pactio concepta est[c]: & ideo si quis accipiat
emphyteuticum fundum pro se & filiis, nepotes non
admittentur[d]: & ita quamplurimis visum est, quæ
sententia apertissimè falsa est, cùm suprà traditum le-
gerimus, eum, qui pro se & heredibus huiusmodi fun-
dum conducit, etiam legare posse: atqui magis impro-
priè appellatione heredis legatarius comprenditur[e],
quàm filij appellatione nepos. Illud receptissimum est
clientem, cui beneficiarius fundus (feudum vocant) 11
pro se & filiis conceditur, etiam nepotibus, cæterísq;
descendentibus relinquere posse: hic enim contractus
*latissimam interpretationem propter beneficij na- 12
turam recipit[f]. Qua ratione idem & in donationibus
dicendum esset: fauorabilis enim hic contractus est.
Sextus casus est, cùm de filiis fit mentio ex proprio
corpore natis: nam videtur nepotes non contineri, &
hos præsertim, qui ex filiabus nati sunt: & sic ab ali-
quibus responsum comperi[g]. Sed in hoc opinatissimi
scriptores dissentiunt: sanguinis enim *continuatio in 13
nepte quoque est[h]: nisi igitur alia cōiectura adsit, quæ
nos in aliam partem deducat, promptius est vt pro
nepotibus pronunciemus[i].

a l. cùm ita. §. fin. de leg. ij.
b Consi. i. in fin.
c l. veteribus. de pact.
d Ias. §. instituens. l. Gallus. de lib. & posth.
e suprà l. proxi.
f Ias. d. §. instituens.
g Guid. pap. q. ccclij.
h Alex. l. ex facto. §. fi. ad Trebel.
i d. l. Lucius.

SVMMÆ.

1 *Restitutionis in integrum vis.*
2 *Falsum tutorem variè accipi.* 3.
5 *Nullitate nomen iuris extingui: quandoque diuersum, idque ex causis.* 11.
9 *Nullius facti nomen durare.*
12 *C. per venerabilem. explicari.*

LEX

LEX CCXXI.

1 PAVLVS. Quod † falso tutore auctore gestum est,
per in integrum restitutionem emendat prætor, &
quãti ea res est aduersus eum qui dolo fecit, actionem
2 dat [a]. Declarat † hîc Iurisconsultus, quis dicatur falsus
tutor: & eum esse interpretatur, qui verè tutor datus
non est: vel qui datus est, sed perperàm & inutiliter,
vt qui habenti alium tutorem datus est [b]: sicut & fal-
sum testamentum dicitur, quod nullum, vel inutile
3 est: idémque in modio iniquo. Hinc † accipi argumen-
tum potest, tutorem inutiliter datum, propriè tuto-
rem non dici [c], & ideo adiectione illa falsi distingui-
tur: vnde consequens est, vt hîc probetur quòd com-
4 muniter traditum est, quod nullum * est, actus nomen
5 propriè nõ habere, si actus iuris ciuilis sit: qua † ratio-
ne testamentum nullum, non est propriè testamen-
tum [d]: stipulatio nulla, non est stipulatio [e]: sententia
nulla, non est sententia [f]: quod non in iudicis solùm,
6 sed & in compromissis procedit. Sic & electio * nulla,
7 non dicitur electio [g]: & cessio * perperàm facta, non
habet cessionis nomen: & qui iurat se statuta obserua-
turum [h], de his quæ nullo iure valent, iurasse non in-
8 telligitur. Sic & * alienasse emphyteuta non dicitur,
qui venditione nulla, & non solenni distraxit. Quòd
9 si † nomina facti, non autem iuris sint, quod inutili-
10 ter actum est, propriè nomen seruat. Vnde * libel-
lus incertus, vel citatio inutilis [k], nomen suum seruãt,
licet in effectu non obligent [l]. Sic & episcopus inuti-
lis, vel hereticus, episcopus propriè est, tametsi perin-
de habeatur [m] ac si non esset. Eadem ratione etiam inu
tilis maritus [n], nomen mariti seruat, quamuis legis
interpretatione eius vxor orbata existimetur. Sanè
11 † plerunque accidit, vt etiam actus iuris sub vero no-
mine designentur, licet cassi & inutiles sint: quod quã
doque fit enuntiationis causa, vt cùm lex matrimoniũ
nullum, vel diuortium simpliciter suo nomine appel
lat [o]: quandoque per locum qui ex affectu dicitur [p],
vt cùm Titium rem suam emisse scribimus, nimirum
indicantes, hoc eum egisse, vt rem emeret: quandoque

a l. j. l. nouissimè. quod fal. tut.
b §. interdũ. inst. de cur.
c l. iij. de test. tut.
d l. ij. §. j. quemadmo. test. ape.
e l. i. §. sed si mihi. de ver. oblig.
f l. iiii. §. condemnatum. de re iudic.
g Bart. l. filium. de leg. præst.
h Feli. c. ex tenore. de rescrip.
i Bal. l. ai. de episc. aud. C.
k l. i. in prin. de fer.
l c. i. de præscrip.
m c. inter. de trãsact. epis.
n l. si. C. ad leg. Fal. de pla.
o l. quod Seruius. de cõd. causa da.
p l. Libertas. suprà eod.

actus sustinendi causa, vt cùm iussus est quis heredi-
tarium seruum manumittere, & deinde heres esse [a]:
sufficiet enim vel de facto manumittere, vt adire pos-
sit. Sed & lex Pontificia [b]: Rex, inquit, Cæsarem † in 6
dominum non recognoscit: quod de facto interpre-
tantur plerique: hoc enim verbum magis ad factum,
quàm ad ius refertur.

a l. mulier. §. j. de cond. inst.
b c. per venerabilem. qui filii sint leg.

SVMMÆ.

1 *Pecunia corpora, & iura contineri.* 2.
3 *Pecunia est quod possidetur, quandoque diuersum.*

LEX CCXXII.

PECVNIAE NOMINE. Pecuniæ † significatio 1
nem vario modo accipi [c], suprà demonstrauimus:
& quandoque latiùs patêre, quàm vt id quod innume-
rato est, solùm comprendat: mobilia enim & immo-
bilia complectitur, atque etiam iura, cæterásque huius
modi res incorporales: quapropter si tibi pecuniam,
quam Titius debet, donauero, actionem quoque do-
nasse videbor [d]: hinc adparet, † pecuniæ verbũ vniuer- 2
sale esse, vt meritò Senatusconsultum Trebellianum
in eo locum habeat [e], qui pecuniam omnem restituc-
re rogatus sit: de iuribus enim actum quoque intel-
ligetur. cuius rei rationem adsignat hanc Accursius:
quia omnes res in pecuniam conuerti possunt: ídque
IIII. Ethicorum Aristoteles sensit. Sed hac ratione
etiam cùm numum dicimus, aliud quàm quod in mo-
neta est, significaremus, párque esset numi & pecuniæ
notatio [f]: quod falsum est. Verius igitur [g] quod Au-
gust. in lib. de doctrina Christiana tradit, dum, Totũ [h],
† inquit, quod homines in terra habent, quorúmque 3
domini sunt pecunia dicitur: quia antiqui quod habe-
bant, in pecoribus habebant. Sanè restringitur hæc
significatio quandoque ex subiecto argumento. Pone,
in sermone hominis illiterati & idiotæ [i], facta est
pecuniæ mẽtio, intelligemus angustè de pecunia * nu- 4
merata [k], quã & vulgares denarios vocant, cùm dena-
rius propriè sit decem asses, hoc est, argenti drachma [l].

c l. pecuniæ. suprà eod.
d Bartol. l. si seruus. §. fin. de stipu. ser.
e l. nã quod. in fi. ad Trebellia.
f l. litigatores. §. quod ait. de arbitr.
g Ias. l. cũ his. de leg. j.
h i. q. iu. totum.
i Bar. l. vxorem. §. legauerat. de legat. iii.
k l. 1. ad Maced.
l Card. cle. exiui. §. porrò eod. titul.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Culpæ dolum inesse.*
2 *Legis, Contractus. de reg. iur. sensus.*
3 *Culpam dolo accedere ex causis.*

LEX CCXXIII.

1 LATAE CVLPAE. Culpæ † nomen generale est, & dolum quoque comprendit: qui enim dolo fecit, vtique in culpa est. Vnde qui promiserit damnum præstare, quod serui mei culpa contigerit, si quid dolosè deliquerit, vt quia furtum fecerit, resarcire quo-
2 que tenebitur. Solent † tamen Iurisconsulti [a], cùm culpam non præstandam simpliciter dicunt, de leui intelligere: lata enim cùm dolo proxima sit, ferè sem-
3 per præstanda est. Dicitur autem † dolo proxima duobus modis, aut quia præsumptam in se fraudem contineat [b], vt cùm non eam diligentiam in rebus alienis quis adhibuit, quam in suis: aut quia tam supina & inexcusabilis culpa est, vt tametsi non præsumatur fraus, parum tamen ab ea distet [c]: veluti cùm quis in
4 gratiam amici negligens fuit: licet * enim gratia & nimia facilitas excuset à dolo, proxima tamen illi est. Et ideo regulariter proditum est, cùm lex aliquem do-
5 lum * præstare teneri dicit, etiam de lata culpa intelligi: quod tamen quemadmodum accipiendum sit, infrà tractabimus [d]: Quis autem huius culpæ sit finis, id est, definitio, superius disputauimus. At leuis culpa sic definiri potest, vt sit negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quam cæteri patresfamiliàs solent, tametsi in suis minimè diligentior sit.

a l. contractus. i. tit. i.

b l quodNerua. depo.

c l. si procuratorē. in fin. mandati.

d l. magna. hoc tit. in l. eadem. 213. §. lata culpa.

SVMMÆ.

1 *Amicitiæ genera & effectus. 2. 3.*
5 *Testes amicos, visi in casibus eleuari: idque arbitrarium.*

1 §. AMICOS. Pluribus † modis accipitur amicitia: est enim quædam maxima, & penitus inherens animis inuicem se amantium, cuius multa exempla commemorat Lucianus in dialogo, qui Toxaris inscribi-

tur, quanquam Græci sic explicant σώματα ἐν δύο ψυχῇ μίᾳ, vt eadem anima duobus in corporibus esse videatur, quòd idem vterque velit, nolitque. Alia est, quæ hic describitur, non quidē tam ardens, sed tamen non leuiter coniuncta, & honesta cōsuetudine introducta: & de hac proditum est leges accipiendas esse, quæ cau sa amicitiæ aliquid indulgent [a], vel vetant: prior enim illa, cum Hesiodi Erigone ad superos (opinor) recessit, & nusquam in humanis habitat. Est & alia vulgaris, qua congerrones, idque genus socij etiamnum vulgò amicos se inuicem appellant: ea ex leui notitia contingit, & inter improbos quoque plerunque est. Sunt † au 2 tem arctissimæ illius amicitiæ causa pleraq; concessa, & quicquid cognationis fauore introductum est, id omne ad huiusmodi amicos extenditur [b]: quæ enim maior potest esse coniunctio? Hinc † aliqui tradiderūt, 3 liciti eius amoris ardorem, vim clausulæ codicillaris habere [c]: aliqui reuocationē clausulæ derogatoriæ inducere: quæ in priore testamento adiecta sit [d]: aliqui in substitutione fidei commissaria simpliciter facta hoc operari, vt amici sui filij substituto * præferātur [e]. Sunt 4 & qui sicut coniunctum, ita & amicum absque mandato ad agendum admitti crediderint [f]. Quæ omnia vera esse ego arbitror in priore illa amicitia, quæ vsque adeò nostris temporibus rara est, vt cuiusdam prodigij loco sit, si vsquam gentium reperiatur. Sed nūquid amicus ad testimonium admissus pro amico probet [g]? Et de fide diminui illi constat, & ideo ex numero testium conualescere posset, vt si, vbi aliàs duo sufficerent, tres amici reciperentur. Addunt † aliqui, tam im 5 mensam amicitiam posse deprendi, vt non solùm diminueretur, sed omnino eleuaretur [h]. Contra Bal. [i] cùm amicitia virtutis & fidei nomen sit, non esse admittendū, vt ppter eā fidei minus testi adhibeatur. Sed in hoc deuentum est, vt amicitiæ causam iudex inspiciat, & si ex societate otiosa, vel non multum egregia, nec seueris viris laudata cōsuetudine prouenisse deprenderit, summámque esse, nihil eis fidat, & ita arbitretur: magna enim affectio * veritatem prorsus impedit [k]. Nec 6 referet ad amicitiam se inuicem vnquam viderint aliqui,

a l. sciendū. §. si alicuius. suprà de legato.

b c. requisiti. de testa.

c Bald. l. si iure. C. de testam. manumiss.

d Rom. cōs. clxxix.

e Barb. l. cū acutissimi. C. de fideic.

f Ias. l. exigendi. C. de procur.

g l. iij. de testi.

h Felin. cap. quoties. de testib.

i Bald. l. eos. C. de testi.

k iij. q. v. accusatores.

qui, vel id minùs, cùm fama & bonis operibus sæpiùs
7 accidat [a], vt inter * ignotos quoque non vulgaris di-
lectio exoriatur. Sanè non omnis qui parcit, amicus
est [b], nec omnis qui verberat, inimicus, vt Augustinus
ait.

a xxix. q. j. cap. i.
b v. q. v. c. non omnis.

SVMMÆ.

1 *Vinctum vinculis quibusuis teneri.*
3 *Custodiæ acceptio multiplex.*
4 *Carcerandi causæ.*
6 *Carcerari quem posse ob æs alienum.*

LEX CCXXIIII.

1 VINCVLORVM. In * vinculis esse dicitur, quicun-
que vinctus est, siue publicè à magistratu, siue pri-
2 uatim, vt seruus domino. Custodia * verò † ad ius pu-
3 blicum pertinet, cùm quis in carcerem detrusus, vel
4 sub custodia magistratuum est. Potest † autem qui tri-
bunali præest, ex qualibet leuissima suspicione eum,
quem nocẽtem arbitretur, in carcerem ducere [c]: opor-
tet tamen qualemqualem vestigationẽ præcessisse, ne
iniuriam faciendi causa hoc mandasse videatur [d]: quo
casu grauaretur eius opinio, licet pœnam aliquam
non subeat. Solùm enim in ciuilibus receptum est, vt
5 iudex iniustè aliquem in carcere retinens, actione * in-
iuriarum conueniri possit [e]. Hinc apparet, cùm iudex
ordinarius à captura nocentis cœpit, non excusari
reum, quò minus in examine interrogatus sub sacra-
menti religione respondere teneatur [f], deliquerit, an
non deliquerit: alioquin lex ius capiendi non con-
cederet, si non, nisi præcedentibus indiciis, inter-
6 rogari posset. Accipitur † autem custodia pro car-
cere [g]: quoniam in illum rei non pœnæ causa, sed cu-
stodiendi mittuntur: vnde si effugient, custodes ipsi
tenentur: quoniam lex præsumit, non posse parietes
effringi [h], nec instrumenta huiusce rei causa haberi sine
eorum culpa: ídque & Aretinus [i] respondit. Accipitur
etiã custodia pro ipsis incarceratis apud Modestinũ [k],
ídque obseruatè adnotauit Accursius. An autem ob
æs alienum capi, & in carcerem detrudi quispiam pos-
sit? Peritiores negant, nisi fiscale sit nomẽ [l], cõtumaciá-

c Sali. l. nullus. C. de exhib. reis.
d Glo. c. fin. de accu. in vi. Bald. l. ii. C. de his qui lat.
e l. pe. C. qui bon. ced.
f Bar. l. Marcellus. rerũ. amot.
g l. ad cõmentariẽsem. C. de cust. reor.
h l. carceri in fi. de cust. reor.
i Are. consil. xxxviii.
k l. custodias suprà de pu. iud.
l l. nemo. car. C. de exa. trib.

que accesserit: vel nisi aliquis iam condemnatus sit, quo casu cedendo bonis liberatur [a]. At olim lege duodecim Tabularum aliud erat, cui per desuetudinem rectè derogatum fuisse, apud Gellium Cæcilius Iurisconsultus disputat.

a l. j. C. qui bon. ced.

lib. 20. cap. 1. noct. Attic.

SVMMÆ.

1 *Venditori obseruanda.*

3 *Fugitiuum animo actúque spectari.*

6 *Minas damnationi, quæstionive non sufficere.*

LEX CCXXV.

FVGITIVVS. Qui † mancipia vendunt, ex edicto Ædilium curulium certiores facere emptores debent, seruus fugitiuus, an erro sit [b]. Sunt autem Errones, * hi, qui à domino recedunt, vt cùm vagati aliquandiu fuerint, reuertantur: sic apud Ouidium Sappho Phaonem appellat: 1 2

b l. j. l. quis ff. de ædil. edic.

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.

Licet eius loci interpretes grammatici id iuris verbum non perceperint. Sanè † ostendit Iurisconsultus, solam mentem propositúmque fugiendi non sufficere, vt fugitiuus quis dicatur, nisi & aliquis actus fugæ accesserit. 3

IACTAVERIT. Verba * enim iactatoria non obligant, & nullius effectus sunt [c]: Vnde * & si quis iactauerit, se Titium occisurum, quamuis deinde constet fuisse occisum, non tamen aduersus iactatorem illum præsumetur, vt condemnari possit, sed solùm poterit quæstioni subiici [d]. Quid si homine occiso, gloriosulus aliquis inter congerrones suos iactauerit se eius criminis auctorem? Et putauerim non sufficere id quæstioni, nisi aliæ cõiecturæ accedant, vt quia inimicus eius esset, vel alioquin percussor, & reprobæ vitæ: nam & confessio extra iudicium habita, tanti non est, vt ex ea solùm torqueri quis possit [e]. 4 5

c l. fina. de hered. insti.

d l. metum. C. de hisqua vi met. cau.

e l. capite. suprà de adult.

ALIAS SIGNIFICATIONE. Quantum sit respectu Dei, vt Accursius exponit. Quoniam apud Matthæum scriptum est [f]: Qui viderit mulierem & concupiuerit, iam mœchatus est in corde suo. Ego † non arbitror 6

f xxxij. q. v. qui viderit.

Ethnici

Ethnici scripta ab Euangelio interpretationem accipere. Satius igitur est, vt de eo loco intelligamus, quẽ κατὰ τὴν προαίρεσιν Hieronymus appellat Grammatici ab adfectu vocant Cicero in Aratæo carmine:

Vt quondam Orion manibus violasse Dianam.

Id est, violare appetisse. Vergilius:

Galli per dumos aderant, arcémque tenebant.

Id est, adfectabant tenere. Qua figura & adulterum, & furem, & aleatorem dicemus, qui horum criminum adfectatores fuerint.

7 ASSVMPTO ACTV. Id * est, ab actu quem facere cœperit, & per eum non stetit quò minus faceret, vt Oldradus ait.

SVMMÆ.

1 *Culpa genus multiplex.*
2 *Testimonium incertum nullum.*
3 *Culpa lata, nisi in casibus dolus.*
6 *Culpam quamlibet contractus mutuæ gratiæ admittunt.*
7 *Doli, culpæ, præstationis concursus: ex causis alterum præstari.*
8 *Leuis & leuissima culpa locus. 9.*

LEX CCXXVI.

1 MAGNA NEGLIGENTIA. Negligentia † simplex est, quam culpam leuissimam vulgò vocant. Culpa verò cùm simpliciter in lege ponitur, pro ea accipitur, quæ leuis est: id enim inter leuissimam, & latam mediũ est, & hoc nisi subiecta materia repugnet.

2 Idem † in testibus, qui si culpã interuenisse in contractu profiteantur, propter incertitudinem non probant [a]: debuerunt enim declarare expressiùs, an de leuissima, leui, vel lata intelligerent: & hoc Cornæo visum est [b]. 3 Magna verò, vel † lata culpa, dolus est, intellige, præsumptus. Nam vero dolo lata culpa solùm proxima est. Appellatur & quandoque in iure hæc culpa latior, ea ratione, qua comparatiuum pro positiuo scribimus [c], vt apud Vergilium: [d]

Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes.

Cùm igitur lata culpa dolus sit, consequens est, vt quælibet dispositio, qua dolum malum duntaxat præ-

a Alexan. l. si mora. sol. matr.
b Corn. consi. vij. in 1.
c l. quod Nerua. de posi.
d *lib. prim. Æneid.*

LL

stari tradatur, etiam de lata culpa intelligatur [a]. Quod
ego verum esse arbitror, præterquam in lege Corn. de
sicarijs [b]: qui enim ex lata culpa eo crimine delique-
rit, non illius legis pœna, sed leuiùs punietur. Quo
exemplo responsum est, cùm ex statuto pœna mortis
homicidæ irrogatur [c], nisi quis se defendendo occi-
derit, nihilominùs eum quoque non contineri, qui la-
ta culpa, non autem dolo deliquerat: ídque receptis-
simum est. Addunt alij idem esse generaliter, vbi agi-
tur de pœna etiam pecuniaria, & lex mentionem ex-
pressam doli facit: tunc enim non sufficere latam cul-
pam [d]. Quapropter vt iuramentum in litem defera-
tur aduersus eum, qui in culpa lata solùm est, obtine-
ri nequit [e]. Idem in eo dicendum, qui sententia iudi-
cis infamia notatur [f]: hoc enim in solius doli vltio-
nem concessum fuit. Sed & qui in lata* culpa est, verè 4
malæ fidei non est [g]: at qui in dolo est, ipse est malæ fi-
dei.* Quapropter & in integrum restitutio hoc casu 5
non conceditur [h], quam tamen & maximè negligen-
tes solent impetrare. Sanè quemadmodum in contra-
ctibus culpa præstanda sit, longa est disputatio, quæ
tamen paucis finiri sic potest, vt distinguamus, aut v-
triusque causa ineantur contractus, an dantis tantùm,
an accipientis. In priore casu † non solùm lata, sed & 6
leuis culpa præstanda est: quod in venditione, pigno-
re, dote, emphyteusi, locatione, societate dicendum
est [i], nisi res locata friabilis sit, & quæ facilimè fran-
gitur [k]: tunc enim & leuissima culpa præstabitur.
Sed & si quis socium negligentiorem adsumpserit, sibi
imputet: non enim quicquam præstabit, dum in suis
rebus diligentior non fit [l]. Sequentis † speciei contra- 7
ctus solùm dolum & latam culpam recipiunt [m].
Quapropter qui depositum accepit, leuis culpæ non
damnabitur: cùm enim sua gratia contractus initus
non sit, sed aliena, æquum visum est vt solum dolum,
seu latam culpam præstaret. Qua ratione si contra na-
turam commodati [n], gratia commodantis solius con-
trahatur, leuis culpa non oberit. Non tamen hæc † per- 8
petua sunt: nam in mandato etiam leuis culpa quan-
doque præstabitur [o], vt cùm res de qua mandatum est,
medio-

a l. contractus. infrà titul. j.
b l. in lege Cornelia. supra ad legē Corne. de sicar.
c Card. c. lator. de hom.
d l. ij. §. sed & si supra. vi bo. raptorum.
e l. in actionibus. de in iurando.
f §. suspectus. insti. de suspe.
g l. sed & si. §. scire. de per. heredi.
h l. vbi. de eden.
i d. l. contractus.
k l. si merces. §. qui columnam. locat.
l §. fin. insti. pro soc.
m d. l. contractus.
n l. si vt certo. §. interdū commod.
o d. l. contractus.

mediocrem diligentiam requirit. præstabitur & leuissima, cùm natura negotij exactissimam industriam postulat, vt in procuratore ad lites [a], & præfecto Liburnicarum: qui enim huiusmodi mandatum suscipit, se ad mandato idoneum penitus profiteri videtur: & ita Alex. respondit [b]. Negotiorum quoque gestor, leuis culpæ nomine conuenietur: cùm enim se sponte offerat, mediocrem diligentiam præstare debet [c]. In tutelæ quoque contractu, quo minoribus magis sucursum esset, leuis culpæ nomine agi posse placuit, nisi in exactione nominum cessatum esset [d], vel in prædiorum emptione captio fuerit: tunc enim solum lata culpa gestũ resarciet [e]. Sed & tutorũ heredes ex lata culpa

9 solùm cõuenientur [f]. In vltimo casu receptũ est, etiam leuissimæ culpæ rationem reddendam, vnde commodatarius sic condemnabitur: cùm enim ob eius gratiam contractus initus sit, debuit diligentissimus esse [g]: ne beneficium commodanti damnosum fiat. Quod & in contraria actione depositi & mandati eadem ratione receptum est [h]. In precario tamen, solùm latæ culpæ periculum subeundum est: sibi enim imputet dominus, qui statim precarium non reuocet [i], si accipientis diligentiam suspectam habeat: nam postquam reuocauerit, si mora facta fuerit, de leuissima quoque iudicium reddetur [k].

a l. ä procur. C. mand.
b l. Alex. cõ. si. xlj. in iij.
c l. tutori. C. de neg. gest.
d l. ij. C. arb. tut.
e l. tutor per. §. ij. de admin. tut.
f l. j. C. de hered. tut.
g §. item is insti. quib. mod. re.
h l. si seruus. §. iustiss. de furtis.
i l. quæsitum. §. illud. de precar.
k d. §. ex hoc. & §. seruitum.

SVMMÆ.

1 *Edictum vnde legitimi, explicari.*
2 *Heres proximus in edicto intelligendus, ex causis etiam remotior.*
5 *Substitutus coniuncto potior.*
6 *L. Ex illa. sensus.*

LEX CCXXVII.

1 EX ILLA. Verba edicti vnde legitimi à prætore vocantur [l], sunt, EVM QVEM SI HEREDEM ESSE OPORTET, SI INTESTATVS MORTVVS ESSET, BONORVM POSSESSOREM FACIAM. Quibus verbis is agnatus cui iure ciuili hereditas delata

l j. vnde leg.

esset, ad bonorum possessionem à prætore admittitur. Vnde cùm † eius agnati heres, aut non æquè proximo, aut nullo penitus gradu eum, qui intestatus mortuus est, contingat, meritò à bonorum possessione reiicitur, sicut & ab hereditate repelleretur. Sicque verbum illud, heredis, in edicto prætoris ad proximum tantùm refertur. In casibus tamen, in quibus ius agnoscendæ bonorum poss. ad heredem trãsmittitur, videretur heredem quoque heredis contineri [a]: vt cùm intra terminum deliberandi legitimus heres moritur [b], nisi tunc eum hoc edictò non vocari, sed aliarum constitutionum extensione dixeris, quod magis probo. Alius est etiam casus, quo proximus tantùm heres intelligitur, in illa videlicet substitutione: Quisquis mihi heres erit, Titio filio meo, si pupillus moriatur, heres esto. Cuius rei illa est ratio quòd substitutionis * pupillaris spes ad heredem non transmittitur [c]. quapropter si iuri accrescendi coniuncta sit, aliud esset: cùm enim ius * accrescendi non personam, sed rem respiciat, heredi quoque heredis portio accrescit [d]. Et † ideo in proposita substitutionis specie, si pupilli coheredem adiisse proponatur, deinde pupillum mortuum, eius quoq; hereditas illi necessariò accrescet [e]: quod procedit etiam si ante pupillum coheres iste decesserit: qui enim ei succedet, pupillo quoque succedet, ne diuersum ius inter ipsum & eius auctorem inducatur: absurdum quippe esset, primum heredem potuisse cogi, eius verò successorem non posse, & melioris fieri cõditionis, idque in pupilli damnum, cuius interest ex testamento, quod ei facit pater, adiri hereditatem [f]. Vnde cùm de fauore eius agatur, hereditas eadem cum paterna censetur [g], & altera alteri accrescit, tametsi verè duæ hereditates sint. Quod autem subiicitur, † hac substitutione scriptum heredem solùm comprendi, hoc significat, vt nec per filiumfamilias pater, nec per seruum dominus admittatur, non enim illis adfectus fuisse testator videtur, sed eis solùm quos nominatim scripserat, cùm domini vel patris spes in huiusmodi acquisitione incerta sit. Quid enim si ante quæsitam hereditatem filius vel seruus de manu

Right-margin numbers: 2 (line 2), 3 (at "substitutionis *"), 4 (at "ius * accrescendi"), 5 (at "Et † ideo"), 6 (at "† hac substitutione").

a l. emancipata. C. qui adm.
b l. eum antiquioribus. C. de iure delib.
c l. sed si plures. de vulg.
d l. si ex pluribus. de suis & leg.
e l. qui patri. de acqui. he.
f l. si pupillus. de acqui.
g l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoff. test.

† l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. et pup. subs.

de manu exeat [a]? Quid si nullis minis, nullis precibus compelli possint, vt adeant? Sed de hoc latius suprà à nobis tractatum est [b].

a l. cùm prӕponas. C. de hered. inst.
b l. sciendū. suprà eod.

SVMMÆ.

1 *Vrbium conditio varia.*
2 *Coloniarum & municipum discrimē, ius, vsúsve promiscuus.*
3 *Municipij faciundi modi.*

LEX CCXXVIII.

1 MVNICIPES. Vrbium † quæ Romano imperio subiiciebantur, varia fuit conditio: vt enim stipendiarias & fœderatas omittamus, earum quæ ius ciuitatis Romanæ habebant, aliæ coloniæ, aliæ muni-
2 cipia dicebantur. Coloniæ † erant, in quas ciues Romani habitatum deducti erant, agérque eis assignatus: solebant autem deduci veterani, & pro diutinorum laborum mercede, vnde senectutem tolerarēt, iugera bina accipiebant. Causa deductionis erat, vel infrequentia vrbium, vel pœna, qua veteres coloni malè de Republica meriti, mulctabantur. Hæ Coloniæ tanquam quædam vrbis Romanæ effigies, paruáque simulachra erant: metropolis enim suæ legibus necessitatibúsque adstringebantur, & ideo magis obnoxiæ, quàm municipia, licet propter auctoritatem amplitudinémque Pop. Romani maiore in honore essent: vnde & in præmium ius Colonicum quibusdam prouincialibus quandoque tributum fuit, vt Berytensibus, & Ælio
3 politanis [c]. Municipes † igitur aliquanto melioris erant conditionis, quòd videlicet suis legibus, suísque moribus viuerent, & nihilominus ciues Rom. essent, honoréisque in vrbe Romana capesserent, & sicut cæteri suffragiorum ius haberent, vnde & nomen sumpserunt, ab eo videlicet, quòd honorarij muneris capaces essent, licet onerum necessitatibus non adstringerentur, vt libro. xvi. Aul. Gel. diffusiùs explicat: atque ita intelligenda sunt Vlpiani verba, dum propriè municipes appellari tradit [d], qui in ciuitatē Romanam adscripti sunt, vt munera nobiscum faciant. Sed nunc abusiuè municipes dicuntur, suæ cuiusque ciuitatis

c l. j. de censib.
Aul. Gell. lib. 16. noct. Att. cap. 13.
d l. j. ad municip.

ciues. Vnde Puteoli, & Capua, licet Coloniæ Romanorum essent, tamen κατωχρηστικῶς municipia nuncupabantur, & earum vrbium ciues se vicissim communicipes appellant. Conciuem enim Latinam vocem non esse, plerique arbitrantur, exemplo Græci sermonis συμπολίτης. Fiunt autem municipes aut natiuitate, siue origine, vt quia ab eo municipio aliquis originem ducit. Idem si pater eius: paternam enim patriam sequi filios legitimos receptum est [a]. Aut manumissione: quoniam liberti patroni sui patriam acquirunt [b]: vnde manumissi hodie ciues Romani fiunt. Aut adoptione, vt quia alienigena à patre Florentino adoptatus sit, fiet enim municeps Florentinus. Quo exemplo receptũ est, vt Monachus, vel Canonicus, vel Rector, eius * vrbis municeps censeatur, in qua iure sacerdotij necessariò residet. Quód & de milite fatẽdum est [c]. 4
Illud non prætereundum, P. Mario, L. Asiano consulibus factum fuisse Senatusconsultum, ne simulata adoptio in vlla parte publici muneris iuuaret: censeríque simulatum, cùm beneficia sortiti, statim emittunt manu, quos adoptauere, vt Corn. Tacitus lib. xv. scribit. Allectione quoque creantur municipes, cùm Respublica aliquem eligit [d], & in ciuem adsumit. Quòd si actum sit, vt qui allectus est, ab omnibus sit muneribus immunis, non ideo tamen minus municeps est, nisi etiam ab honoribus excludatur: tunc enim abusiuè municeps dicetur.

a l. adsumptio. ad munici.

b l. 5. C. de lat. lib. tol.

c l. municeps §. fin. cod. tit.

d l. ciues C. de incol. lib. x.

SVMMÆ.

1 *Agere, verbi composita & differentiæ horum.*
2 *Transigere variè sumi.*
4 *Litis finitæ exceptio multiplex.*

LEX CCXXIX.

TRANSACTA. Agit, † qui in iudicio prosequitur id, quod sibi debetur. Ab hoc verbo deducuntur exigere, peragere, transigere Exigit, qui quod iudicio prosecutus est recipit. Peragit, qui obtinet: vnde peregisse reum dicitur, qui damnauit. Transigit, † qui actionem sibi competentem [e], siue instituta, siue instituenda 1 2

e l. 5. de trãs.

stituenda sit, aliquo accepto causa concordiæ omittit. Hæcque transactionis vera & stricta est significatio: generaliter tamen etiam accipitur pro quocunque actu quo concordia inducatur, vel ab obligatione recedatur[a], vel ad finem aliquid ducatur. Vnde transigere ætatem Plinius dixit: sic & transigere æuum, transigere diem dicimus. Igitur in Senatusconsulto, quo transacta, finitáve rata maneant[b], cautum est: transacta generaliter accipiemus, etiam quæ sine controuersia facta sunt. Cur autem specialiter potiùs vox hæc accipiatur, dubitari potest: an quòd particula, ve, subdisiunctiuæ vim habet, & eodem sensu intelligendam ostendit, quo & finita intelligitur? an quòd nulla est ra
3 tio, cur magis in specie accipiatur? Nec enim * solùm rata esse debent, quæ iusta transactione sopita sunt, sed & quæcunque alio modo finem habuerunt. Qua-
4 propter† vulgò dicimus[c], litis finitæ exceptionem, si, ne vlterius procedatur, opposita fuerit, contestationem impedire. Sunt autem huiusmodi exceptiones nō hæ tantùm, quæ hîc enumeratæ sunt, rei videlicet iudicatæ, vel transactæ, vel vsucaptæ, sed etiam multæ aliæ: vnde generaliter proditum est, quamcunque exceptionem peremptoriam, qua euidenter & incontinenti constare possit, non potuisse reum in ius vocari, litis contestationem impedire[d]: veluti, quoties constat actionem nullam actori competere, vt quia lex dicat, eius rei nomine actio nulla petitióve sit[e]. Idem si agētis nihil intersit, vel in criminalibus accusationibus ex exceptione obiecta factum impunibile reddatur[f], ídque protinus appareat. Nam recepti iuris est, nul-
5 lam exceptionem, etiam rei * iudicatæ, litis contestationem & causæ statum impedire, nisi statim probari possit, ídque se facturum reus recipiat. Quæ enim altiorem indaginem requirunt, post iudicium acceptum reseruantur[g].

a l.i. de pact.
b l.j. in fi. ad Tertul.
c c.j. de lit. conte. in vj.
d Bart. l. eleganter. §. si quis post. de cond. indeb.
e l. mater. de inof. testam.
f l. si seruus. C. de his qui ad eccle.
g Bar. l. nam postea. de iniur.

SVMMÆ.

2 *Legis, Vt sunt. sensus.*
3 *Præscriptionis definita origo.*
4 *Vsucapiens quæris verum dominium.*

LEX CCXXX.

VT SVNT. Enumerantur † hîc tres exceptiones, 1
quæ litis conteſtationem impediunt, ſi à reo ſint oppoſitæ, quia litigare ſe velle neget: tanquam res minimè dubia ſit, quam finitam eſſe iam conſtet. Quòd ſi ſimpliciter ſe non debere aſſerat, litémque conteſtetur, tunc in vim peremptoriarum obiicientur, cognoſcétque iudex, & diffinitiuè pronuntiabit. Sanè † an- 2
notandus eſt loquendi modus, dum Iuriſconſultus finita intelligit, quæ longioris temporis ſilentio finita ſunt: quibus verbis per vſucapionem negotium finiri ait, non autem dominium acquiri. In quo articulo à noſtratibus Doctoribus diu diſputatum fuit[a], in hócque tādem deuentum, vt vſucapione directum dominium, præſcriptione vtile solùm acquiratur. Eſſe autem vſucapionem in rebus mobilibus, præſcriptionem in immobilibus. Quæ ſententia omnino mihi non placet: paſſim enim veteres vſucapionem appellant, etiam immobilium rerum[b]: ídque & Iuriſconſultorum verbis, & ex xij. tabularum lege, cæteríſque auctoribus, & M. Cicerone, præſertim in Topic. probari poteſt. Præſcriptionem † verò aſſumere propriè viden- 3
tur pro exceptione ipſa, quæ ex vſucapione deſcendit: & ideo rectè, iudicio meo, definiuerunt veteres, præſcriptionem eſſe exceptionem, quæ ex temporis lapſu ſubſtantiam capit, & actioni obiicitur[c]. Licet Neoterici futilibus quibuſdam argumentis diſſentiant. Igitur per † vſucapionem acquiri verum & directum domi- 4
nium, ſiue mobiles ſint res, ſiue immobiles, ego arbitror. Et cùm dominiũ ſit iuris, non eſt dubium, poſſe auctoritate legis propriè & verè transferri. Nititúrque ea ratione lex, quòd qui vſucapi rem ſuam permittit, præſtare conſenſum tranſlationi videtur[d], alioqui nec mobilium rerum vſucapio vnquam procederet, cũ inuito domino cōtrectatæ res, vitio reali, id eſt, furti afficerentur: quo caſu lex Attinia vſucapionem inhibet. Cùm ergo in huiuſmodi rerum vſucapione ceſſante odio furis interpretetur lex acceſſiſſe conſenſum, meritò dubitandum non eſt, directum dominium acquiri:

a In rubri. de præſcript.

b l. iii. ſi fur. in fin. l. eum qui. de vſuca.

c xvi. q. iii. in ſumma.

d l. alienationis. ſupra eo.

quiri: in rebus autem immobilibus, cùm aduersus sciẽtem & negligentem vsu quis acquirit, eademratio suadet, vt idẽ credamus. In ignorante magis dubitari posset: sed tamen tum quoque propter auctoritatem legis verius est, directũ trãsferri: licet ratione naturali perspecta, quandoque dicatur vtiliter aduersum eum præscribi[a], idque eius effectus est, quòd re huiusmodi ad extranei manus delata posset naturalis dominus vẽdicatiõe vti, nec admitteretur possessor, qui ab alio vsucaptum esse affirmaret: quid enim ad eum pertineret, de iure alterius disceptare? Illud vulgò cognitum, qui
5 cum mala fide* vsuceperit, nullũ dominij ius acquisiuisset[b], sed sola exceptione defendi: cæterùm iure Pontifi. nec vsucepisse intelligitur[c].

a l. j. in fi. de aqua plu. arcen.

b l. si quis empt. §. j. de præscri. xxx.

c cap. fin. de præscript.

SVMMÆ.

2 *Natum fingi suo quem, non alterius commodo.*

3 *Lupam prægnantem capi vnicum præmium deberi.*

4 *Liberorum ius de natis solùm accipi.*

5 *Prægnantis priuilegiorum causa.*

LEX CCXXXI.

QVOD DICIMVS. Superiùs traditum fuit, eũ qui
1 in vtero est haberi pro * nato: quæ regula hîc declaratur, vt vera sit, quoties de eius vtilitate quæritur: aliis enim non prodest, nisi natus sit. Quapropter in il
2 la conditione † fideicommissi, si rex Parthorum sine liberis ex se legitimè natis decesserit, talis respublica sit heres: respondit Bald.[d] qui in vtero tempore mortis fuerit, non esse impedimento, quo minus euenisse conditio videatur: hîc enim non de ventris, sed de heredis cõmodo agitur. Quòd si is heres qui grauatus est, ipse posthumi pater sit, aliud mihi videretur: interest enim haud dubiè eius, qui in vtero est, vt pro nato habeatur, síque paternam hereditatem locupletiorem habeat: quòd & Aretinus[e], licet alia ratione motus, pro
3 bat. Cæterùm † ex hoc responso tradunt plerique, si ei, qui lupum ceperit, aliquod præmium cõstitutum sit, venatorem à quo lupa prægnans capta fuerit, nõ vltra vnicum præmium consequi posse, etiã si deinde enixa

d Bald. l. qui in vtero. de statu homin.

e Aret. l. qui filiabus. de leg. j.

plures lupulos ediderit: hoc enim casu nō de lupulorū, sed de venatoris vtilitate agi. Quod vt verum arbitror, ita constanter negauerim, fictionem hanc in brutorum partu locum habere: solius enim hominis causa introducta est, nec æquitas vlla subest, vt in belluis eadem fingamus. Et quod diximus, in aliorum commodum non fingi, intelligendum est, vt nec patri quidem prosit: nam † vt ius trium liberorum interim 4
habeat, haudquaquam satis est duobus natis, alium in vtero adhuc esse: ídque diuus Seuerus constituit[a]. Quocirca nec * matri quidem proderit, quæ licet præ- 5
gnans puniri summo supplicio nequeat[b], & ventris nomine in possessionem mittatur[c]: non tamen hoc ideo est, quia iam peperisse fingatur, sed quia qualiscunque futura est spes in lucem prodituri hominis extinguenda non fuit. Subest autem spes illa à conceptionis* die vsque ad decimum mensem: dicitúrque con- 6
ceptus infans, post infusum semen: ab eo enim tempore post decem dies dolores capitis: vertiginésque oculorum mulieri oriuntur, indicium scilicet, vt Plinius inquit, inchoati hominis: motus verò in vtero quadragesimo fit die: sícque & omnibus antiquis, & etiā Iurisconsultis conceptum accipi dubium non est: licet recentiores aliqui, solùm quadragesimo die conceptum infantem dici opinentur[d]: tunc enim infundi illi animam. Sed Physicorum celeberrimi quadragesimoquinto in maribus id fieri prodiderunt, longiore in fœminis termino. Empedocles, Diogenes, Herophilus, dum in vtero sit, propriam animam non habere vllam existimauerunt, sed matris virtute agitari. Orthodoxi auctores animam formato iam in humanam effigiem semine, à Deo creari, infundíque receperunt: quo autem tempore corpus ipsum formetur, in mediū reliquerunt: quod & nos facturi sumus, cùm id ad Iuriscon. minimè pertineat, qui, vt diximus, conceptionē ab infuso semine appellant, non à conformatione quæ in vtero fiat: quandoquidē & inter ipsos Philosophos hac de re minimè conuenit, variis Empedoclis, Asclepiadæqu e sententiis, quarum libro de placitis philosophorum quinto, Plutar. meminit.

a l. ij. de exc. tut. §. remissis.
b l. prægnantis. suprà de pœnis.
c l. j. suprà si mul. ven. nomin.
d in auth. de restitu. & ca. §. vnum.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Delati in censum varia æstimatio.*
2 *Aureum variè æstimari.*
3 *Denarij pondus & æstimatio.*

LEX CCXXXII.

HAEC ENVNTIATIO. Quoties ita loquimur,
1 Quod in † cẽsum detulit Titius, pluris est aureorum xxx. id significare potest, non solùm quantitatem triginta aureorum in censum relatam, sed etiam tantũ rerum, seu corporum detulisse, quantum æstimatio triginta aureorum efficere potest. Superiùs † autẽ admonui in Cæsarum constitutionibus ita taxari aureum[a], vt septuaginta duo aurei librã conficiant: licet aureus, qui hodie in vsu est, minoris sit æstimationis, cùm nonaginta sex ex eis libra contineat. Vnde aliqui censuerunt, tametsi constitutũ sit, donationem vltra quingẽtos aureos, aut solidos, nisi insinuata sit[b], non valere, eã tamẽ in qua DCLXVI. nostrates aurei erogati sint, valere: & ita Ange. & Ias. visum est[c]. Nobis videtur au-
3 reum, quo hodie vtimur, ex † generali omniũ populorum consuetudine, esse veteri illi subrogatum: & ideo quæ de solido in iure ciuili cauta sunt, ad nostrũ hunc, quãuis leuioris sit ponderis, referenda. Nam & in præsentia propter temporũ qualitates, pauperiores sunt ciues, quàm olim essent[d]: & ante eas constitutiones, cùm Romanũ floreret imperium, cõstat grauioris ponderis aureos numos signari solitos. Sunt & qui denarios aureos variæ æstimationis quoque signatos fuisse crediderint, idémque arbitrãtur denarium & numũ esse[e]. vulgarísque sermonis argumẽto vtuntur: qua in re vulgarem ipsi doctrinam planè ostendũt. Denarius
4 enim * argenteus solùm erat ponderis drachmæ, quatuórque sestertiis numis censebatur, hoc est, æris assibus decem, vnde. & nomẽ sumpsit. Tritiora sunt hæc apud rei Latinè peritos, quàm vt auctorum tibicinibus sit opus: apud Græcos tamen dubium non est; auream quoque drachmam signari solitam, quam à similitudine ponderis Plinius quidoque [Greek] denarium appellat.

in l. etiam aureos. 159. ff. eod.

a l. quotiescũq. C. de suscep. lib. x.

b l. sancim[us]. ait, l. sique C. de donat. pro redemp.

c Iaso. l. i. § actione. in fi. ex his. in fin. que coruqui de verb. obl. & l. sanci mus.

d §. institut. de sac. lib.

e Docto. in l. quæ extrinsecus. de verb. obligation.

SVMMÆ.

1 *Calumniandi modi.6.*
2 *Cauillatur, qui decipit: causámve vltra ius protrahit.*
4 *Latrunculatorum abusus.*
5 *Reus non conuictus post biennium non repetendus.*

LEX CCXXXIII.

* in Pand. Flor. Si caluitur.

SI CALVMNIETVR *. Arbitror enuntiatiuè verba hæc posita esse, & (vt recentiores Dialectici dicunt) materialiter. Interpretatur †autem ea Iurisconf. 1
vt calumniari idem sit, quod per moras & frustrationes negotium differre, vel per fraudem alios litibus vexare. Idémque & cauillari †dicitur: vtrunque enim 2
verbum ab antiquo verbo caluire deducitur, quod decipere significat, & frustrari: tractà à caluis metaphora, qui eos frustrantur, à quibus per capillos prendi videntur. Quæ autem mora calumniæ præsumptioné inducat, sic definiri potest, vt qui in termino accusationi prosequendæ arbitratu iudicis constituto, non adest, cauillari videatur [a]. non debet autem is terminus esse longior, quàm vt intra biennium causa expediri possit: is enim est* instantiæ criminalium finis, si- 3
cut triennium in ciuilibus [b]. Et ideo bis †errant vul- 4
gares latrunculatores, qui si reũ conuincere nequeãt, eum, rebus sic stantibus, absoluunt, vt quandocunque vel minima coniectura ducti, rursus in carcerem trudant. Nam, elapso †biennio, inquietari ampliùs non po 5
test: & cùm accusatori statutus est terminus probationum recipiendarum causa [c], si probatum non sit, definitiuè reus est absoluendus, non autem ea forma, quã concussores, & δημοβόροι iudices repererunt.[d] Sanè †& 6
qui de re minima litem criminalem orditur, videtur non absurdè calumniator posse appellari [e]: exemplo Atheniensium, qui huiusmodi homines Sycophantas vocabant, quòd propter subreptos ficus, minimáque huiusmodi detrimenta, capitalem quæstionem excitarent. Quapropter si qui collitigant de re minima, & vicissim longas ambages, tricásque accumulant, non de vtilitate soliciti, sed vt aduersario noceant, putauerim

a l. qui crimen. C. de accus. *de his qui accus. non poss.*
b l. i. C. vt int. cert. tẽp.
c l. properãdum. §. & si quidem. C. de iudic.
d Imol. c. i. de offic. ord.
e l. fustibus. C. de infam. *ex quib. caus. infam. irrog.*

rim

rim partes religiosi iudicis fore, vt ceu cauillatores eos reiiciat, actionémque deneget.

SVMMÆ.

1 *Votum pia promißio.*
2 *Vota variè concipi, eorúmque genera.* 3. 5.
4 *Votorum origo, & nota.* 6.

1 §. POST CALENDAS. Votum, † est alicuius faciendi, vel non faciendi, versus Deum deliberata & iusta promissio. Solebant autem veteres quamplurima vota pro principe nuncupare. Concipiebantur vota anniuersaria ob diem Imperij, cùm videlicet ad imperium princeps assumptus esset, quorum & in iure mentio habetur [a]. Imperatori Vespasiano diem Imperij fuisse Calendis Iuliis, eúmque in posterum celebratum, apud auctores traditum extat. Concipiebantur ob salutem principis à sacerdotibus & Consulibus, idque post tertium diem Calendarum Ianuariarum, vt hîc dicitur: pertinebátque in prouinciis hæc cura ad præsides, qui commilitonibus & Prouincialibus præibant vt, Cæcilius Plin. lib. x. Epistol. est auctor. Calendis ipsis, non autem post tertium diem hæc vota suscipi Cornel. Tacitus libro quarto sentire videtur. Idem Tiberium ægrè tulisse tradit, quòd Pontifices cùm pro eius incolumitate vota susciperent, iisdem diis filios quoque Germanici commendassent. Sed & libr. xvj. Traseæ ab accusatore obiectum scribit, quòd principio anni solenne iusiurandum vitaret, nuncupationibúsque voto-
2 rum * nō adesset, quamuis quindecimuirali sacerdotio præditus. Addit Septimius in Apologetico, tum solitos ciues focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, vino lutum cogere, cateruatim cursitare. Concipiebantur & pro salute principis vota à priuatis, aliquid vouentibus, si principem superstitem reliquissent, vt in Augusto Tranquillus ostendit. Idem autor est, C. Cæsarem Caligulam plerosque huiusmodi conualescentes, tanquam impostores per ora hominum traductos, infulatósque pessimè mulctasse, quosdam etiā ad necem
3 vsque compulisse. Erant † & alia vota, quæ in quin-

a l. omnes. C. de feriis.

quennium, publicè nuncupabantur, habebãtúrque tũ ludi pulcherrimi, & Quinquennalia appellantur. Eorum†origo videtur ex libris Sibyllinis emanasse, qui- 4
bus tradebatur, vt in difficilimis Reipublicæ temporibus ver sacrum vouerent, si ad quinquennium proximum res ita saluæ, vti tunc erant, forent: cuius rei lib. xxxij. T. Liuius meminit. Horum votorum ludorúmque Quinquennalium & Nazarius, & Mamertinus in Panegyricis mentionem fecerunt. Sunt† & Decenna- 5
lia vota quorũ rationem Dion in Augusti vita sic exequitur: cùm Augustus Rempublicam restituere vellet, reclamantibus cunctis, non vltra decennium se imperaturum promisisse, quo tempore elapso, precibus adactum, in sequens decennium distulisse, atque item in aliud. Quamobrem eius successores, licet perpetuam administrationem accipiant, singulis tamen decem annis ludos vouent, quos celeberrimos faciunt, tanquam principatum tunc renouare incipiant. Hinc & vicennalia & tricennalia dicta sunt. Notantur autem in veteribus†numismatis hoc modo, VOT. X. VOT. XX. 6
VOT. XXX. Horum meminit Trebellius in vita Galieni, & Ammianus Marcellinus, qui Constantium Imperatorem scribit Arelate tricennalia celebrasse, Theatralésque & Circenses ludos ambitioso apparatu.

SVMMÆ.

1 *Telum quouis modo missile.*
2 *§. Telum. emendatio.*

a l.j.ff.ad leg. Cornel. de sica.l.vij. C.cod.

§. TELVM. Plectit lex a Cornelia eum, qui cum telo causa hominis occidendi fuerit: dubitatur†quemad- 1
modum telum accipiendum sit: & non solùm quod ab arcu mittitur significari, sed omne quod manumitti potest, Iurisconf. ait, ídque argumento ab etymologia sumpto: siquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longè significat. Probatur idem & Græci sermonis similitudine: quod enim nos telum dicimus, illi βέλος dicũt: deducitúrque ea vox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id est, à iaciendo. Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicatur: τόξον enim arcum significat: vnde & toxicum, quo-

quoniã eo sagittæ intingebantur, vt Plinius ait. Quod autem ita sit in sermone Græco, probat Iurisconsultus auctoritate Xenophontis, qui ita scribit libr. expeditionis Cyri, v. τὰ βέλη ἅμας ἔχοντο λογχαὶ τοξεύματα σφενδόναι πλείστοις δὲ καὶ οἰστοί. Huiusmodi, inquit, tela simul ab eis habebantur, lanceæ, spicula, fundæ, plurimis autem &
a sagittæ. Sic † autem emendandus hic est locus ex antiquorum codicum lectione, suspicórque eodem modo scriptum fuisse à Tribuniano in Institutionibus sub rubrica de publicis iudiciis, vbi epigramma in Xerolopho scriptum allegatur. Quamuis enim me non lateat, in Xerolopho tripodes fuisse, in quibus epigrammata scribi solerent, vt etiam Priscianus libro primo scribit: Xerolophíque mentio pro tumulo ex congestis lapidibus facto sit etiam Suidæ: tamen conuenire magis videtur, vt Xenophontis facta sit mentio, acceperítque Tribunianus eum locum à Iurisconsulto hoc responso.

SVMMÆ.

1 *Hostis mutata acceptio.*
5 *Perduellio non est legato non parens.*
6 *Relegatus exiens non est perduellio.*

LEX CCXXXIIII.

1 QVOS NOS HOSTES. Hostis † apud antiquos pro 5
peregrino accipiebatur, quòd suis legibus ita viueret, sicut nos nostris, & ideo par nobis videretur. Hostire enim æquare significat, vnde Hostimentũ æquamentũ est. Sic Plautus in Asinaria: Par pari hostimentũ datũ est, opera pro pecunia. Deinde cœpta est hæc vox in alium sensum accipi, vt videlicet perduellem significaret: nam & illi iure gentium æquali causa ad bellum procedere existimabantur: vnde quos eo bello capiebant, seruos sibi efficiebant, dominiúmque eo iure acquirebant: & licet ex sua malitia lucrari nemo debeat, captiuos tamen sibi acquirebant: quoniam nõ per malitiam aut fraudem agere, sed æqua cum Romanis causa rem gerere existimabãtur. Licet enim iure ciuili Romani præcellant, iure tamen gentium æquales cæteris

censentur. Meritò * igitur hostes publicos inimicos 2 significant: quos veteres, quia cum illis duellum, id est, bellum esset, perduelliones appellabant: ea enim dictione hi solùm indicātur, aduersus quos ius belli est. Quapropter priuatus inimicus noster, perduellio non est. Latrones quoque perduelliones non sunt: vnde & Cicero lib. II. Officiorum: Pirata, inquit, nō est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cùm ergo hanc vocem perduellionis adiecimus, de his indicamus, * quibuscum sit bellum. Et ita 3 ego interpretor, licet aliter Accursius intelligat. Hincque apparet, quod sit perduellionis crimen [a], nimirum cùm quis hostili animo aduersus Rempub. vel principem animatus fuit. Quapropter * non omne læsæ ma- 4 iestatis crimen, idem & perduellionis est, sed alterum altero generalius est. Sed † quid si legatus Cæsaris mihi 5 mandet, vt principi aureos centum mutuem sub pœna perduellionis, an nisi id faciam, ceu hostis plecti potero? Et puto non posse legatum statuere id perduellionis crimen esse [b], quod non sit: sicut nec in huiusmodi iussionis executionem contumacium bona publicare poterit [c], quod principi, hísque qui in summa administratione sunt, tantùm conceditur. Nec ideo, quòd extra ordinem id munus aliquibus demādatum sit, videntur in summa administratione esse: imò hac in re concussoris potius munere funguntur, tyrannicæ auaritiæ satellites, publici fures, & (quod dicitur) splen patriæ. Sed † quid si ipse princeps aliquem noua- 6 rum rerum suspectum, vrbe abscedere iubeat, certáque illi confinia constituat, vnde citra suum iussum non abscedat, ísque non paruerit, an læsæ maiestatis reus erit? Et Bal. [d] negauit, sed tantummodò arbitratu principis extra ordinem ceu sacrilegum plectendum [e].

a l. fin. ad l. Iul. maiest.

b l. famosi. vers. hoc tamen. eod. tit.

c l. i. C. ne sine iuss.

d Bal. cons. cclxxi in ii.

e l. sacrilegii. C. de diuer. resc.

SVMMÆ.

1 *Locupletis etymon.*
2 *Legis, q. qui satisd. cog. sensus.*
4 *Legatum inopibus etiam in casu nobilibus deberi.*
5 *Diues an pauper quis sit, arbitrarium.*

§. Lo-

15. LOCVPLES. Locupletes † antiqui locorum, id est, agrorum plenos appellabant: vnde qui ex prædiorum possessionibus diues est, is propriè est locuples [a]. Cùm
2 ergo † in edicto prætoris, qui in ius vocati sunt, fideiussorem locupletem iudicio sisti dare debeant, cum intelligemus, qui satis & idoneè habet, in rebus tamẽ immobilibus, pro magnitudine rei quæ petitur. Et
3 inde cõsequens est, vt qui pro * qualitate rei, de qua a-
4 gitur, satis nõ habet, dicatur pauper. Et ideò facto † legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit heres etiam nobilis viri filiam eligere, qui licet habeat, vnde viuat, non tamen salua dignitate sua, si quicquam dotis nomine alienaret, viuere posset [b]. Scribit Corn. Tacitus Valerio Messalæ consuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtulisse Neronem in singulos annos quingẽta sestertia, quibus paupertatem innoxiam sustentaret: quæ summa nostræ pecuniæ est, duodecim millium & quingentorum aureorum. Eam si qui hodie habent, omnium ditissimi existimantur, & tamen tunc Messala paupertate laborare credeba-
5 tur. In † arbitrio itaque ius dicentis erit, vt ex personarum & rerum qualitate diiudicet, quem locuple-
6 tem, quémque pauperem ducat. Vt quis * verò ab accusatione propter paupertatem reiiciatur, sufficiet si minus quàm quinquaginta aureos in bonis habeat [c]. Absurdum fortè visum est, illũ ad criminis executionem admittere, qui si aduersus edictũ eum, cui venia debetur, in ius vocaret, non haberet vnde pœnã solueret [d].

a l. ij. suprà qui satisd.

b Bald. l. si quis ad declinandã. C. de episc. & cler.

c l. nonnulli. de accus.

d l. fin. de in ius voc.

SVMMÆ.

1 *Victu stramenta contineri; eiúsque verba.*
3 *Cibi, cibariíque discrimen.*

1 §. VERBVM VIVERE. Superius † à nobis tractatum fuit, quemadmodum appellatione victus, etiam vestimenta continentur: additur hîc etiam stramenta con-
2 tineri, quo * nomine significatur omne quod solo causa quiescendi insternitur, vt storeæ, phormiones, paleæ; & mattæ: vnde & vulgò mattaracia vocamus. Sed quod de verbo, viuere, hîc dicitur, num & in verbo, nutrire, eandem interpretationem accipiemus? & apud

MM

a Corn. cōs. xlv. in inj. Cornæum [a], responsum extat, idem esse. Quid si cibare dictum sit? & aliud esse arbitror, cum constet cibum cibariáque ad esculenta solum referri. Cibi vero appellatione potum quoque contineri [b], dubium non est. 3
b Archid. c. in quibus. de consec. dist. ij. at Cibarium panem antiqui intellexerunt nigriorem, à quo fur excretum non esset, sicut similagineum albicantissimum, qui ex solo flore constat.

SVMMÆ.

1 *Legis, Ferri, sensus.*
2 *Portatio vesi aquouis modo intelligenda, gustu dempto.*

LEX CCXXXV.

FERRI. Enarrat Iurisconsultus differentiam inter hæc verba, ferri, portari, agi: vt ferri sit proprio corpore baiulare: portari, secum cum iumento ducere. Quapropter aliqui prodiderunt, cùm lege municipali caueretur, ne quis triticū extra territorium portaret, solùm de eo actum videri, qui cum iumento duceret: quibus tamen ipse minimè assentior: cùm enim hoc constituatur, vt vilior sit annona ciuibus, siue iumento, siue per baiulos, siue quoquo alio modo quis deferat, par est ratio: nimis enim propria & subtilis est hæc Iurisconsulti nostri interpretatio. quandoquidem & portari dicitur, quod quis suis humeris fert, vt rectè Valla annotauit ex Terentii Horatiíque carminibus, quorum alter, Mi, inquit, homo quid istuc obsecro? quò puerum portas? Alter verò, Ne fortè sub ala Fasciculum portes librorum, vt rusticus agnum. Illud non diffiteor, qui gustus causa annonam absportarit, non videri aduersus eam legem fecisse: quod à nobis Dispun. libro quarto adnotatum est. 1 2

SVMMÆ.

1 *Fabrorum species, & acceptiones. 3.*
4 *Fabricam variè accipi.*
6 *Fabrorum instrumenta, & vsus.*

§. FABROS. Fabri dicuntur manu artificium aliquod facientes, éstque generale nomen: vnde ex adiectione solet distingui, vt cùm dicimus, faber lignarius, faber mura- 1

2 murarius, faber aurarius, & similia. Cæterùm * quia lege xij. tab.[a] tigni appellatione omnis materia, vnde domus confici potest, continetur, ideo in ea faber tigna-
3 rius intelligitur, omnis qui ædificat. Videtur † tamen in specie fabrum accipi prò lignario, seu materiario tantùm qualem Græci τέκτονα vocant, cuius vocis meminit Papinianus[b], dum licitum esse tectoni tradit, trochos, id est, rotas, extra ergasterium proponere. A fabro deducitur verbum Fabrico, vnde & Fabrica, quę
4 quidem † & ipsa generalis dictio est[c], sed in constitutionibus specialiter accipitur pro armorum factione: vnde & Fabricenses dicti: in quem sensum & fabricæ Cremonensis meminit Ammianus Marcell. lib. xv.[d] Erant & collegia fabrûm ea de causa instituta, vt quoties in vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud
5 compescendum accurrerent. eorum † instrumenta hæc connumerat Vlpianus[e], licet corrupta sint exemplaria, Centones, funes, perticæ, scalæ, phormiones, spongiæ, hamæ, siphones, & acetum: hæc enim incendij extinguendi causa parantur. Siphonis in hunc vsum & hamæ C. Plinius quadam ad Traianum epistola * meminit, lib. x. itémque Iuuenalis Satyra xiiij. Dispositis prædiues hamis: & subdit: Dolia nudi non ardent Cynici: vt appareat de instrumento quod ignium causa habetur loqui, licet interpretes hoc non perceperint. Est autem Hama falcis vel sarculi species: & ita solet Græcis accipi: sed his in locis aliter videtur dicendum: nam & eo nomine vasculum ferreum significatur Hesychio: est & fabrile instrumentum, quod ab igne πυράγραν quoque vocant, Suidæ.

a l. tigni. sumprà eod.
b l. pen. de vi publ.
c in auth. de armis. in princ.
d l. pe. §. pe. de iure im.
e l. quæsitũ. de fun. instr.

SVMMÆ.

1 *Veneni nullum commercium.*
2 *Venenorum genera.*

LEX CCXXXVI.

1 QVI VENENVM. Venenorum † quæ solùm nocumento esse possunt[f], prohibitum est commerciũ, vnde de eis nec societas, nec emptio contrahi potest: atqui lex Cornelia etiam pigmentarios punit[g], qui

f l. quod sæpè. §. 1. de cõtrah. emp.
g l. iii. de sicar.

temerè huiusmodi vendiderint, qualia †sunt cicuta, salamandra, aconitum, pityocampæ, buprestis, mandragora, cantharides: quorum venenorum remedia diffusè attingit Dioscorides libr. vj. Igitur quoniam in malis venenis hæc iure constituta sunt, cùm quis veneni mentionem facit, explicare debet, an de istis intelligat: vox enim hæc media * est, in bonam quoque partem accipi potest: nam & medicamenta venena dici possunt, quòd eo nomine omne contineatur, quod naturam eius, cui adhibitum est, mutet. Vnde Vergilius: Ille malum virus serpentibus addidit atris: vt ostenderet, esse quoque aliquod virus, quod malum nõ sit. Idem & Græci fecerunt, qui φάρμακον, id est, venenum, adiectione qualitatis distinguunt, vt Homerus in Odysseæ quarto: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Mixta venena quidem bona sunt, sunt plurima amara. Et alibi φάρμακον ἀνδροφόνον dixit. Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον, id est, lethale. Et his exemplis satis constat, eum, qui venenum se dedisse alicui fateatur, non tamen tanquam veneficum puniri posse, cùm de medicamento salubri intelligi possit: quod in non dissimili casu Alexan. quoque respondit [a]. Nam & Vergilius, Nec Assyrio, inquit, fucatur lana veneno, cùm de purpureæ conchæ spuma intelligeret, quæ omni nocumento caret. Hodie tamen vulgaris consuetudo admisit, vt quoties veneni mentionem *facimus, de malo intelligamus: quæ verò bona sunt, simpliciter medicamenta appellemus. Quare in hominis illiterati sermone, forensibúsque his sce scribliginibus, non putarem hanc Iurisconsulti differentiam obseruandam.

(Right margin: 2 at "temerè huiusmodi…"; 3 at "telligat: vox enim…"; 4 at "mentionem *facimus…")

(Margin, handwritten: l. eiusdem. 3. § adiectio autem. ff. ad leg. Corn. de sicar.)

a Cons. cxv. in iij.

SVMMÆ.

1 *Glandem legenti vis ne fiat.*
2 *Glans, omnis fructus.*

§. GLANDIS. Interdixerat †prætor, ne vis ei fieret, 1
qui ex agro suo in alienum agrum caducam glandem,
tertio quoque die legeret: quæsitum †fuit à Prisco Ia- 2
boleno, quid glandis appellatione veniret [b]: respõsúmque est, omnes fructus contineri, exemplo Græci sermonis,

b l. j. de glã. leg.

monis, apud quos omnes arborum species vocantur ἀκρόδρυα, nimirum ἀπὸ τῆς δρυὸς, id est, à quercu: vnde eodem sensu & δρύκαρπα omnes arborei fructus dicuntur. Diligentissimi tamen grammaticorum aliter Acrodrya interpretantur: intelligi enim eo nomine solùm volunt, quæ lignosi exterius fructus sunt, vt nuces, castaneæ, pistacia, mâlum punicum, & si qua similia: sicuti ὀπῶραι è conuerso, quæ extrinsecus mollia sunt, vt mâla omnia: sed nobis Iurisconsulti sententia videtur verior. Et cùm semel atque iterum Latinas voces exemplo Græci sermonis hoc in responso declarari videamus, argumentum sumi potest, nobis quoque
3 licere vulgare nostrum maternúmque *idioma secundum literarum sermonem exponere: vnde cùm vernacula lingua filiolos suos se instituere testator dixisset, de nepotibus quoque, quorum pater iam decesserit,
4 actum fuisse respondi. Illud tamen *cum Alex. [a] sentio, tametsi probetur in vulgari locutione communi vsu aliter accipi legitimum filium quàm legitimatum, non tamen consequens esse, vt idem sit in sermone Latino: quod ab his præsertim annotandum est, qui vulgari loquela iudiciales interrogationes conficiunt, vt Fráci & Sequani.

a Alex. cons. ij, in j.

SVMMÆ

1 *Romanorum ordo triplex, officia, & census, & insignia.* 4. 5.
2 *Centumuirales causæ.*
3 *Centumuiralis iudicij partes.*

LEX CCXXXVII.

1 PLEBS. Tribus †ordinibus constabat populus Romanus, plebe, equite, & senatu: quamuis latiore significatione, plebis appellatione, equites quoque continerentur. Plebs munera militiæ tributáque subibat. Equites dicti, quòd ad eos equo militare pertineret. Senatus curam reipub. gerebat. In eum deligebantur à Censoribus, qui ex familiis patritiis erant, vel qui magistratus aliquos gessissent, vt bello domísque militaribus maximè illustres. Iudicia quoque aliquo tempore ad eos spectarunt, donec ad equites fuere translata, ex quibus Centumuiri delecti, ius reddebant. Oppressa

Hæc lex loco suo restitui debet, hoc est post legem sequentem, sicque erit in ordine 238.

verò ab Imperatoribus republica, cùm eius curam principes tractarent, cœperunt rursus senatores in controuersiis grauioribus, & quibus libero arbitrio, nec legibus præscripto opus esset, iudicare. Appellabantur & à cæteris iudicibus, puta Centumuiris, decuriisque iudicum & prætore, cui ipsæ decuriæ assidebant. Sunt autem †Centumuirales causæ, in quibus vsucapionũ, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alludionum, nexorum mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum iura versantur, vt libr. de Orat. I. Tullius scribit. Hinc †Centumuirale iudicium: quod deinde quadruplex appellari cœpit, cùm aucto numero, centum & octoginta iudices sederent, & in quatuor partes diuisi essent. Iudicum verò decuriæ in foro considebant, & in Prætoris erant consilio: ex his sortiebatur Prætor, qui in publicis iudiciis cognoscerent, quíque ipso prætore præsidente, sententias tabellares ferrent. Assedisse se Prætori, datúmque etiam in causa pecuniaria iudicem, A. Gellius testatur. Igitur ab his iudicibus prouocatio ad Senatum erat. Cœperunt & senatores à plebe ex censu discerni. Equitis census †erant quadringenta sestertia, quæ pecunia est decem ferè millium aureorum nostratium. Senatores duplicem †eam summam possidebant, deinde etiam triplicem tempore Augusti, vt Tranq. est auctor. Equitum insigne erat aureus annulus, senatorij ordinis lunati calcei, & latus clauus: vnde & Tribunus Laticlauius in iure, id est, senatorius [a].

Margin numbers (right): 2 (at "autem †Centumuirales"), 3 (at "Tullius scribit"), 4 (at "census †erant"), 5 (at "duplicem †eam").

[a] l. si Rufinus. C. de test. mi.

SVMMÆ.

1 *Detestari variè sumi.*

§. DETESTATVM. Testari †est sententiam nostrã exponere: vnde testes dicti, quòd ea quæ de rei gestæ veritate sentiunt, in iudicium proferãt. Hinc & testamentum. Cæterùm quoniam vt maior fides adhiberetur, etiã per numen aliquod affirmatio inducebatur, factum est vt testari* pro iurare acciperemus, & precari. Vnde & detestor, idem est quod deprecor & abominor: & hæc vsitatior est significatio. In iure tamen detestari, est cum testatione denuntiare, hoc est, sententiæ suæ aliquem

aliquem per denuntiationem admonere, quod & protestari dicimus.

SVMMÆ.

1 *Pignoris & hypotheca mutuus vsus & causa.*

1 §. PIGNVS. Pignus † propriè esse id [a], cuius possessio traditur creditori, & præsertim rei mobilis, Iurisconsultus approbat, argumento etymi, tanquam à pugno dictum sit: quod & Vlpianus tradidit, & à Tribuniano in Institutionibus relatum est · cui sen- *b Item Seruiana.* tentiæ etiam Græcum exemplum succurrit: ἐνεχυράζειν *in fin. de action.* enim à securitatis captione ipsi appellant, & ἐνέχυρον pignus prætorium. Marcellus tamen pignus & hypo- *ali, Marcianus.*

2 thecam ° solo * nominis sono differre existimauit, [b] cuius sententiæ Valla accessit: nam constat veteres scriptores de re quoque immobili pignus dixisse, vt Terentius, Ager oppositus est pignori, ob decem minas [c]: quo modo etiam Iurisconsulti frequenter accipiunt, etiam si nulla traditio interuenerit. Ego arbitror hypothecam etiam de re mobili contrahi, est enim Græca vox ἀπὸ τοῦ ὑποθέσθαι, quòd est obligationi supponere [d]. Vnde & receptum est, si quis promiserit decem modios frumenti super tali fundo, videri huiusmodi verbis contractam esse hypothecam: quid enim aliud est fundum supponere obligationi? Quòd si decem modij de tali fundo promissi sint, aliud est. sola enim personalis obligatio inde nascitur.

a l. si rem. §. j. de pig. act.

b l. res hypo. suprà de pig.

c l. non solùm. §. si rem de vsucap.

d Bar. l. fundus. de ann. leg.

SVMMÆ.

1 *Noxa, noxiaque discrimen.*

1 §. NOXIAE. Noxam † dixêre antiqui id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentum, noxa est. Vnde & lib. XXXIII. T. Liuius, noxæ exoluere, id est, à pœna capitalis fraudis liberare, accepit. Seruus quoque, qui cõtrà legẽ Aquiliam alicui damnũ dedit, noxa est. At noxia solùmodo de maleficio ipso dicitur, nec tam generali significatione accipit, sicut noxa. Cicero libr. II. de Legib. Noxię pœna par esto, vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cu-

piditas ignominia. M. Manilius: Quin etiam infelix virtus & noxia felix. Plaut. in Bacchid. Sat ſit, ſuſpectus ſum, cùm careo noxia. Quo ſenſu & in Moſtellaria & in Pſeudolo vſus eſt. Terentius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiam. Sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos adſcripſiſſe quiſquam dixerit, cùm ratio carminis non conſentiret. Quæ adducere volui, vt palàm fieret, quàm iniquo iure Iuſtinianum in elegantiis ſuis inſectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dum adiectiuè tãtùm dici noxiam opinantur, contra veterum auctoritatem. Sanè de noxa à nobis ſuprà quoque diſputatum eſt.

in l. hæc ſtipulatio. 200. ſ. eod.

SVMMÆ.

1 *Negationes duæ & negant, & aiunt ex re. 2. 3.*
5 *Negationis triplicis vis.*
6 *Prohibendi notæ.*

LEX CCXXXVIII.

Hæc lex præponi debet præcedenti l. Plebs. Sicq; in ordine erit 237.

DVOBVS. Duæ † negationes affirmatiuam inducunt, vt etiam Grammatici fatentur: cuius rei illã 1
rationem affert Auguſtinus, quòd negatiuę natura ſit, vt quicquid inueniat, deſtruat: vnde ſi cõſentiua præcedat, eam in negationem redigit, & contrà. Id † tamen 2
perpetuum non eſt: quid enim ſi ad maiorem emphaſim iterum negetur? vt in Euangelio: Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non. Nam & Seruius inficiatorias duas quandoque mentem ſcriptoris augere ait. Quid item, ſi negationi addita ſit dictio, quidem? vt in hoc exemplo [a], rectè dictum eſt non obligari, nec fideiuſſorem quidem. Sic & M. Cicero ad Lentulum: Neque errarent, nec aduerſarij quidem. Quod & receptum eſt, quoties ea dictio tacitè intelligitur: vnde cùm idẽ ſit nemo, quod nec homo quidem, ſi dicamus, nẽmine nihil faciente [b], locus publicus damnum infert, recta eſt locutio, & duæ negatiuæ pro vna accipiuntur. Sic & M. Varro de vita patrum lib. 1. 1. Qua abſtinentia viri mulieréſque Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere, perinde eſt atque dixiſſet,

a l. j. ſ. fin. quis ita. de verb. obli.

b l. fluminũ. de dam. inf.

dixisset, muncra eorum noluerunt accipere, nec homo quidem. Sunt qui per duodecimum modum solœcismi id accipiant: fit enim ex geminatione abeundi: vt cùm dicimus, Nihil nunquam peccaui, pro vnquam.
3 Sed † & quoties altera negatio pro vniuersali ponitur, & particulares sequuntur, negatiuæ naturã suam seruant: vt Nullas à te accepi literas: nec breues, nec prolixas. Verùm potiùs id esse ego arbitror ex vi di-
4 ctionis Nec, quæ *verbi repetitionem inducit: vnde & certum est cùm duobus verbis aut positis, aut intellectis duæ negationes adduntur, consentiuam non intelligi: vt, Nec me amas, nec Titium, subauditur
5 enim, amas. Qua ratione † etiam quandoque fit, vt tres negationes non plus efficiant quàm duæ: vt cùm lex dicit, in fugitiuo locum non habere nec vsucapionem, nec præscriptionem [a]: de qua re videndus est
6 Valla elegant. III. libr. Cæterùm † & quædã verba sunt natura quidem sui prohibitiua, quibus si negatio addatur, non tamen absolutè permittunt, licet hoc magis inferant, quàm negent: de quibus loqui Iurisconsultum nostrum ego arbitror. exempli causa, si prætor dicat: Quo minùs scorta prostent, non veto: non enim prætor partes suas interponit, vt quicquam iuris concedat, sed non prohibet. Sunt etiam alia verba prohibitionis, tacitam quandam vim habentia, quæ idem possunt, addita vel non addita negatione: vt vereor, timeo, caueo: si enim dixero, vereor ne adoptio impediatur [b], idem est ac si dixissem, ne non impediatur. Et hæc quidem pro responsi huius interpretatione sint, cætera diffusiùs extricanda grammaticis relinquamus.

a l. 3. C. de ser. fug.

b l. non solùm. §. sed vi deamus. de rit. nupt.

SVMMÆ.

1 *Pupillum variè accipi & effici.*
2 *Emancipationis etymon, vis & forma.*

LEX CCXXXIX.

1 PVPILLVS. Pupillus † diminutiua vox est à pupo, quæ dictio puerum significat, quem Catullus poëta etiam pupulum dixit: vnde ex etymo, qui in pa-

censentur. Meritò * igitur hostes publicos inimicos 3 significant: quos veteres, quia cum illis duellum, id est, bellum esset. perduelliones appellabant: ea enim di ctione hi solùm indicātur, aduersus quos ius belli est. Quapropter priuatus inimicus noster, perduellio non est. Latrones quoque perduelliones non sunt: vnde & Cicero lib. II. Officiorum: Pirata, inquit, nō est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cùm ergo hanc vocem perduellionis adiecimus, de his indicamus, * quibuscum sit bellum. Et ita 3 ego interpretor, licet aliter Accursius intelligat. Hincque apparet, quod sit perduellionis crimen [a], nimirum cùm quis hostili animo aduersus Rempub. vel principem animatus fuit. Quapropter * non omne læsæ ma- 4 iestatis crimen, idem & perduellionis est, sed alterum altero generalius est. Sed † quid si legatus Cæsaris mihi 5 mandet, vt principi aureos centum mutuem sub pœna perduellionis, an nisi id faciam, ceu hostis plecti potero? Et puto non posse legatum statuere id perduellionis crimen esse [b], quod non sit: sicut nec in huiusmodi iussionis executionem contumacium bona publicare poterit [c], quod principi, hísque qui in summa administratione sunt, tantùm conceditur. Nec ideo, quòd extra ordinem id munus aliquibus demādatum sit, videntur in summa administratione esse: imò hac in re concussoris potius munere funguntur, tyrannicæ auaritiæ satellites, publici fures, & (quod dicitur) splen patriæ. Sed † quid si ipse princeps aliquem noua- 6 rum rerum suspectum, vrbe abscedere iubeat, certáque illi confinia constituat, vnde citra suum iussum non abscedat, ísque non paruerit, an læsæ maiestatis reus erit? Et Bal. [d] negauit, sed tantummodò arbitratu principis extra ordinem ceu sacrilegum plectendum [e].

a l. fin. ad l. Iul. maiest.

b l. famosi. vers. hoc tamen. eod. tit.

c l. i. C. ne sine iuss.

d Bal. cons. cclxxi in ii.

e l. sacrilegii. C. de diuer. resc.

SVMMÆ.

1 *Locupletis etymon.*

2 *Legis, ij. qui satisd. cog. sensus.*

4 *Legatum inopibus etiam in casu nobilibus deberi.*

5 *Diues an pauper quis sit, arbitrarium.*

§. Lo-

15. §. LOCVPLES. Locupletes † antiqui locorum, id est, agrorum plenos appellabant: vnde qui ex prædiorum possessionibus diues est, is propriè est locuples [a]. Cùm
2 ergo † in edicto prætoris, qui in ius vocati sunt, fideiussorem locupletem iudicio sisti dare debeant, eum intelligemus, qui satis & idoneè habet, in rebus tamẽ immobilibus, pro magnitudine rei quæ petitur. Et
3 inde cõsequens est, vt qui pro *qualitate rei, de qua a-
4 gitur, satis nõ habet, dicatur pauper. Et ideò facto † legato pro pauperibus puellis marito tradendis, poterit heres etiam nobilis viri filiam eligere, qui licet habeat, vnde viuat, non tamen salua dignitate sua, si quicquam dotis nomine alienaret, viuere posset [b]. Scribit Corn. Tacitus Valerio Messalæ consuli, qui oratoris Coruini pronepos fuit, obtulisse Neronem in singulos annos quingẽta sestertia, quibus paupertatem innoxiam sustentaret: quæ summa nostræ pecuniæ est, duodecim millium & quingentorum aureorum. Eam si qui hodie habent, omnium ditissimi existimantur, & tamen tunc Messala paupertate laborare credeba-
5 tur. In † arbitrio itaque ius dicentis erit, vt ex personarum & rerum qualitate diiudicet, quem locuple-
6 tem, quémque pauperem ducat. Vt quis *verò ab accusatione propter paupertatem reiiciatur, sufficiet si minus quàm quinquaginta aureos in bonis habeat [c]. Absurdum fortè visum est, illũ ad criminis executionem admittere, qui si aduersus edictũ eum, cui venia debetur, in ius vocaret, non haberet vnde pœnã solueret [d].

a l. ij. suprà qui satisd.

b Bald. l. si quis ad declinandã. C. de episc. & cler.

c l. nonnulli. de accus.

d l. fin. de in ius voc.

SVMMÆ.

1 *Victu stramenta contineri: eiúsque verba.*

3 *Cibi, cibariique discrimen.*

1 §. VERBVM VIVERE. Superius † à nobis tractatum fuit, quemadmodum appellatione victus, etiam vestimenta continentur: additur hîc etiam stramenta con-
2 tineri, quo *nomine significatur omne quod solo causa quiescendi insternitur, vt storeæ, phormiones, paleæ, & mattæ: vnde & vulgò mattaracia vocamus. Sed quod de verbo, viuere, hîc dicitur, num & in verbo, nutrire, eandem interpretationem accipiemus? & apud

in l. verbo victus. 4 l. et cetera. 44. et in tractu. 45. ...

2 murarius, faber aurarius, & similia. Cæterùm * quia lege xij. tab.[a] tigni appellatione omnis materia, vnde domus confici potest, continetur, ideo in ea faber tignarius intelligitur, omnis qui ædificat. Videtur † tamen in specie fabrum accipi pro lignario, seu materiario tantùm qualem Græci τέκτονα vocant, cuius vocis meminit Papinianus [b], dum licitum esse tectoni tradit, trochos, id est, rotas, extra ergasterium proponere. A fabro deducitur verbum Fabrico, vnde & Fabrica, quę

3

4 quidem † & ipsa generalis dictio est [c], sed in constitutionibus specialiter accipitur pro armorum factione: vnde & Fabricenses dicti: in quem sensum & fabricæ Cremonensis meminit Ammianus Marcell. lib. xv.[d] Erant & collegia fabrûm ea de causa instituta, vt quoties in vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud

5 compescendum accurrerent. eorum † instrumenta hæc connumerat Vlpianus [e], licet corrupta sint exemplaria, Centones, funes, perticæ, scalæ, phormiones, spongiæ, hamæ, siphones, & acetum: hæc enim incendij extinguendi causa parantur. Siphonis in hunc vsum & hamæ C. Plinius quadam ad Traianum epistola meminit, lib. x. itémque Iuuenalis Satyra xiiij. Dispositis prædiues hamis: & subdit: Dolia nudi non ardent Cynici: vt appareat de instrumento quod ignium causa habetur loqui, licet interpretes hoc non perceperint. Est autem Hama falcis vel sarculi species: & ita solet Græcis accipi: sed his in locis aliter videtur dicendum: nam & eo nomine vasculum ferreum significatur Hesychio: est & fabrile instrumentum, quod ab igne πυράγραν quoque vocant, Suidæ.

a l. tigni. supra eod.

b l. pen. de vi publ.

c in auth. de armis. in princ.

d l. pe. §. pe. de iure im.

e l. quæsitũ. de fun. instr. §. acetum quoque.

quę incipit, Cum diuersam partem prouinciæ etc.

SVMMÆ.

1 *Venent nullum commercium.*

2 *Venenorum genera.*

LEX CCXXXVI.

1 QVI VENENVM. Venenorum † quæ solùm nocumento esse possunt [f], prohibitum est commerciũ, vnde de eis nec societas, nec emptio contrahi potest: atqui lex Cornelia etiam pigmentarios punit [g], qui

f l. quod sæpè. §. 1. de cõtrah. emp.

g l. iii. de sicar.

temerè huiuſmodi vendiderint, qualia †ſunt cicuta, ſa- 2
lamandra, aconitum, pityocampæ, bupreſtis, mandragora, cantharides : quorum venenorum remedia diffuſè attingit Dioſcorides libr. vj. Igitur quoniam in malis venenis hæc iure conſtituta ſunt, cùm quis veneni mentionem facit, explicare debet, an de iſtis in-

l. eiusdem. 3. § adiectio autem. 5. ad leg. Corn. de sicar.

telligat: vox enim hæc media * eſt, in bonam quoque 3
partem accipi poteſt: nam & medicamenta venena dici poſſunt, quòd eo nomine omne contineatur, quod naturam eius, cui adhibitum eſt, mutet. Vnde Vergilius: Ille malum virus ſerpentibus addidit atris : vt oſtenderet, eſſe quoque aliquod virus, quod malum nō ſit. Idem & Græci fecerunt, qui φάρμακον, id eſt, venenum, adiectione qualitatis diſtinguunt, vt Homerus in Odyſſeæ quarto : φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Mixta venena quidem bona ſunt, ſunt plurima amara. Et alibi φάρμακον ἀνδροφόνον dixit. Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον, id eſt, lethale. Et his exemplis ſatis conſtat, eum, qui venenum ſe dediſſe alicui fateatur, non tamen tanquam veneficum puniri poſſe, cùm de medicamento ſalubri intelligi poſſit : quod in non diſſimili caſu Alexan. quoque

a Conſ. cxv. in iij.

reſpondit [a]. Nam & Vergilius, Nec Aſſyrio, inquit, fucatur lana veneno, cùm de purpureæ conchæ ſpuma intelligeret, quæ omni nocumento caret. Hodie tamen vulgaris conſuetudo admiſit, vt quoties veneni mentionem *facimus, de malo intelligamus : quæ ve- 4
rò bona ſunt, ſimpliciter medicamenta appellemus. Quare in hominis illiterati ſermone, forenſibúſque hiſce ſcribliginibus, non putarem hanc Iuriſconſulti differentiam obſeruandam.

SVMMÆ.

1 *Glandem legenti vis ne fiat.*
2 *Glans, omnis fructus.*

§. GLANDIS. Interdixerat †prætor, ne vis ei fieret, 1
qui ex agro ſuo in alienum agrum caducam glandem, tertio quoque die legeret : quæſitum †fuit à Priſco Ia- 2
boleno, quid glandis appellatione veniret [b] reſpōſúmque eſt, omnes fructus contineri, exemplo Græci ſermonis,

b l. j. de glā. leg.

monis, apud quos omnes arborum species vocantur ἀκρόδρυα, nimirum ἀπὸ τῆς δρυὸς, id est, à quercu: vnde eodem sensu & δρύκαρπα omnes arborei fructus dicuntur. Diligentissimi tamen grammaticorum aliter Acrodrya interpretantur: intelligi enim eo nomine solùm volunt, quæ lignosi exterius fructus sunt, vt nuces, castaneæ, pistacia, mâlum punicum, & si qua similia: sicuti ὀπώρα è conuerso, quæ extrinsecus mollia sunt, vt mâla omnia: sed nobis Iurisconsulti sententia videtur verior. Et cùm semel atque iterum Latinas voces exemplo Græci sermonis hoc in responso declarari videamus, argumentum sumi potest, nobis quoque
3 licere vulgare nostrum maternúmque *idioma secundum literarum sermonem exponere: vnde cùm vernacula lingua filiolos suos se instituere testator dixisset, de nepotibus quoque, quorum pater iam decesserit,
4 actum fuisse respondi. Illud tamen *cum Alex.[a] sentio, tametsi probetur in vulgari locutione communi vsu aliter accipi legitimum filium quàm legitimatum, non tamen consequens esse, vt idem sit in sermone Latino: quod ab his præsertim annotandum est, qui vulgari loquela iudiciales interrogationes conficiunt, vt Frãci & Sequani.

a Alex. cons. ij, in j.

SVMMÆ.

1 *Romanorum ordo triplex, officia, & census, & insignia.* 4. 5.
2 *Centumuirales causæ.*
3 *Centumuiralis iudicij partes.*

LEX CCXXXVII.

1 PLEBS. Tribus †ordinibus constabat populus Romanus, plebe, equite, & senatu: quamuis latiore significatione, plebis appellatione, equites quoque continerentur. Plebs munera militiæ tributáque subibat. Equites dicti, quòd ad eos equo militare pertineret. Senatus curam reipub. gerebat. In eum deligebantur à Censoribus, qui ex familiis patritiis erant, vel qui magistratus aliquos gessissent, vt bello domísque militaribus maximè illustres. Iudicia quoque aliquo tempore ad eos spectarunt, donec ad equites fuere translata, ex quibus Centumuiri delecti, ius reddebant. Oppressa

Hæc Lex loco suo restitui debet, hoc est post legem sequentem sicque erit in ordine 238.

verò ab Imperatoribus republica, cùm eius curam principes tractarent, cœperunt rursus senatores in controuersiis grauioribus, & quibus libero arbitrio, nec legibus præscripto opus esset, iudicare. Appellabantur & à cæteris iudicibus, puta Centumuiris, decuriisque iudicum & prætore, cui ipsæ decuriæ assidebant. Sunt
autem †Centumuirales causæ, in quibus vsucapionũ, 2
tutelarum, gentilitatum, agnationum, alludionum, nexorum mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum iura versantur, vt libr. de Orat. 1.
Tullius scribit. Hinc †Centumuirale iudicium: quod 3
deinde quadruplex appellari cœpit, cùm aucto numero, centum & octoginta iudices sederent, & in quatuor partes diuisi essent. Iudicum verò decuriæ in foro considebant, & in Prætoris erant consilio: ex his sortiebatur Prætor, qui in publicis iudiciis cognoscerent, quíque ipso prætore præsidente, sententias tabellares ferrent. Assedisse se Prætori, datúmque etiam in causa pecuniaria iudicem, A. Gellius testatur. Igitur ab his iudicibus prouocatio ad Senatum erat. Cœperunt & senatores à plebe ex censu discerni. Equitis
census †erant quadringenta sestertia, quæ pecunia est 4
decem ferè millium aureorum nostratium. Senatores
duplicem †eam summam possidebant, deinde etiam 5
triplicem tempore Augusti, vt Tranq. est auctor. Equitum insigne erat aureus annulus, senatorij ordinis lunati calcei, & latus clauus: vnde & Tribunus Laticlauius in iure, id est, senatorius [a].

[a] l. si Rufinus. C. de test. mi.

SVMMÆ.

1 *Detestari variè sumi.*

§. DETESTATVM. Testari †est sententiam nostrã ex- 1
ponere: vnde testes dicti, quòd ea quæ de rei gestæ veritate sentiunt, in iudicium proferãt. Hinc & testamentum. Cæterùm quoniam vt maior fides adhiberetur, etiã per numen aliquod affirmatio inducebatur, factum
est vt testari* pro iurare acciperemus, & precari. Vnde 2
& detestor, idem est quod deprecor & abominor: & hæc vsitatior est significatio. In iure tamen detestari, est cum testatione denuntiare, hoc est, sententiæ suæ aliquem

aliquem per denuntiationem admonere, quod & protestari dicimus.

SVMMÆ.

1 *Pignoris & hypothecæ mutuus usus & causa.*

1 §. PIGNVS. Pignus † propriè esse id [a], cuius possessio traditur creditori, & præsertim rei mobilis, Iurisconsultus approbat, argumento etymi, tanquam à pugno dictum sit: quod & Vlpianus tradidit, & à Tribuniano in Institutionibus relatum est: cui sententiæ etiam Græcum exemplum succurrit: ἐνεχυράζειν enim à securitatis captione ipsi appellant, & ἐνέχυρον pignus prætorium. Marcellus tamen pignus & hypo-
2 thecam [b] solo * nominis sono differre existimauit, cuius sententiæ Valla accessit: nam constat veteres scriptores de re quoque immobili pignus dixisse, vt Terentius, Ager oppositus est pignori, ob decem minas [c]: quo modo etiam Iurisconsulti frequenter accipiunt, etiam si nulla traditio interuenerit. Ego arbitror hypothecam etiam de re mobili contrahi, est enim Græca vox ἀπὸ τοῦ ὑποθέσθαι, quòd est obligationi supponere [d]. Vnde & receptum est, si quis promiserit decem modios frumenti super tali fundo, videri huiusmodi verbis contractam esse hypothecam: quid enim aliud est fundum supponere obligationi? Quod si decem modij de tali fundo promissi sint, aliud est. sola enim personalis obligatio inde nascitur.

a l. si rem. §. j. de pig. act.

* l. Item Seruiana. in fin. de action.

alij, Marcianus.

b l. res hypo. suprà de pig.

c l. non solùm. §. si rem de vsucap.

d Bar. l. fundus. de ann. leg.

SVMMÆ.

1 *Noxa, noxiæque discrimen.*

1 §. NOXIAE. Noxam † dixêre antiqui id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentum, noxa est. Vnde & lib. XXXIII. T. Liuius, noxæ exoluere, id est, à pœna capitalis fraudis liberare, accepit. Seruus quoque, qui cõtrà legẽ Aquiliam alicui damnũ dedit, noxa est. At noxia solũmodo de maleficio ipso dicitur, nec tam generali significatione accipitur, sicut noxa. Cicero libr. II. de Legib. Noxiæ pœna par esto, vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cu-

piditas ignominia. M. Manilius: Quin etiam infelix virtus & noxia felix. Plaut. in Bacchid. Sat sit, suspectus sum, cùm careo noxia. Quo sensu & in Mostellaria & in Pseudolo vsus est. Terentius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiam. Sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos adscripsisse quisquam dixerit, cùm ratio carminis non consentiret. Quæ adducere volui, vt palàm fieret, quàm iniquo iure Iustinianum in elegantiis suis insectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dum adiectiuè tãtùm dici noxiam opinantur, contra veterum auctoritatem. Sanè de noxa à nobis suprà quoque disputatum est.

in l. hec stipulatio. 200. §. eod.

SVMMÆ.

1 *Negationes duæ & negant, & aiunt ex re. 2. 3.*
5 *Negationis triplicis vis.*
6 *Prohibendi notæ.*

LEX CCXXXVIII.

Hec lex preponi debet precedenti l. Plebs. Sicq; in ordine erit 237.

DVOBVS. Duæ † negationes affirmatiuam indu- 1
cunt, vt etiam Grammatici fatentur: cuius rei illã rationem affert Augustinus, quòd negatiuę natura sit, vt quicquid inueniat, destruat: vnde si cõsentiua præcedat, eam in negationem redigit, & contrà. Id † tamen 2
perpetuum non est: quid enim si ad maiorem emphasim iterum negetur? vt in Euangelio: Sit sermo vester, est, est: non, non. Nam & Seruius inficiatorias duas quandoque mentem scriptoris augere ait. Quid item, si negationi addita sit dictio, quidem? vt in hoc exemplo [a], rectè dictum est non obligari, nec fideiussorem quidem. Sic & M. Cicero ad Lentulum: Neque errarent, nec aduersarij quidem. Quod & receptum est, quoties ea dictio tacitè intelligitur: vnde cùm idẽ sit nemo, quod nec homo quidem, si dicamus, nẽmine nihil faciente [b], locus publicus damnum infert, recta est locutio, & duæ negatiuæ pro vna accipiuntur. Sic & M. Varro de vita patrum lib. 1:1. Qua abstinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere, perinde est atque dixisset,

a l. j. §. fin. quis ita. de verb. obli.

b l. fluminũ. de dam. inf.

dixisset, munera eorum noluerunt accipere, nec homo quidem. Sunt qui per duodecimum modum solœcismi id accipiant: fit enim ex geminatione abeundi: vt cùm dicimus, Nihil nunquam peccaui, pro vnquam.
3 Sed † & quoties altera negatio pro vniuersali ponitur, & particulares sequuntur, negatiuæ naturã suam seruant: vt Nullas à te accepi literas: nec breues, nec prolixas. Verùm potiùs id esse ego arbitror ex vi di-
4 ctionis Nec, quæ * verbi repetitionem inducit: vnde & certum est cùm duobus verbis aut positis, aut intellectis duæ negationes adduntur, consentiuam non intelligi: vt, Nec me amas, nec Titium, subauditur
5 enim, amas. Qua ratione † etiam quandoque fit, vt tres negationes non plus efficiant quàm duæ: vt cùm lex dicit, in fugitiuo locum non habere nec vsucapionem, nec præscriptionem [a]: de qua re videndus est
6 Valla elegant. III. libr. Cæterùm † & quædã verba sunt natura quidem sui prohibitiua, quibus si negatio addatur, non tamen absolutè permittunt, licet hoc magis inferant, quàm negent: de quibus loqui Iurisconsultum nostrum ego arbitror. exempli causa, si prætor dicat: Quo minùs scorta prostent, non veto: non enim prætor partes suas interponit, vt quicquam iuris concedat, sed non prohibet. Sunt etiam alia verba prohibitionis, tacitam quandam vim habentia, quæ idem possunt, addita vel non addita negatione: vt vereor, timeo, caueo: si enim dixero, vereor ne adoptio impediatur [b], idem est ac si dixissem, ne non impediatur. Et hæc quidem pro responsi huius interpretatione sint, cætera diffusiùs extricanda grammaticis relinquamus.

a l. j. C. de ser. fug.

b l. non solùm. §. sed videamus. de rit. nupt.

SVMMÆ.

1 *Pupillum variè accipi & effici.*
2 *Emancipationis etymon, vis & forma.*

LEX CCXXXIX.

1 PVPILLVS. Pupillus † diminutiua vox est à pupo, quæ dictio puerum significat, quem Catullus poëta etiam pupulum dixit: vnde ex etymo, qui in pa-

a l. fi. de ver. oblig. b d. l. quam Tuberonis. de pecul.

tris potestate est, pupillus dici poterit [a]. Seruus quoque impubes, hoc nomine appellabitur [b]: & hæc huius verbi latissima est significatio: Iurisconsultorum enim frequentior vsus aliter accipit, cũ scilicet impuberẽ, qui in patris potestate esse desiit, aut morte, aut emancipatione. morte, vt quia pater verè fato excessit, vel in exiliũ missus sit: cuius rei rationem hanc Caius inst. lib. I. tit. I. refert, quia non potest ciuem Romanum in potestate habere, homo peregrinæ conditionis effectus: vnde exilium hoc casu idem potest, quod naturalis mors posset. Emancipatione, vt quia pater eum sui iuris esse voluit, misitque manu. Est enim † emancipatio, è manu traditio, introducta à lege veteri, per quãdam venditionis similitudinem: quia præter naturalem patrem, alius adhibebatur, qui fiduciarius nominabitur. Hic certo patri vnum aut duos numos, quasi in similitudinem precij numerabit, quo accepto, pater illum mãcipabat, manúsque tradebat, ídque ter corám præside vel curia fiebat, adhibitis quinque ciuibus Romanis, & Libripende, qui stateram tenebat, itém que alio qui Antestatus vocabatur: eum sic emptum, fiduciarius deinde manumittebat: Quapropter iure antiquo manumissio in emancipatione propriè interueniebat: quæ omnia diffusiús à Caio, eo quem citauimus loco, referuntur: hodie autem huiusmodi solennitates sublatæ sunt. 1

SVMMÆ.

1 *Hostis captus non necandus, quandoque contrà.*

2 *Exulem captum ne occidito.*

§. SERVORVM. Iure † gentium introductum est, vt capti in bello efficiantur capientium: cæterùm quoniam multi hostili odio in captiuos desæuiebant, eósque trucidabant, Romani Imperatores id prohibuerunt, iussetúntque vendi, non autem occidi: vnde serui dicti * sunt, quasi seruarentur. Híncque apparet non licere nobis hostem nostrum, postquam captus est interficere. Quod intelligunt Doct. esse obseruandum, cùm intra præsidia nostra iam deductus est: 1

est: antè verò quàm deductus sit, occidi iure poterit, cùm multa interim possent accidere [a]: quid enim si fugam capesseret? vel cum hostibus rursus congregaretur? Sed nobis videtur in ipsa acie solùm id licere, idque aduersus eos qui dedere se nolunt. Nam deditițium hominem occidere, crudelissimum est, nec boni Imperatores hoc patiuntur: ab ea quippe humanitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet. His

5 illud quoque consentaneum est, vt si lege † municipali exules pro hostibus publicis habeantur, impunéque occidi possint, eum qui captus iam à familia ad quæstorem rerum capitalium ducatur, occidi impunè non posse: cùm enim captiuus iam sit, debet seruari, non occidi, alioquin haud difficulter reperirentur, qui eum obtruncarent, ne de conscciis interrogari posset, vel vt maturiùs ignominiæ pœnæque eximeretur.

a l. in laqueum. de acquir. rer. dom.

SVMMÆ.

1 *Incola, perpetuò habitans.*
2 *Habitandi mentem variè deprendi.*
3 *Domicilio agro retinet alibi habitans.*

1 §. Incola. Incola † propriè est, qui cùm aduena esset, in aliquam ciuitatem ea mente habitatum venit, vt ibi perpetuò sit, summámque rerum suarum habeat:

2 ea † mens ex variis coniecturis sumitur: qui enim venditis, quas alibi possidebat, rebus suis, in aliam vrbem cum familia demigrauit [b], verisimile est sedèm in ea suam constituere velle. Qui item diutius, puta decennio, in aliena patria habitauit [c], credibile est ibi perseueraturum, nec aliò iturum. Ex protestatione quoq; animus declaratur: vnde qui statim vbi habitare vrbē cœpit, velle se in ea domicilium constituere affirmat, absque mora incolatum acquirit [d]. Idem & in eo habitatore responsum est, qui priuilegium impetrauit,

3 quo ius ciuitatis petebat [e]. Qua ratione * etiam efficitur, vt domiciliū pluribus in locis eodē tēpore habere valeamus, si modò de animo nostro appareat. Nā & [f] reges ipsi vt plurimū qualibet in vrbe sibi subdita domicilium habent, licet aliquod sit principalius, potissi-

b l. prædia. §. i. de fun. inst.
c l. ii. C. de incol. lib. x.
d Abb. c. fin. n. 8. de paroch.
e Dec. cons. cclxxxiii.
f l. Adsumptio. §. iuris. ad municip.

múmque illud attenditur cui origo etiã accedit. Quòd si res de qua agitur, in domicilio frequentiori sit, illud præualebit[a]: duplex enim causa fortiùs alligat. Nec quicquam refert in oppido aliquo quis domiciliũ constituat, an in eius finibus vicóve, cùm vicus perinde ac pars ciuitatis sit[b]. Incola Græci πάροικον appellãt: vnde quod in Psalmo ciiii dicitur, ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, Hieronymus sic transtulit: Cùm essent numero breui, paucissimi & ĩcolæ eius. Quem locum Accurs. quoque adducit, & accolam legit, sed * malè: est enim accola, non qui aliquo in loco 4
domicilium cõstituit, sed qui prope aliquem locũ simpliciter habitat. Et propriè iuxta flumina sunt accolæ. vnde Cornel. Nepos accola Padi Plinio dicitur. Sed & Vergil. vij. Amnísque vadosi Accola Vulturni. Non tamen negauerim parœcũ Græcis quandoque simpliciter pro aduena dici, quẽ illi & προσήλυτον vocãt & ἄποικον. de quo infrà videbimus.

a Dec. d. cõs.

b l. qui ex vico. ad muni.

in §. aduena.

AGRVM Hinc argumentum sumi potest, eum qui in patria sua agrum domúmque habeat, si eis retentis aliò se transferat, incoláque fiat, nihilominus domicilium quoque antiquius retinere, viderísque eum nouũ aliud domicilium acquisiuisse, non autem vetus perdidisse: & ita ex facto responsum scio.

SVMMÆ.

2 §. *Munus explicari.* 4.

3 *Vtilitatem publicam variè censeri.*

§. MVNVS. Superius visum fuit inter cæteras muneris significationes. * munera quoque personalia contineri: quapropter hic traditur, quemadmodũ eo sensu definiendum sit. Et est, inquit † Iurisconsultus, officium 2
priuati hominis: quoniam solùm priuati homines ad huiusmodi officia deliguntur. Principes enim ea subiri mandant, non autẽ ipsi exequuntur. Subiicit: Ex quo cõmodum ad singulos vniuersósque ciues, rémq; eorum, scilicet publicam, peruenit. Quæ verba eã, quæ propriè vtilitas publica est, comprendunt. Nam † qua 3
tuor modis ea consideratur. Prima, cùm in vniuersum & par-

in l. munus ho- bus. 18.

& particulariter cōmodum affertur: quod in sacerdotibus, magistratibúsque consistit[a]. Secūda, quæ in vniuersum cōducit, non autem singulis: vt quoties de locupletando fisco agitur[b]. Atqui optimus Imper. Traianus dicere solebat, fiscum esse veluti lienē, quòd sicut eo excrescente, artus reliqui contabescerent, ita ex priuatorum detrimento locupletaretur fiscus. Tertia est vtilitas, quæ priuata propriè est, licet ex ea consequatur etiā publica: vt cùm dicimus, publicè interesse dotes mulieribus conseruari[c], liberísque hominibus ciuitatem repleri: id enim quod cōsequitur, in vniuersum prodest. Quarta est, quoties id, quod consequitur, singulis prodest, nec in vniuersum quemlibet particulariter iuuat: vt cùm generaliter dicimus, Reipublicæ interesse, ne quis re sua abutatur[d]. Quæ omnia diffusius à recentioribus explicata cernere est[e]. Quod subditur,
4 imperio † magistratus extraordinarium, puto extraordinario, vel extra ordinem legendum: vt compelli municipes ad subeunda munera dicantur, non iure actionis, sed officio iudicis: id enim remedium est extraordinarium[f]: quam interpretationem etiam Accurs. probat. Sanè quemadmodum distinguantur munera, à nobis suprà tractatum est.

a l. j. §. hui⁹. de iust. & iu.
b l. p. C. de primip. libr. xij.
c l. j. so. mat.
d §. pen. Inst. de his qui sunt sui.
e d. l. j.
f l. cū filius. si cert. peta.

in l. munus. 18. et in l. munus. 214.

SVMMÆ.

1 *Aduenæ, & incolæ discrimen.*
2 *Aduenæ forum.*

1 §. ADVENA. Inter † aduenam & incolam hoc interest, quòd incola fixit sedem, domiciliúmque cōstituit: aduena non constituit, & ideo eum Græci ἀπεικοι appellant, quasi sine lare aut domicilio: vnde qui † cum eo
2 contrahit in loco contractus agere nō potest: quia videtur tanquam cum recessuro contraxisse: domicilium igitur adire debet[g]. Dicitur autem aduena, quasi aliunde adueniens: quapropter à Græcis προσήλυτος quoque dicitur: tametsi ea voce in Actis Apostolorum Lucas eos intellexerit, qui diuersæ sectæ nati, in ius Mosaicæ legis recepti essent. Appellant & ἀοίκους Græci elegāti epitheto Scythas, quòd domibus sint nullis: vectan-

g l. heres. §. ij. de iudic.

tur enim super curru, nullis certis sedibus. Sunt & *cō- 3
uenæ collectitij habitatores, sic dicti, quòd plures ex diuersis regionibus in vnum locum cōuenerint. Strabo συγκλύδας vocat: vnde & Conuenarū vrbs in Aquitanis. Sanè receptum est appellatione populi, eius* vr- 4
bis incolas contineri, aduenas non contineri[a].

a Feli. c. Rodulphus. de rescrip.

SVMMÆ.

1 *Decuriones, eorúmque officium, genera & origo cēsus. 7. 10.*
2 *Magistratuum municipalium genera & officia.*
3 *Duumuirûm dignitas, & munus.*
4 *Quartumuirûm officium.*
5 *Decemuirale munus.*
7 *Decurionum recipiendi forma.*

§. DECVRIONES. Vnicuique † ciuitati secundū mo- 1
res suos, sui magistratus sunt, qui Decuriones dicuntur, cōsilij publici gratia primùm introducti. Emanauit autem nominis origo à coloniis populi Romani, in quibus qui eas deducebant Triumuiri, decimum quenque cōsilij causa adscribebant: ex his magistratus municipales eligebantur[b]. Quorum † varia fuere mu- 2
nera[c]: & in primis Aediles, qui rem frumentariam, ponderáque & mensuras curabāt, ἀγορανόμους plerique vocant Iurisconsul. Arcadius etiam episcopos[d]. Erant Archeiotæ, qui publico archiuo præerant. In scholiis Græcis traditum est, aulam locum esse, in quem fontes ducerentur, cum à iunioribus ἀρχεῖον appellari[e]. Erant & Xenoparochi, quos vox indicat præbendis hospitiis præfuisse. Nicostrategi, qui pro victoria Ducum excubarent, denuntiarén tque quid in hosti cogereretur: sic enim etymus indicat. Mastigophori, id est flagelliferi, qui athletas (seu athlothetas mauis) in certaminibus comitarētur. Telesphori vectigalium exactores, vel mancipum præfecti, vnde Telesphoria munus ipsum, Sitocomæ, Decaproti, Prostatæ, Logographi, de quibus à me alibi disputatum est. Et hi magistratus Græcorum erant. In Latinis municipiis Duumuiri: †Primi in albo describebantur: hi carceribus præ- 3
erant, publica locabant, facibus vtebantur, quod libro

b l. final. de man.
c l. ideo. de compens.
d d. l. fin.
e d. l. final.

Dispun

Dispūctionum iij. à nobis annotatū est. Ad hæc, Quar-
4 tumuiri † qui appellationum causas audiebant, in antiquis monumentis sic annotatur, IIII VIR. AP. Sextumuiri & ipsi de his quæ ad Rempublicam pertinebant, solebant cognoscere[a]. Erāt & X VIRI STL IVD. a l. ij. §. de-
5 id est, Decemuiri † Stlitibus iudicandis, quorum & inde. de ori.
Spartianus in Adriano meminit. Et hunc magistratum iur.
gessisse C. Cæcilium Plinium, ex duobus vetustissimis monumentis quæ Mediolani conspiciuntur, con-
6 stat. Fuere † & Augustales, quos eligi à Decurionibus solere alibi retuli diuersus magistratus ab Alexā-
drino præfecto[b], qui Augustalis & ipse dicebatur. De- b l. si quos.
7 curionum † census ita vt lege municipali præcipieba- C. de decur.
tur, varius erat. Plinius libro episto. I. Comi fuisse cen- lib. x.
tum millium tradit: quæ summa est nostratis pecuniæ aureorum duorum millium & quingentorum. Sole-
8 bant † autem cùm in ordinem reciperentur, binos denarios, vel huiusmodi certam quantitatē singulis collegis distribuere: sed & quoties aliqua statua ædiculá ve dedicaretur, aliquid eo nomine recipiebant[c]: ea pe- c l. spurii. de
9 cunia Sportula* quoque appellatur. Et ideo iure cau- decur.
tum est, minores XXV. ann. Decuriones factos, sportulas accipere posse, licet suffragia ferre nequeant. Et hæc
10 quidem de municipalibus satis sint. In castris † quoque erant Decuriones, sic dicti, quòd denis equitibus præessent, vt Festus scribit, licet Fronto præfuisse eos turmæ dicat. Constat turma ex duobus & xxx. equitibus. Erant & in Palatina militia: vnde apud Tranquillum traditur Saturium cubiculariorum decurionem fuisse: sed de his nihil ad præsentem materiam. Quomodo autem Coloniæ deducerentur, suprà vidimus. in l. municipes. 228.

SVMMÆ.

1 *Vrbis condendæ forma.*
2 *Legis, Sacra. de rerum diuisione. sensus.*
4 *Vrbem, inscio principe, non condi.*

§. VRBS. Vrbs ab vrbādo dicta est: vrbare autē est ara-
1 tro diffinire. Solebāt enim antiqui, † iunctis bobus, tauro, & vacca, Hetrusco ritu, in condendis vrbibus, ara-

tro sulcum facere, intra quem oppidũ muniebant, ædificabãtque, id religionis causa, & auspicatò fiebat, quò eius loci penates & genios magis propitios haberent: vnde intra eum circuitum non licebat sepulchra constituere[a], quòd huiusmodi feralibus contaminari sanctũ municipiorum ius, polluíque vrbis Genius videbatur. Nam & cùm hostes vrbem expugnarent, in primis eos omnes euocabant Deos, vt non offenderentur, & expugnatores sacrilegij nomine exoluerent: † quod Iuris 2 consulti euocare sacra appellant[b]. Id autem conceptis quibusdam verbis fiebat, quæ se apud Serenum Sãmonicum legisse Macrobius refert. Eadem ratione † & mu 3 ri vrbium sancti appellantur[c]: vnde & iure ciuili sine Principis vel præsidis autoritate in eis aliquid committi non potest[d]: & ideo † eo iure nulli populo licitũ 4 est vrbem condere, nisi ex principis autoritate: quod in his gentibus non procedit, quæ liberæ sunt, & vacantia occupant: illę enim iure gẽtium reguntur[e], quo iure Romani Imperatores non præcellunt. In Pontificiis autem, recentioribúsque Canonibus, non vidẽtur vrbes appellari[f], nisi * quibus episcopus datus est: in an 5 tiquis enim decretis, maioribus tãtummodò vrbibus episcopi constituti fuere[g]. Sed tamen hodie quamplurimæ in Germanis Sarmatísque vrbes sunt, quibus specialiter nullus sacrificulus antistes præest: hæ enim nationes, non pauca ex iure gentium adhuc retinẽt, licet in sacris Christiani sint, nostrámque rem armis à Turcarum impetu egregiè, quantùm in eis est, tueantur.

a l. mortuorum. C. de relig.

b l. sacra. de rer. diuision.

c l. sanctum. eod. tit.

d Doct. l. j. §. siue. de oper. noui nuntiatio.

e l. ex hoc. de iustit. & iure.

f Bal. d. l. ex hoc.

g c. j. de priuil.

lib. 3. Satur. cap. 8.

SVMMÆ.

1 *Oppidi condendi causa, & etymon varium.* 2.

3 *Oppidum, omne muris cinctum tuitionis causa.*

§. OPPIDVM. Oppidum † videtur mihi id esse, quod 1 tanquam propugnaculum aduersus hostes constructũ est, & mœnibus vallatum: id enim etymologia arguit, cùm dicatur ab ope, id est, auxilio, quòd eius causa factum sit: vnde vt plurimum condebantur oppida, vt etiam natura loci tuta essent. Vergil. secundo Georg.

Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem.

Tot

Tot congesta manu preruptis oppida saxis.

Sic & Titus Liuius libr. xliiij. prohibitum Lacedæmoniorum tyranno tradit, ne quod oppidum in suo, alienóve agro conderet, quòd videlicet nollét Romani habere eũ, quò posset se recipere, & armis tueri. Sic & C. Cæsar commentariorum quinto: Oppidum, inquit, Britanni vocant, cùm syluas impeditas vallo, atque fossa munierunt, quò incursionis hostium vitan-
2 dæ causa conuenire consueuerunt. Sunt † tamẽ qui oppidum dictum existiment, quòd eò priuati opes suas
3 conferant. sed quod Pōponius hîc ait, verius est: † quapropter siue vrbs sit, siue castrum, emporium, cōciliabulum, pagus, vicus, præfectura, burgũ, metrocomia; dum mœnibus cingantur, & ab incursu hostium tuta sint, putauerim dici propriè oppida, ídque cum cæteris nostratibus interpretibus. Laurentius enim Valla, quíque eum secuti sunt Grammatici, oppidũ omnem vrbem dici existimauerunt, præter Romam, quæ peculiari nomine vrbs vocari cœpta, fecit vt cæteræ vrbes, oppida vocarentur. Est & oppidò aduerbium, pro valde, tractúmque id est à consuetudine agricolarum, qui cùm interrogarentur, quantum messium collecturi essent, respondebant, oppido: quasi & sibi, & oppido suffecturas dicerent.

SVMMÆ.

1 *Vniuersitatis agrorum nota.*
3 *Comitatum variè sumi.*
4 *Diœcesis acceptiones, & latitudo.*
5 *Castrum vrbis legibus, nisi ex causis, regi.*
8 *Iudex loci delicti competens.*
9 *Lictorum officium.*

1 §. TERRITORIVM. Quatuor † sunt nomina eiusdem intellectus, territoriũ, comitatus, districtus, diœcesis, eorum significatio ex diffinitione hîc posita in-
2 telligitur: * & sicut territorium à terrendo, ita districtus à distringendo: & in vincula trahendo nomen à recentioribus sumpsisse videri potest, tametsi sint, qui latiùs patere districtum putent[a], vt hoc nomine signi-

a Clem. Pastoralis. de re iudi.

ficetur, quicquid vltra territorium suum ex alieno ditioni suæ ciues addunt, vel virtute bellica partum, vel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptum videtur[a]: qua in re vix est, vt ego disputare velim, qui sciā, vocem hanc apud antiquorum neminem reperiri. Comitatus propriè de imperatoria aula dicitur: sed quia 3 tēpore Caroli magni, regnantibúsque Berengariis, & Othonibus, ad singulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur, cœpit territorium, quoniam illi Comes præerat, Comitatus dici. Otho tamē Phrisingensis in Aenobarbi historia, à cōminando comitatū dici existimat, eadem ratione qua & à terrēdo territoriū. Diœcesis Græca vox est, * qua administratio significatur: 4 in iure nostro pro prouincia assumitur[b]: vnde Aegyptiaca diœcesis. Sed in patrum decretis, solet ad episcoporum munus deflecti: non enim in primitiua ecclesia episcopi iudicia exercebant, sed sacra administrabant, curabántque: meritò διοίκησις, id est, procuratio distributióq; in eis propriè locum sibi vēdicabat. Sicut ergo territoriū dicitur, quatenus iudex ius terrēdi habet: sic diœcesis dicitur, quatenus episcopus ius administrandi sacra habet. Acciditque in limitaneis vicis, vt nō eiusdem sit diœceseos castrum, cuius est territorij. Sed finge aliquod castrum à principe fuisse de omnimoda ciuitatis iurisdictione exemptum, an eiusdem territorii vel comitatus dicetur? Et verius est nō esse: cùm enim vrbis prætor, vel comes, ius terrendi eò in loco non habeat, non videtur de territorio vel comitatu amplius esse. Quapropter si constitutum sit, 5 vt eius castri legibus deficientibus ius commune Romanorum obseruetur, constitutiones ciuitatis, cui antè subiiciebatur, non obseruabimus. Quòd si exemptum non esset, minimè procederet, cùm ius commune Romanorum mandet, castra quæ in territorio sunt, vrbis suæ legibus coerceri: idque & Pōtano visum est[c]. Idémque arbitror, si non omnino ab vrbe separatum sit, vt quia aliquo casu illi subiiciatur: adiuuatur enim origine inspecta, territoriíque nomen seruat, quod ex facto Bald. respondit[d]. Finge rursus principem castrum alicui simpliciter donasse, an territorium quoque & iuris di-

a Aretin. cōsil. lxxvij.
b l. j. C. de priua. carc.
c Roma. cōsil. cexviij. Socin. lxxxj.
d Bal. consil. clxxxiij. in iij.

risdictionem donasse censebitur? Et si iam exemptum à iurisdictione vrbis erat, verius est videri donatum: plenissimam enim huiusmodi munificentia interpretationem recipit[a]. Quòd si separatum nõ erat, haudquaquam de iure ciuitatis verisimile est voluisse principẽ
6 quicquam diminuere[b]. Quid item si territorium* concesserit, an & proprietates palatiáque concessisse videbitur? Et Oldrad. non videri respondit: Territorium
7 enim † ad iurisdictionẽ refertur, nõ ad eas possessiones, quæ dominij principalis sunt: ídq; & cæteri probãt[c].
8 Sed † quid si exercitus alicuius populi extra fines processit, & aliquis ibi deliquerit, an prætor eius populi eum puniet? Et responsum extat, ab eo puniri posse[d]: iure enim gentium, eius soli, quod quis bello captum possidet, habet dominium, iurisque dictio quæritur, vt meritò territorium suum dici possit, à terrendo, id est submouendo: solebant enim magistratus populi Ro-
9 mani in summæ potestatis signum, lictores habere † cũ fascibus, quibus mandabatur, vt turbam summouerent, vnde & summouere pro terrendi iure accipi cœptum est.

a Bartol. l. si quando, C. de bon. vac. lib. x. n. 6.
b Bart. l. j. de exc. mun. li. x.
c Alber. hic.
d Bart. hic.

SVMMÆ.

1 *Suum de toto accipi.*
2 *Commune non, nisi in casibus, meum.*

1 §. Verbvm svvm. Qui † fundum, Stichum, domum, huiusmodíque certam rem nominat, suámque esse affirmat, de tota re integráque specie locutus intelligi-
2 tur. Qua † ratione, quod commune est[e]: propriè meũ dici non potest: nec quod de re, quæ propria alicuius sit, à lege constitutum est, in ea locum sibi vendicat, quæ partim quoque aliena sit. Id tamen perpetuum non est. Nam in indiuiduis, si plures sint insolidum domini, res illa cuiuslibet, etiam propriè, esse existimabitur[f]. Vnde communis libertus, eorum ratione quæ ad patroni honorem salutémque pertinẽt[g], pro proprio habebitur: is enim honos insolidum debetur[h]. In legatis quoque, quoniam voluntas potissimum locum obtinet, idem dicemus. Vnde qui legat Stichum, qui suus erit cùm morietur, etiam le-

e c. fin. eod. tit. in vj.
f l. illud. de ritu nup.
g l. j. §. domini. ad Sil.
h l. communis. de in ius voc.

gasse eum intelligetur[a]: si nō suus, sed communis erit, eáque pars debebitur, quę ad eum spectat: nec enim dubium est, quin illa propriè sit sua. Cæterùm & cùm
iudex * pronuntiat fundum Titij non esse, intellige- 3
tur id pronuntiasse, vt neque illi communis sit. Cùm enim in iudicio de veritate totius summæ agatur, cen-
setur * iudex etiam de qualibet eius parte pronunciaſ- 4
se[b]: alioquin facile esset rem iudicatam eludere. Idem & in interrogationibus dicendum est[c]: qui enim interrogat an fundus sit suus, non solùm de toto, sed & de qualibet parte interrogasse censebitur. Et ideo si illi respondeatur, suū non esse, perinde erit, atque si neque sibi communem dixisset. Quid ergo si iurauerit suum non esse, & deinde probetur communem esse, an punietur tanquam periurus. Et videretur non esse existimandum periurum: vt enim crimen illud euitetur, humanitate receptum est[d], etiam abusiuam verborum interpretationem admittendam. vnde cùm è duobus
testibus alter affirmasset fundum à Titio * possideri, 5
alter verò negasset, concordiæ causa responsum fuit[e], de parte alterum, alterum de toto intelligendum. Me-
ritò igitur Iurisconsultus ambiguum * esse hūc casum 6
asserit: & ideo debent iudices eum, qui iurauit suum non esse, compellere vt explicet, sítne sibi communis, ne periurium obtegere verborum inuolucro possit: quamuis verior sententia sit, etiā si nihil explicet, censeri periurum[f].

a l. serui. §. j. de legat. j.

b l. si quis cū totū. de except. rei iudic.

c l. qui seruum. in fine. de int. actio.

d c. cùm tu. de testi.

e Din. Bald. l. ij. C. de cō di. insti.

f Docto. l. j. §. si stipul. de verbo. obli.

SVMMÆ.

2 *Matrimonium diuortio, mortéque solui.*

4 *Ablatiuos variè accipi, idque ex re. & proferri.*

LEX CCXL.

CVM QVAEREBATVR. Cùm quis stipulatus esset soluto matrimonio dotem sibi reddi, fuére qui crederent, conditionem stipulationis eo solùm casu euenire, quo per diuortium solueretur, non etiam si morte alterius: quorum sententiam ea ratio adiuuat,
quòd cùm matrimonium * consensu contrahatur, 1
propriè contrario consensu dissolui videtur. Qui autem

tem moritur, non existimatur dissentire, vnde & viduæ iuris interpretatione in plerisque habētur, ac si in
2 priore matrimonio adhuc essent. Sed † Imp. Titus etiā casum mortis contineri existimauit: quamobrem & quoties constante matrimonio dos petitur, vt si maritus facultatibus labatur, locum esse stipulationi videretur, cùm nullo casu dotem remanere apud maritum pronuntiauerit[a]. Sed hoc communiter non admittitur, cùm solutum non sit, & beneficium repetitionis mulieri ipsi lex concedat, non autem extraneo. Interpretantur autem Doctores ea verba, soluto matrimonio, id est, cùm matrimonium solutum erit: indéque colli-
3 gunt,* ablatiui absoluti naturam eam esse, vt cōditio-
4 nem inducat. In quo articulo sciendum est, † ablatiuos quādoq; in vim septimi casus, vt Diomedes, Seruiúsque docuerunt, enunciari: túncque dubium non est ad cōditionem non referri. Inducitur autem huius casus vis simpliciter in nominibus: vt cùm dicimus, te autore didici, arbitratu Seij ædificaui, saluo consensu domini alienaui, & si qua similia. Quandoque per participium proferuntur, & tunc naturam adiuncti participij debemus inspicere, præsentis, præteriti an futuri sit temporis. Quod præsentis temporis est, conditionem non inducit: vt si dixerim, rato manente pacto, pœna soluatur: item, filio præcedēte, patri permittitur quemlibet in locum nepotis adoptare: hìc enim non videtur subesse conditio. Quod tamen non procedit, cùm participium ipsum licet præsentis temporis, futuros tamē casus respicit: vt si constitutum sit, stantibus masculis fœminas à successione excludi: illa enim verba, stantibus masculis, quoniā ab eo prolata censentur[b], qui ius de ea re statuendi habet, & conditionē inducunt, & dispositionem: quia non solùm fœminas sub conditione excludunt, sed ipsos masculos admittunt. Cùm participium est præteriti tēporis, obscurior est quæstio: quoniam ex adiectione verbi, potest ad omnia tempora referri: vt suprà à nobis ex P. Nigidij sententia traditum est[c]: vnde hæc verba, soluto matrimonio, generaliter accipi ex materia subiecta poterunt: siue retrò solutum sit, siue in futurum soluetur, respectu futuri conditio

a Gl. l. si cōstante. soluto matrim.

b Bar. l. ij. §. fi. ad Tertul.

c in l. verbū erit. suprà eod.

est, non autem respectu præsentis præteritive. Nam & cùm sermo Latinus præsens à passiuo verbo participiũ nullum habeat, soliti sunt veteres in eum sensum præterito vti, vt apud Vergil. Vímque addere victis, id est, qui vincebantur. Et in Geor. Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis, id est, qui vehuntur. Sic & in edicto prætoris[a], dum in eum, qui rate naue expugnata, quid rapuisse dicetur, actio cõceditur: illa verba, naue expugnata, exponuntur, id est, dum expugnatur, & præsens quoque tempus respiciunt. Sumuntur & quandoque huiusmodi participia ferè in vim nominis, vt cùm dicimus, velo leuato iudicauit, reseruato domini consensu alienauit, penum excepto vino legauit. quo casu dubium non est, dispositionem inferri, non conditionẽ: idémque iuris est, quod de vi septimi casus suprà docui. Cùm futuri tẽporis participium est, tempus potius quàm conditio inducitur, vt in illo Lucani: Venturo Cæsare Romam, Ignauæ liquere manus: id est, cùm esset venturus. Vnde * quamuis Bart.[b] 5
eas conditiones, quæ ab ablatiuis absolutis inducũtur, expressas appellet, mihi tamen videtur huiusmodi ablatiuos principalius ad tempus, quàm ad cõditionem referri. Nam & illud in confesso est, magis dispositioni eos accedere, quàm conditio expressa faciat[c]. Illud etiam constat, * quæ in Dus participia terminantur, 6
nullo modo ad conditionem, neque expressam, neque tacitã attinere, sed id significare, quod fieri oportet: vt in exẽplo Iustiniani posterioribus secundo relinquendis: & rursus, liberis instituendis, vel exheredandis.

[a] l. iij. §. deinde. de incend.

[b] In l. §. vij. q. de condit. & demonstr.

[c] Ias. in rub. solut. matri. in princip.

SVMMÆ.

1 *Legis, In rutis, emendata inscriptio.*

3 *Ruta operi inclusa.*

4 *Operum genera.*

6 *Operum intestinorum species.*

LEX CCXLI.

IN RVTIS. Scripsit † Q. Mutius singularem librum, 1
quem inscripsit ὅρων, id est, horarum, vel etiam annalium: siquidem ὧροι apud Lucianum hoc sensu accipiuntur.

piuntur. Potuit & titulus operis fuiſſe τῶν ὅρων, per ο bre-
ue: ſic enim Ariſtoteles in Topicis diffinitionem, ſiue,
vt M. Cicero, notationem vocat: nam & certa de ali-
qua re ſententia ὅρος dici poteſt: & hæc ſecunda lectio
mihi magis placeret, niſi in antiquis codicibus huius
reſponſi lemma, per ω magnum ſcriberetur, nimirum
hoc modo: Q. Mutius lib. ſingulari ὥρων. vnde ab ea ſcri
ptura temerè recedendum non eſt. Igitur in eo libro
Mutius explicuit, quænam ruta eſſent & cæſa, (ſole-
2 bant enim * domuum venditores ea excipere, ne em-
pta cenſerentur) & videbatur quæcūque eruta vel cæ-
ſa ſunt ſignificari: id enim voces illæ denotāt. Sed Mu
3 tius [a] non contineri ea, † quæ terræ fixa ſunt, exiſti- a l. fundi. §.
mauit: ſed & ſi qua opere ſtructili, vel tectorio cōcluſa ſi ruta. de
4 ſunt idem eſſe [b]. Dicitur † opus ſtructile, * quod ex la- act. empt.
5 pide quadrato, aut laterculis calcéque conſtructū eſt: b l. ſicut. ff.
eáque propriè pars ædificij eſt, vnde & auferri nō po- ſer. ven.
teſt. Tectorium verò incruſtatio eſt, ſiue expolitio pa-
rietū, pluribus inductis ex arenatò coriis, totidémque
ex marmorato: quam rem M. Vitruuius libro vij. co-
pioſè explicat. Dureſcebat autem ea ſpecies in cruſtas,
adeò vt ſpeculorū modo imagines redderet, poſſétq;
in abacorū quoque vſum eximi: quæ tametſi vera eſ-
ſent, nō tamē ea eximere vēditori licet, cùm hîc diffi-
nitum ſit, rutorum cæſorúmque appellatione non cō-
6 prendi. Sed an † inteſtina opera comprendantur, vt
ſcamna, ſedes, fulcra, abaci, armaria, ſcrinia, ídque gen'
ſimilia? Et contineri quibuſdam videtur. Cùm enim ex
materia arboribus cæſa conſtent, ſatis videntur ex vi
verbi ſignificari. Quid de ſtatuis & imaginibus, quales
maiorum ſuorū antiqui in atriis & veſtibulis conſer-
uabant, ſicut Philoſophorum, doctrináque inſignium
hominum in bibliothecis, cæterorū in hortis vel hor-
reis? Et M. Cicero II. de Oratore, rutis cæſiſque attri-
buere videtur: quapropter vendita domo, emptorem
non ſequerentur [c]. Quod tamen aliter ab antiquiori- c l. Celſus. ff.
bus obſeruatum fuiſſe, Plin. eſt auctor. is lib. xxxv. In idem Iul. ad
foribus, inquit, & circa limina animorum ingentium exhib.
imagines erant, affixis hoſtiū ſpoliis, quæ nec em pto-
ri refringere liceret: quæ etiā dominis mutatis, domus

ornamenta erant. Sed hæc olim fuére: Mutij enim sententia deinde recepta est, vt ruta cæsáque ædium fundive esse non censeantur [a], nisi id scriptum sit. Sanè harum dictionum M. Cicero in Topicis quoque meminit: Solent, inquit, liberales venditores, vt cùm ædes fundúmve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedat tamen aliquid emptori, quod ornandi causa aptè & suo loco positum videatur. Explicuit hunc locum Budæus quoque.

[a] l. in vendẽdo. de cõtrahen. empt.

in d. l. fundi. §. si ruta. s. de act. emp.

SVMMÆ.

1 *Artemon variè accipitur.*
2 *Legis, Malum. sensus & emendatio.*
3 *Nauis instructæ legatæ cedit artemon: in scapha contrà.*

LEX CCXLII.

MALVM. Artemon †velum est additititium, dirigendæ nauis causa, cuius Iulius Pollux meminit, & in actibus Apost. Lucas: ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ, id est, extollentes artemonem ad auræ flatum. Deducitur à Græco verbo ἀρτάω, quod suspendere significat, & adsuere: vnde & ἀρτήμα in etymologico magno pro loro paruo accipitur, cui crumena adsuitur. Est & hac similitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant: ea ingentis oneris lapides tolluntur: cùm enim cæteræ huiusmodi machinæ duas tantummodò trochleas habeãt, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiã requirit, quæ additititia est, & ideo artemõ epagónque dicitur, vt Vitruuius scribit. Est & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus, voluptariam vitam agere cœpit, vt apud Athenæum legi: vnde περιφόρητος id est, circunlatitius, prouerbio quoque dictus: de quo alij aliter prodiderunt. Sed †hoc in Iaboleni respõso de velo illo extraordinario accipiendum est: quod etiam Isidorus (vt tempora sua ferebãt) non prorsus malus autor, dirigendæ potius nauis causa, quàm celeritatis commendari lib. xix. tradidit. Igitur id velum tanquam additititium, non esse nauis partem hîc traditur: nam & pleræque naues illud non habent, & tamen non ideo inutiles sunt. At ex recentioribus 2

cap. 27.

tibus plerique, quid artemon eſſet ignorantes, temonem expoſuerunt, quod ſic vulgari voce nauis gubernaculum vocetur. Hinc variè ſe torſerunt, dum rationem nullam vident, cur illud pars nauis non ſit, cùm alibi expreſſim traditum legerint, gubernacula, malũ, antennas, quaſi membra nauis eſſe [a]. Hinc autem apparet, vendita vel legata naui, quid præſtandum ſit. Sed quid ſi quis vendat tibi lembulum, an & remos debeat? Et deberi videtur, niſi ex conſuetudine aliáve
3 ratione aliud actum conſtet. Quid † ſi nauim inſtructã quis legauerit, an artemon præſtabitur? Et licet pars nauis non ſit [b], tamen non eſt dubitandum, quin eius inſtrumentum ſit. Quod in ſcapha contrà reſponſum eſt: ſcapha enim nauis inſtrumentũ non eſt. Sanè ſciendum eſt, nauim ex vniuerſo quodam conſtare, & ideo ſingulis tabulis euictis, non videri partem euictam [c].

a l. ſcaphã. de euict.
b l. fina. de fund. inſtru.
c l. Nauẽ. de euict.

SVMMÆ.

1 *Proiecti, immiſſíque diſcrimen, & effectus. 4.*

1 §. INTER PROIECTVM. Interpretatur † Priſcus Iabolenus quid inter proiectum & immiſſum differat: aítque immiſſum id eſſe, quod ita immitteretur, vt in alieno requieſceret, vnde & ſeruitus tigni immittendi nomen ſumpſit. Proiectum autem eſt, quod prouectum extra parietem vel ædificium, nuſquam conquieſcit: qualia ſunt meniana, & ſuggrundia [d]. Meniana (Græci orthas appellant) nomen ſumpſere (vt Accurſius ait) à mœnibus, cui tamen doctiſſimi Grammaticorum meritò aduerſantur, ex hiſtoriáque etymologiam hanc adducunt. Fuiſſe enim Menium quendam Romanum, qui cùm patrimonium obliguriſſet, domum vendidit, quam ad forum ſpectantem reliquam habebat, excepitq; ſibi vnam columnam, ex qua proiecit tigna, quò amplius podium efficeret, vnde gladia-
2 torios ludos conſpiceret: hincq; exterius porrecta * æ-
3 dificia appellari cœpêre Meniana. Suggrundia * verò ſunt, quas ſuggrundas quoque vulgò dicimus, prominentes videlicet tecti partes: Græci γεῖσα vocant, & ὑπογεῖσα. Varro de re ruſt. Aues, inquit, ſubtus ſuggrundas ab initio villatico vſæ tecto. Sed & edicto prętoris

d l. pen. C. de ædi. priu.

/ Vide Budę. in l. si uerò. §. pretor ait. ff. de his qui deiec. uel effud.

cauebatur, ne quis in suggrunda, proiectóve id positū haberet[a], quod alicui nocere posset. Extat etiā rubrica, de dāno infecto, & suggrūdis, & proiectionibus. Sanè non † modica iuris est diuersitas, immissum quid, an proiectum dicatur. Nam immissum meo parieti, de facto mihi deiicere licet: at supra ædes meas proiectum, non licet, sed lege Aquilia agendum est[b]. Quapropter cùm quis ex heliocamino perticas, quibus toralia, lintea, vela, ídque genus texta soli exiccanda sustinerentur, supra vicini domum proiectas haberet, respōdi non licere propria autoritate deiicere, sed legis actionem superesse. Non solùm autem in ædes alienas immissum proiectúmve habere non licet, sed nec in ædes communes, nisi iure seruitutis, vel alia ratione id debeatur[c]. 4

a l. si verò. §. prætor. de his qui deiec.

b l. quemadmodum. §. j. ad leg. Aquil.

c l. si duo. §. Labeo. vti possi.

SVMMÆ.

1 *Plumbum ædibus cedere.*

2 *§. Plumbum. explicari, & emendari. 4.*

§. Plvmbvm. Solebant † veteres, quod in præsensentia penitus non exoleuit, domos plumbo tegere, eóque tegularum loco vti, id Labeo ædificij esse aiebat: vnde domo vendita, & ipsum emptori accedebat, nec hac in re quicquā ambigitur: sed qđ subsequitur, perquàm obscurum est. Accurs. ingenuè fassus est, se hunc locū non percipere. Sunt qui legāt, id quod in ripa tegēdi causa poneretur, contrà esse: vt cēsuerit † Labeo, id plumbum, quod flumine aduectū in ripa adhuc est, tametsi ea mēte paterfam. apportari fecerit, vt domum contegeret, non tamen ædificij esse. Quod quidem iure verum est, cùm constet destinationem rei[d], pro ipso facto non haberi, nisi cùm aut opus iam cœptum, factóque ipsi proximum est[e], aut in id res est destinata, quod prius fuit: vt cùm tegulas, plumbúmve quis detraxit, vt reponeret: ædificij enim cēsebuntur, cùm alioquin tegulæ nondum impositæ, ædificij ipsius non sint. Cæterùm hæc interpretatio antiquorū codicum lectioni non cōgruit, in quibus apertissimè legitur, id quod hypæthrij tegendi causa poneretur, contrà esse. Moris fuit apud veteres, media spacia quæ inter 1 2

d l. fundi. §. item. l. seq. de act. emp.

e l. librorū. §. sed nec cœpti. de leg. iij.

inter porticus sunt adornare, ambulationésq; eas pulcherrimis pauimentis sternere, & hypæthria, * quòd sub aperto æthere sint, appellare: vt Vitruuius lib. v. ostendit. Latinis etiam subdiales ambulationes dicũtur, vt Plin. lib. xviij. & subdialia pauimẽta libr. xxxvj. Fieri hypæthria etiam ante templorũ vestibula cõsueuisse, autor est Zenodotus in adagiis, qui Bacchi statuam, quem Morychum Siculi dicunt, ἔξω τοῦ ναοῦ collocatam fuisse scribit, παρὰ τὴν εἴσοδον ἐν ὑπαίθρῳ, id est, extra templum, iuxta ingressus in hypæthro. Igitur hyemali tempore, ne propter gelu vel niues ea pauimenta corrumperentur, plumbo fortè vel quapiam alia materia tegebantur, quæ æstate demũ tollebatur: meritò id non esse † ædificij Labeo sensit, cùm ad structuram non pertineat, & perpetui vsus causa non apponeretur. Aestate quoque in hypæthriis solis ardores, expansis velis defendebãt: ea vela Sabinus & Cassius[a] supellectili adscribunt (licet vulgati codices pro hypæthriis, partim in petris, partim apothecis scriptũ habeant) vnde ædificij non magis esse, quàm supellectilem constat.

a l. quæsitum §. de velis. de fun. instru.

SVMMÆ.

3 *Viduam variè accipi. 5.*

4 *Viduam stupratam non dici: huius effectus.*

1 §. VIDVAM. Viduam esse * quasi sine duitate, Antistius Labeo dixit: quoniam particula, ve, priuatiua quãdoque est, vt in vesano, vecordéque diximus: quapropter etiam quæ nunquam nupta fuit, vidua rectè appellabitur, competéntque ei cætera priuilegia, quæ viduis concessa sunt[b]. Sed hanc ego Labeonis interpretationem vix scio quantùm adprobem, non quòd A. Gellij exemplo mouear, qui & ipse quasdam eius similes deriuationes quandoque confutauit, sed quòd quacũque autoritate potiores apud me sunt rationes. Quomodo enim viduam à ve, & duitate dictam credamus, quæ dictio prima in syllaba corripitur, cùm si Labeonis vera esset sententia, produci debuisset? sicut & vecors, vesanúsque producuntur. Quomodo item ab etymologia vocabuli adfirmatiuè argumẽtabimur,

b Bar. l. j. C. quando imp. int. pupil.

vt quia sine duitate puella sit, vidua dicatur, cùm huiusmodi argumentum non consistere frequentius receptum sit? Sed & non parum me legis Iuliæ [a] exemplum mouet, quæ viduam à virgine separat, licet in vtraque stuprum committatur. Hieronymus quoque ad Fabiolam [b]: Vidua, inquit, est cuius maritus mortuus est. Nam & antiqui autores viduum simpliciter pro priuato accipiūt, vnde viduus pharetra Apollo apud Horat. Elegantior igitur subtiliórque Labeonis mihi videtur sententia, quàm verior, vt meritò non nisi ex lata significatione sustineri eam plerique responderint [c]: quandoquidem & scientissimi grammaticorum ab antiquo verbo iduare, viduam dictam putant, quod separare significat: vnde & Diuidere verbum, & Idus dicti Macrobio. Sit igitur vidua, * quæ à viro separata est: cui sententiæ & ceteri antiqui communísque omnium vsus assentire videntur. Ad- 2
dunt [d] aliqui † ita demum proprie dici viduam, si à 3
viro, cui superstes existit, mulier facta sit: quod ego non probo, cùm nuptias non concubitus, sed consen-
sus faciat. Sed † quid si mortui viri honorem non pro- 4
curet, stuprúmque patiatur? Et non esse viduam quibusdam videtur: quod per interpretationem admitti crediderim [e]: propter enim suum dedecus, eis priuilegiis indigna est, quibus pudicæ viduæ honestantur.
Cæterùm † quæ inutilem maritum nacta est, eadem 5
interpretatione vidua censebitur [f]. Sed qua ratione moueri legislatores existimabimus, vt erga viduas indulgentiores sint? Et credibile est sexus imbecillitati miseritum fuisse, qui per alios regitur, vt plurimùm infidos, & dominicarum rerum negligentes. In lege pontificia illud quoque considerari videtur, vt præmiis viduitatis adductæ, non facilè ad secundas nuptias relaberentur, quas ea lex non satis adprobat, sed in cœlibe lecto castæ essent: quod quò difficilius his est, quæ illitium Veneris expertæ sunt, eò & commendatione dignius: siquidem, vt Græco prouerbio admonemur, δύσκολα τὰ καλά, quamuis hæc rara auis, vt vulgò dicitur.

a §. item lex inst. de pub. iud.

b xxxiiij. distin. vidua.

c In c. ex tenore. de for. competen.

d l. Maria. d. c. ex tenore.

e §. quæ verò. in authē. de nup.

f Gl. l. fin. C. ad leg. Fla. de plag. & ibi not.

SVM-

SVMMÆ.

2 *Structuras ædibus cedere.*

3 *Aedibus cedunt exemptilia illis parata: in specularibus contrà.*

4 *Seruitute prospectus non vtimur specularibus.*

1 §. STRVCTVRAM. Fiunt* plerunque structuræ ex
2 tabulis exemptiles: † vnde dubitari potuit, an illæ ædium sint, ita vt domo vendita debeantur. & esse Labeo scripsit: cùm enim perpetuò in hunc vsum paratæ fuerint, tametsi quandoque tollantur, remanent tamẽ ædium [a], sicut & cætera quæ ædificio detrahuntur, vt a l. fundi. in
3 rursus reponantur, ædium permanent. Quo † argu- fi. de act. em.
mento arbitrarer etiam telaria, vel vitraria, quibus in fenestris vtimur, licet exemptilia sint, tamen vendita domo deberi: in perpetuum enim vsum parata sunt, nec alij præterea fenestræ solent conuenire, nisi ei cui obturandæ specialiter effecta sunt: quod non est in cæteris operibus, quæ rutorum cæsorúmque appellatione recipiuntur. In specularibus verò, licet eundem vsum præstent [b], aliud Pegaso & Cassio visum est: b l. quæsitũ.
cùm enim preciosiora sint, in ornamento ædium ma- §. itaque. de
gis, quàm in instrumento habentur. Conficiebantur fund. instru.
autem ex speculari lapide in tenuissimas crustas secto, & pellucido, cuius mentio passim apud bonos autores habetur. Qua ratione & domus vsufructu legato, specularia non deberentur, quoniam in instrumento non sunt. Sed tamen Vlpiani [c] sententia receptior est, c l. sed & si.
qui specularia affixa domus partem esse censuit [d], sicut de vsufruct.
& pegmata. Fuere ex recentoribus doctoribus qui- d d.l. quæsi-
dam [e], specularia existimantes esse, tabulas clatris can- tum. §. specu
cellísve spissioribus distinctas, quæ fenestris opponun laria.
tur, ne virgines à prætereuntibus conspici possint, e Cepol. in
vulgus Zelozias vocat. Sed hæc sententia ex Martia- tra. de ser.
lis carmine confutatur:

Hybernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.

4 Sed † nunquid qui in vicini domum ex fenestra iure seruitutis prospectum habet, specularia immittere possit, vnde ipse vicinum, minimè illi contrà perspi-

cuus, videat? Et non posse quidam asserebant [a] duriorem enim vicini conditionem fieri. cùm mutuus prospectus ceu à Plutonis casside, vel Gygis anulo adimeretur. contrà aliis visum: cuilibet enim in suo id facere permittendum [b], quod sibi cõducere existimauerit.

a l. j. §. illud. de aqua quot.

b l. Proculus. de dam. infect.

SVMMÆ.

3 *Liberum esse iussum, etiam post alios adsignatos adsignari.*

4 *Codicillorum virtus multiplex.*

5 *Codicillos secundum testamentum explicari ex causis contrà.*

LEX CCXLIII.

SCAEVOLA. Assignauerat † paterfamil. in testamento libertos suos vni ex filiis [c], deinde posteriore scriptura Titium seruum suum liberum esse iusserat: dubitari potuit, an is quoque assignatus esset, cùm de eo intellexisse non videatur testator, qui cùm assignatio scripta est, adhuc libertus non erat. Sed Scæuolæ aliud visum est: non enim * hoc in casu ordo scripturæ videtur diuersitatem iuris inducere, cùm in instrumentis quæ * ab vltimo tractu perfectionem accipiunt [d], eodem tempore censeantur acta omnia, idcircóque parum referat posteriore, an priore loco libertas data sit. Sed quid si non testamento, sed codicillis post aliquod tempus factis, libertas Titio relicta sit? Et idem esse hîc arbitror: nec enim Scæuola distinguit, qualis fuerit posterior scriptura [e]: nam & quod codicillis scriptum est, perinde † est, ac si testamẽto adnotatum esset: quoniam codicilli testamenti iam facti pars esse videntur. Alibíque traditũ est [f], & codicillos ad testamenti sensum interpretatione producendos, & vice versa testamentum ad codicillorum sententiam [g]: vnde & conditio in testamento legato addita, ex mẽte testatoris repetita in codicillis etiã trãslato legato censetur [h]: quod & Decio visum est [i]. Sic & † substitutio fideicommissaria in prioribus tabulis facta, ex his declarationem sumit [k], quæ posterioribus codicillorum tabulis scripta sunt, idque nisi verba euidentissimè repugnent, vel contraria voluntas defuncti, vt hîc dicitur,

1 (margin at "testa-")
2 (margin at "casu")
3 (margin at "per-")
4 (margin at "ad")
5 (margin at "substitutio")

c l. j. de adsig. lib.

d l. ij. §. priùs. de vulg.

e l. talis. in fi. de leg. j.

f l. ij. §. codicillorum. de iure codicil.

g l. Nesennius. de exc. tut.

h l. Caio. de ali. leg.

i Deci. consi. cxc.

k l. fin. ad Treb.

citur, possit ostendi. Sed quid, si verba quidem omnino non repugnent, sed quædam alioquin superfluant, quædam diuersa suadeant? Et Cornæus respondit[a], contum quoque codicillos secundùm testamenti verba intelligendos esse, & ideo ex vniuersali substitutione in codicillis facta, non videri particulares correctas, quæ testamento scriptæ proponerentur.

a Corn. cons. fil. xliij. in iij.

SVMMÆ.

1 *Mulcta & pœnæ discrimen multiplex.* 4. 5.
3 *Vsurarius manifestus in casu appellat.*
6 *Mulctam in delictis nominatis non dici ex causis contrà.*
8 *Mulcta limitata ob arbitrium incerta.*

LEX CCXLIIII.

SI QVA POENA. Scripserat Antistius Labeo, pœnam & mulctam idem esse: sed Paul. falsum id existimat, & præter cæteras, tres differentias adducit quibus probet aliud esse mulctam, aliud pœnam. Sententia tamen Labeonis, inspecta vocabuli origine, vera est. Quandoquidem suprà ex vetustissimis scriptoribus admonui, mulctam Oscum esse verbum, quo pœna significetur. Sed Paul. secundùm temporum suorum consuetudinem loquendi mulctam accipit, qua inspecta, non est dubium expositionem Labeonis sustineri non posse. Connumerauimus autẽ superiùs[b] quamplures differentias, in horũ vocabulorum significatione: nunc tria solùm attingenda sunt, quæ à Iurisconsulto referuntur. Prima est, † quòd à pœna non
1 prouocatur, à mulcta verò prouocatio est: quæ verba vario modo à Doctoribus accepta sunt. Sed Bart. intra tempus prouocandi defuncto reo pœnã deberi, mulctã verò non deberi interpretatus est. Hinc probari existi-
2 mat, * pœnæ petitionem in heredes quoque competere, mulctæ verò morte rei extingui. Quæ sententia mihi videtur non satis recepta esse: crebriùs enim traditum est à pœna non esse prouocationem: quoniam si de delicto cõstet, cùm à lege pœna imponatur, si quis prouocaret, non de facto iudicis, sed de iniqui-

in l. aliud. 131. §. inter. ff. eod.

b l. aliud. suprà eod.

tate legis conquereretur, & ideo admittendus nõ est: quod in mulcta non procedit, quæ ab ipso iudice dicitur, non autem à lege certo modo diffinita est. Quapropter si quis co prætextu à pœna appellaret, quòd innoxiũ se diceret, vel quòd ex lege huiusmodi pœna adfici non posset, dubium non est, quin admittendus foret: non enim hoc casu de legis iustitia, sed de ius dicentis facto disceptaretur [a]. Cui sententiæ non absimile videtur † quod traditum est, tametsi manifestus 3 vsurarius appellare prohibeatur [b], si tamen adserat se tantum fœnoris non extorsisse, ínque quantitatis modo prægrauari, prouocationi locum esse, quod Iacob. & Albert. probant. Meritò igitur cùm quis facinoris conuictus est, statim pœna à lege constituta debetur: at mulcta non priùs debetur, quàm in rei iudicatæ vim sententia eius indictiua transierit. Nam & Corn. Tacitus libr. XIII. Censuit (inquit) L. Piso Consul designatus ne mulctam à Tribunis dictam quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio tempore contradicere liceret, déque eo Consules statuerent. Secunda † differentia est, quòd 4 pœnam quilibet iudex qui delicti cognitionẽ habeat, inferre potest, at mulctam his solis dicere licet, quibus ex lege vel mandatis principũ concessum est. Quapropter nec magistratus municipales [c], nec defensores ciuitatum, nec delegati iudicum, iurisdictionem suam per mulctæ comminationem tueri possunt. Quod & in arbitro dicendum est [d], nisi ex compromisso hæc ei potestas à partibus data sit. Tertia † differentia est, 5 quia certæ pœnæ singulorum peccatorum sunt, at mulcta incerta est, & ex arbitrio ius dicentis pendet. Vbicunque igitur delictum perpetratum speciale est, & certam pecuniæ taxationem in vltionem nõ habet, ibi propriè mulcta est: vt si quis contumax fuerit, coram tribunali irreuerenter aliquid egerit, prætorem contumeliosè compellauerit, & si qua similia: hæc enim delicta commune aliquod nomen non habẽt, sed specialiter designantur. Ea verò quæ † communi generalíve 6 nomine dicuntur, vt stuprum, furtum, falsum, peculatus, certas & à lege constitutas habent pœnas, & ideo in eis

a Bal. l. j. C. nec ex del. def.
b c. quàm sit. de vsur.
c l. j. si quis ius dic.
d l. non ex omnibus. de arb.

in eis mulcta propriè locum sibi non vendicat. Quò
fit, vt tametsi ex lege municipali liberum arbitriũ cir-
ca pœnas delictorum prætori concessum sit, quamuis
furi, vel adultero pecuniariam pœnam indicat, non ta-
men propriè mulctasse dici possit: quoniam huiusmo-
di delicta communia generaliáque sunt, at mulcta de
specialibus infligitur. Quòd si certa pecunia in pœ-
nam à lege constituta speciali alicui delicto sit, ea pro-
priè mulcta dicetur: cùm enim ante eam legem incer-
ta esset, quamuis deinde ex constitutione ad præfini-
tam taxationẽ redigatur, seruat tamẽ nomen suũ: ver-
7 bi gratia, Si clericus frustratoriè *appellaret[a], vel pro
uocator ab executione, arbitrio iudicis olim mulcta-
batur[b]: deinde constitutum est, vt 50. argenti libras
solueret, an ideò minus hæc mulcta dicetur? Et pro-
priè mulctam esse dicendum est, ídque etiam ex hoc re-
sponso probatur, licet aliter Accurs. senserit. Quod &
de ea pecunia arbitror, quam fisco iudices litium pro-
telatores exoluere coguntur[c]: mulctam enim eam lex
8 appellat, & quidem propriè. Illud constat, † cùm ho-
die statutum sit, quatenus mulctam dicere magistratus
possunt[d]: quoniam minorem infligendi diminuendí
que ius habent, adhuc incertas esse mulctas, & in eis
nomen id proculdubio propriè locum habere. Et hæc
iure Romano vera sunt: Athenienses enim aliter ob-
seruasse quandoque legimus: hi mulctas in aram Διὸς
σωτῆρος, id est, Iouis conseruatoris dedicabant, quas se-
mel illatas remittere non licebat: quamuis pœnas iure
debitas, pecunia redimere fas haberent, ídque Plato-
nis exemplo, qui singulis delictis pecuniarias mulctas
constituit. Cætera quæ ad mulctarum cognitionem
pertinent, superiùs à nobis explicata sunt.

a l. ij. C. de episco. aud.
b l. ab executione. C. quo. app.
c l. properãdum. §. antepenult. C. de iudic.
d l. eos. C. de mod. mul.

ind. l. aliud. 131. §. inter.

SVMMÆ.

2 *Statuas ædium non esse, nisi ex causa, & 3.*
4 *Tabulas pictas ædium non, nisi tectorijs insint, esse.*
7 *Diathyron variè sumi, eiúsque effectus.*
8 *Prothyri acceptiones.*

LEX CCXLV.

STATVAS. Explicat hoc reſponſo Pomponius tres ſatis dubias quæſtiones, quarum prior eſt huiuſmodi, † An ſtatuæ adfixæ baſibus ſtructilibus ſint ædium. 1
In quo articulo priùs ſciendum eſt, quid ſignificet baſis ſtructilis. Et conſtat baſem * eſſe ſedem & pedamentum cuique rei ſuſtinendæ: vnde baſes vaſorum Corinthiorum Iaboleno [a], baſes catapultæ & columnarum M. Vitruuio. Hæ ex ſolido lapide quandoque fiebant, quandoque opere ſtructili, id eſt, ex laterculis, calceq;. 2
Igitur † ſi quæ ſtatuæ marmoreis baſibus inſiderent, in confeſſo fuit ædium non eſſe, ſed rutis cæſiſque annumerari [b], vt ſuprà vidimus: & ideo vendita vel legata domo, auferri poſſunt. Sed ſi ſupra ſtructiles baſes collocatæ eſſent, tractatus magis ambiguus eſt: quoniã ſtructile opus pars ædificij eſt, nec amoueri poteſt: ſicut ergo baſes ipſæ pars ædium ſunt, ita eis impoſitę ſtatuæ ædibus adſcribi debent: in qua tamen realiter Pomponio viſum eſt: apponũtur enim magis cauſa ornatus, quàm vt ædes perficiantur. Sequens † quæſtio eſt, quid de tabulis, quas pictas antiqui catenis religabant, vel parieti, tignísve affigebant, an illæ ædium eſſent. Et eadem ratione non eſſe reſponſum eſt: ornant enim elegantiorémq; reddunt domum huiuſmodi tabulæ, non autem quicquam ad eius perfectionem faciunt. Quòd ſi in tectorio opere loco cruſtarũ marmorearum inde exemptarum appoſitæ ſint [c], tunc ædium partes ſunt: videntur enim tectorij ipſius perfectioni accedere, & parum refert ex marmore, vel ex tabulis pictis, quod illi deeſt, ſuppleatur. Quid autem ſit tectorium, ſuperius à nobis tractatum eſt [d]. Hincque * probatur, ornamenta, quæ à domo ſeparari commodè poſſunt, ſi eam ob rem nihil perfectioni domus deeſt, ædium non eſſe, & ideo ædibus venditis vel legatis non deberi. Sanè hoc loco antiquorum codicum varia eſt ſcriptura: quidam enim habent, Aut ſimiliter quæ cohærent lignis: alij, lichnis, alij tignis. In vltima quæſtione dubitari potuit, an prothyron * ædium ſit: & reſponſum eſt, eſſe. Sed in hoc non modica eſt difficul- 3 4 5 6

a l. heres. §. pen. de leg. iij.

b l. in rutis. hoc tit.

c l. fundi. §. ij. de act. empt.

d d. l. in rutis.

tas explicare quid sibi prothyron velit. Et Græcus sermo indicat aliquid significare quod ante ianuam vel ostium sit, à græca præpositione πρὸ, & dictione θύρα. qua ratione & Hyperthyron dicimus, quod superliminare quidam vocant. sicut Pseudotyron posticum. Hypothyron hiantiam cauitatémve ianuæ, Diathyron
7 †quod per eam ponitur: qualis est in ianuis, quam vulgò posterulá vocamus, in ostiis verò, quàm vulgò buxulam appellant, & ex tabulis conficitur, ad arcenda, dum valuæ aperiuntur, irrumpentia frigora: fit & quãdoque vice tabularum appositis tapetibus, vel peripetasmatis, huiusmodiq; velamine est & Dithyrō, quod Biualuium dicere possumus: vnde Aristoteles de animalibus quarto, genus quoddam ostracôn appellat dithyra, quasi bifores testas: quæ vox etiam posterulæ conuenire potest, quasi sit διπλῆ θυρὰ, vnde & dithyron Græci pro eo quod duplicatum est, vsurpant, vt Hesychius & Suidas tradit Philostratus quoque in vitis Sophistarum auctor est, Secundum rhetorem ab aliquibus ἐπίθυρον fuisse cognominatum, quod fabri esset fi-
8 lius. Igitur †Græci prothyron vocant, quod Latini Vestibulum dicunt: vnde Pindarus in Olympiis Corinthum Peloponnesi prothyron appellat, quasi portam vel fauces dicas. Sed & Posidippus in epigrammate, ἐν προθύροις, inquit, θῆκε διδασκαλίων, videtúrque accepisse pro statuariorum pergula, in qua publicè ante ianuam spectanda opera proponebantur. Hieronymus verò in Ezechielem, quod Aquila & Theodotio prothyron dixerat, limen portæ transtulit: frequentior tamen interpretatio est, vt vestibulum significet. Sed in hunc sensum hîc accipi ego non arbitror non quod me moueat Ælij Galli Iurisconsulti auctoritas, quem refert A. Gellius scripsisse libro de significatione verborum, quæ ad ius ciuile pertinent, secundo, vestibulum partem ædium non esse: sed quia non video cur hoc sensu Pomponius, & Labeo Græca magis dictione, quàm Latina, & quidem vsitatiore, vti debuerint, præsertim cùm indubitatum sit (vt ego sentio) vestibulum tametsi extra ianuam domus sit, ædibus tamen adscribi, & ceu earum membrum existimari. Arbitror igitur

hac voce posterulam vel buxulam ipsam significari: interdum enim ea, vt hîc dicitur, in ædibus fit: nam M. Vitruuius auctor est, quæ Græci diathyra, vel, vt alij magis probant, dithyra dicunt, à Latinis prothyra appellari. Papinianus quoque [a], Prothyron domus, inquit, si velamen est, instrumento domus continetur. Quibus verbis apertè indicatur, non posse nos de vestibulo intelligere, sed potiùs de stragulis aliquibus pictis: quãdoquidem Iul. Pollux lib. x. inter ianitoris instrumenta, prothyra quoque commemorare videtur πολυποίκιλα, id est, multifariam variegata. Distinguendum igitur est, vt buxulæ, si ex tabulis similíve materia confecta sit, pars ædium censeatur, sicut & posterula: si ex velamine, huiusmodíque aulæis, non pars, sed instrumentum sit domus.

a l. quæsitũ. §. Papinianus. de fund. instr.

SVMMÆ.

1 *Legis, Apud sensus. 7.*

4 *Furiosus ex causis abesse non dicitur.*

LEX CCXLVII.

APVD LABEONEM. Scripsit Labeo πιθανῶν, id est, verisimilium libros octo: in hoc opere definiuit, quid sit exhibere. Et id esse arbitratus est quod eius de quo agitur præsentiam præstare. Quam definitionem à Pomponio hîc reprobari communi calculo receptũ
est, ídque duobus argumentis. Nam †qui in iudicio ho 1
minem sistit, præstat eius, de quo agitur, præsentiam, & tamen aliud est sistere, aliud exhibere. Rursus, furiosus, aut infans, aut mutus iudicio exhibentur, & tamen eorum præsentia non videtur præstari: loco enim absentium habentur. Posset tamen Labeonis sententia defendi, si eum, qui hominem sistit, etiam exhibere
dicamus, vt exhibendi verbum generalius * sit: est e- 2
nim exhibere [b], extra secretum habere, nec simpliciter verum est furiosi, infantis, muti præsentiam nullam es-
se, sed pro absentibus haberi: quoniam * presentia pro- 3
priè ad corpus refertur: nec dubiũ est corpore eos præsentes, licet lex plerunque propter sensus imbecillita-
tem abesse eos interpretetur. Quapropter †quosdam 4
casus

b l. 3. §. ait prætor. de lib. ho. exhi.

casus reperire est, quibus furiosus pro absente non habetur, vt cùm de perseuerantia, nõ autem de nouo consensu agitur [a]. Itémque cum hoc non tractatur, vt con sentiat, sed satis est ne contradicat: cuius rei exemplum est in muliere furiosa [b], de cuius dote pater agit, nec de ratihabitione cauet. Nam & generaliter furiosorũ
5 *consensus est nullus, & tamen absentes per procura-
6 torem consentire possunt [c]. Quapropter *si quis furiosi præsentiam præstare promiserit, non valere stipulationem minimè cum Accursio senserim [d], sed potiùs corpore, & de facto exhibendum esse. Illud non diffiteor, si post stipulationem in furorem inciderit, promissori competere exceptionem [e]. Cùm enim de sani hominis præsentia agitur, non videntur partes voluisse exhiberi casu, quo propter dementiam impedi-
7 retur. Et †quod de muto hîc dicitur, de eo, qui naturaliter mutus sit, accipiendum est: huiusmodi enim & surdi sunt, vnde quid sententiæ intellectúsve habeãt, exponere nequeunt, idque in casu est, vt infantibus & furiosis similes existimentur: alioquin qui simpliciter
8 mutus est, *omnes contractus facere potest, excepta stipulatione, quoniam expressio verborum in ea necessariò requiritur.

a l. patre qui sunt sui vel. alii. iur.
b l. ij. §. fin. sol. matr.
c l. ij. de procur.
d l. stipu. ista. §. hi qui. de verb. oblig.
e l. ij. §. si quis. si quis caut.

SVMMÆ.

2 *Restituendi forma. & 4.*
5 *Leges hoc titulo variè repetitæ.*
6 *Iuris studiosum interpretibus egere.*

1 §. RESTITVIT. *Restituere, [f] est rem †in ea conditio-
2 ne, quæ retrò fuit, præstare. Non ergo sufficit corpus ipsum, puta fundum restituere, nisi omnino res ipsa
3 præstetur. Res autem *dictio est vniuersalis, quę acces-
4 siones fructúsve continet. Sed & in ea †conditione est restituenda, in qua olim erat, vt si causa vsucapionis suberat, ea quoque reddatur. Sed quoniam non semper accessiones & fructus vel causa redditur, sed aliter atq; aliter solet distingui, ideo hæc restitutio omnis in iuris interpretatione versatur, de qua re superius à no-
5 bis tractatum est. Sunt enim †hoc sub titulo quatuor

f arg. not. l. j. C. de sent. pas.

in l. plus est. 22. §. restitutionis uerbo. et l. restituere. 35. et 75. s. eod.

eiusdem sensus ad hanc materiam pertinentia responsa, vt non possim non mirari, cur idem toties inculcauerint, qui sub Iustiniano centones hos legum conficiendi curam assumpserunt, quasi alia noua magísque necessaria deessent. Scribat † Iustinianus quantum velit, glorietúrque suos hosce libros causarum negotiorúmque decisionibus satis esse, res ipsa planè reclamat, nemóque ciuilis professionis eruditus est, qui apertissimè non videat innumerabiles dubitationes ex facto oriri, quas nisi omnino Oedipus is sit, ex harum legum sylua decidere nemo vnus possit: vt planè sine Bartolo, alijsque quibusdam interpretibus, ius nostrum non consistere affirmare ausim. Quid enim, si bonarum literarum cognitionem excipies, illi acutissimè non excogitarunt, aut clarissimè non docuerunt, vt nostris oculis offusas per hosce Græculos tenebras aperirent? Illud non diffiteor, si antiquorum Iurisconsultorum opera extarent, nec Iustiniani iniquissimo illo edicto sublata fuissent, Accursij, & qui post eum scripserunt, minimè necessarias futuras fuisse lucubrationes. Sed satis sit conceptam animi indignationem hactenus prompsisse, ne crabronum aculeos irritasse videar. 6

***

FINIS.

RERVM



RERVM, AC VOCVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC ALCIATI DE VERBORVM SIGNIFICAtione Opere continentur, Index locupletissimus:

*In quo elementum a, libros, vel, si mâlis, Tractatum: b, verò Commentarios significat: prior numerus paginam, alter autem rerum summas his astericis †, *, notatas, designat.*

A

Ager

Athletæ

LEGVM ALIQVOT SENSVS, ET RESTITVTIO,

Ex libris Digestorum.

EX TITVLO DE VERB. SIGNIFIC. DIGESTIS.

Nego

Pater-

QQ

possess

verius

teſtis

Victum

FINIS.

EX LIBRO L. DIGESTORVM.

DE VERBORVM *significatione.*

TIT. VI.

VLPIANVS libro primo ad Edictum.

ERBVM hoc *Si quis*, tam masculos, quàm fœminas complectitur.

II. PAVLVS libro primo ad Edictum.

VRbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius pa-
1 tet. Cuiusque * diei maior pars est horarum *Gell.li. 3.ca.2.
septem primarum diei, non supremarum.

III. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

ITinere faciendo viginti milia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus quàm viginti milia supersint, integrum diem occupent. velu- *aliàs, si ti * viginti vnum milia sunt passus, biduum eis vig.

attribuetur. quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conueniat. Eius, qui apud 1
hostes decessit, dici hereditas non potest, qui * seruus decessit.

* quia, *in vulg.*

IIII. PAVLVS libro primo ad Edictum.

NOminis * appellatione rem significari Proculus ait.

* pecuniæ.

V. IDEM libro secundo ad Edictum.

REi appellatio latior est quàm pecuniæ: quia etiam ea quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: cùm pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. Opere locato *, conducto: his verbis 1
Labeo significari ait id opus quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

* legato.

VI. VLPIANVS libro tertio ad Edictum.

NOminis, & rei appellatio ad omnem contractum, & obligationem pertinet. Ver- 1
bum *Ex legibus*, sic accipiendum est, tam ex legum sententia quàm ex verbis.

VII. PAVLVS libro secundo ad Edictum.

SPonsio appellatur non solùm quæ per sponsus * interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

* *aliàs.* sponsi.

VIII. IDEM libro tertio ad Edictum.

VErbum *Oportebit*, tam præsens quàm futurum tempus significat. Actionis verbo non continetur exceptio.

XI

IX. ULPIANUS libro quinto ad Edictum.

MArcellus apud Iulianum notat, verbo *Periisse* * & scissum, & fractum contineri, & vi raptum. *rapuisse.

X. IDEM libro sexto ad Edictum.

CReditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili sine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel exordinario *, siue purè, siue in diem, vel sub conditione. quòd si natura debeatur, non sunt loco creditorum. sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur. *extraordinario.

XI. GAIUS libro primo ad Edictum prouinciale.

CReditorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes quibus ex qualibet causa debetur.

XII. ULPIANUS libro sexto ad Edictum.

VT * si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio * vllo debetur. sed etsi ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. quòd si ex populari causa, ante litis contestationẽ rectè dicetur creditoris loco nõ esse, postea esse. *In vul. incip. Si cui. * contractu.

1 Minus soluit, qui tardius soluit, nam & tempore minus soluitur.

XIII. IDEM libro septimo ad Edictum.

MVlieris apppellatione etiã virgo viripotẽs cõtinetur. Res abesse vidẽtur, vt Sabinus

ait, & Pedius probat, etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata eſt. & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe: quoniam plerumque plus eſt in manus pretio, quàm in re. Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, cùm ſic redit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus: ob hoc quòd furto pridem ſubtracta eſt. Abeſt & ea res, quæ in rebus humanis non eſt.

XIIII. PAVLVS libro ſeptimo ad Edictum.

LAbeo & Sabinus exiſtimãt, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura, videri rem abeſſe: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. item ſi dominus rem, quæ furto ſibi aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiam ſi poſteà id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe cui pretium abeſt. Rem amiſiſſe 1
videtur, qui aduerſus nullum eius perſequendæ actionem habet.

XV. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

BOna ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt: Sola enim ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt.

XVI. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

EVm qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: nam publica

publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

XVII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

INter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vsibus destinata sunt: sed si qua sunt ciuitatium velut bona. sed peculia seruorum ciuitatium proculdubio publica habentur.
1 bentur. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & picariarum.* * piscariarum.

XVIII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

MVnus tribus modis dicitur: vno donum, & inde munera dici dari, mittíve. altero onus, quod cùm remittatur, vacationem militiæ munerísque præstat. inde immunitatem appellari. tertio officium: vnde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari. igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

XIX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

LAbeo libro primo Prætoris vrbani definit quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem generale verbum esse, siue verbis, siue ré quid agatur: vt in stipulatione, vel numeratione. Contractum autem vltro citróque obligationem, quòd Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptio-

nem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

XX. IDEM libro duodecimo ad Edictum.

VErba, *contraxerunt*, *geſſerunt*, non pertinent ad teſtandi ius.

XXI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

PRinceps bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.

XXII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

PLus eſt in reſtitutione, quàm in exhibitione. nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere. reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere, fructúſque reddere. pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

XXXIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum,

REi appellatione & cauſæ & iura continentur.

XXXIIII. GAIVS libro ſexto ad Edictum prouinciale.

Cice. in Topic. NIhil eſt aliud hereditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit.

XXXV. PAVLVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

REctè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cum vſusfructus alienus eſt: quia vſuſ-

vsusfructus non dominii pars,*sed seruitus sit: vt via & iter. nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. hoc & Iulianus, & est verius. Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari. nam quod pro diuiso*nostrum sit, id nō partem, sed totum esse. Seruius non inelegāter partis appellatione vtrunque significari.

** in multis casibus contra l. 4. §. de vsufru.*

** indiuiso.*

XXVI. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

Partum non esse partem rei furtiuæ, Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

XXVII. IDEM libro septimodecimo ad Edictum.

Ager est locus, qui sine villa est.

1 Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes, id est modica æra colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. & sanè appellatur ab intributione*tributum: vel ex eo quòd militibus tribuatur.

* contributiōe.

XXVIII. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum.

Alienationis verbum etiam vsucapionem continet: vix est enim, vt non videatur alienare qui patitur vsucapi. Eum*quoque alienare dicitur qui non vtendo amisit seruitutes. Qui occasione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut opinione intra certum tempus datā non amplectitur. Oratio quæ neque coniunctionem neque

* is.

aliâs, optionem

3

disiunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disiuncta, vel coniuncta accipitur.

XXIX. IDEM libro sexagensimo sexto ad Edictum.

COniunctionem enim nonnunquam pro disiunctione accipi Labeo ait: vt in illa stipulatione, *Mihi heredíque meo, te heredémque tuum.*

XXX. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

SYlua cædua est (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus, aut radici-
bus renascitur. Stipula illecta est spicæ in messe 1
deiectæ, nec dum lectæ, quas rustici cùm vaca-
uerint * colligunt. Noualis est terra præcisa, 2
quæ anno cessauit, quam Græci *νέαχιν* * vocant.
Integra autem est, in quam nondum dominus
pascendi gratia pecus immisit. Glans caduca est, 3
quæ ex arbore cecidit. Pascua sylua est, quæ pa-
stui pecudum destinata est.

* *Alciatus leg.j.* occauerint.

* *νέασιν. Basil.*

XXXI. VLPIANVS libro octauo decimo ad Edictum.

PRatum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo dictum, quòd paratum sit ad fructum capiendum.

Varr. lib. 4. ling.

XXXII. PAVLVS libro vicensimo quarto ad Edictum.

MInus solutum intelligitur, etiam si nihil esset solutum.

XXXIII.

XXXIII. VLPIANVS *libro vicensimo primo ad Edictum.*

PAlàm est coram pluribus.

XXXIIII. PAVLVS *libro vicensimo quarto ad Edictum.*

ACtionis verbo, etiam persecutio continetur.

XXXV. IDEM *libro septimodecimo ad Edictum.*

REstituere autem is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quamuis habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset. id est & vsucapionis causam, & fructuum*. *fructũ.

XXXVI VLPIANVS *libro vicensimo ad Edictum.*

LItis nomen omnem actionem significat, siue in rem siue in personam sit.

XXXVII. PAVLVS *libro vicensimo sexto ad Edictum.*

VErbum *oportere* non ad facultatem iudicis pertinet qui potest vel pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur.

XXXVIII. VLPIANVS *libro vicensimo quinto ad Edictum.*

OStensum Labeo definit, omne contra naturam cuiusque rei genitum, factúmque. duo genera autem sunt ostentorum: vnum, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus fortè aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturę cõtraria est. alterũ, cum quid prodigiosum videtur quæ Græci φαντάσματα vocãt.

XXXIX. PAVLVS libro quinquagenſimotertio ad Edictum.

SVbſignatum dicitur,quod ab aliquo ſubſcriptum eſt.nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione vti ſolebant. Bona intelligun- 1
tur cuiuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt.

Deteſtari eſt abſenti denuntiare. 2

Incertus poſſeſſor eſt,quem ignoramus. 3

XL. VLPIANVS libro quinquagenſimo ſexto.

DEteſtatio eſt denuntiatio facta cum teſtatione. Serui appellatio etiam ad ancillam 1
refertur.Familiæ appellatione liberi quoque con 2
tinentur. Vnicus ſeruus familiæ appellatione non continetur. ne duo quidem familiam faciunt.

XLI. GAIVS libro vicenſimo primo ad Edictum prouinciale.

* *vide Nouel. 85.* ARmorum*appellatio non vtique ſcuta, & gladios,& galeas ſignificat: ſed & fuſtes, & lapides.

XLII. VLPIANVS libro quingenſimo ſeptimo ad Edictum.

*idem. PRobrum, & opprobrium id * eſt, probra quædam natura turpia ſunt,quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis. vt puta furtum, adulterium, natura turpe eſt. enimuerò tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis. nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

XLIII. IDEM libro quinquagensimo octauo ad Edictum.

VErbo *victus* continẽtur quæ esui potuíque cultuíque corporis, quæq́ue ad viuendum homini necessaria sunt. vestẽ quoque victus habere vicem Labeo ait:

XLIIII. GAIVS libro vicensimo secundo ad Edictum prouinciale.

ET cetera*, quibus tuendi, curandíve corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur. ** in vul. incip. cetera.*

XLV. VLPIANVS libro quinquagensimo octauo ad Edictum.

IN stratum omne vestimentũ contineri, quod iniiciãtur Labeo ait. neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium περίστρωμα. In victum* ergo vestem accipiemus, nõ stragula: in stratu omnem stragulam vestem. * victũ.

XLVI. IDEM libro quinquagensimo nono ad Edictum.

PRonuntiatũ, & statutum idẽ potest. promiscuè enim & pronuntiasse, & statuisse solemus dicere eos qui ius habent cognoscendi. Matrẽ familias accipere debemus eam, quæ nõ inhoneste vixit. matrẽ enim familias à ceteris fœminis mores discernunt, atque separant, proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina. nã neque nuptiæ, neque natales faciũt matremfamilias, sed boni mores.

XLVII PAVLVS libro quinquagensimo sexto ad Edictum.

LIberationis verbum eandẽ vim habet, quam solutionis.

*XLVIII. GAIVS libro ad Edictum prætoris urbani titulo qui*neque sequantur neque ducantur.*

* *In vul. initium legis est.*

SOlutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intellegimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

XLIX. VLPIANVS libro quinquagensimo nono ad Edictum.

BOnorum appellatio aut naturalis aut ciuilis est. naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est beatos faciunt. beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solùm quæ dominij nostri sunt: sed & si bona fide à nobis possideãtur, vel superficiaria sint. Aequè bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. nã hæc omnia in bonis esse videntur.

L. IDEM libro sexagensimo primo ad Edictum.

NVrus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est.

LI. GAIVS libro vicensimo tertio ad Edictum prouinciale.

APpellatione parentis non tantùm pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

LII. VLPIANVS libro sexagensimo primo ad Edictum.

PAtroni appellatione & patrona continetur.

LIII.

LIII. PAVLVS libro quinquagensimo nono ad Edictum.

SAepe ita comparatum est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. nam cùm dicitur apud veteres *Adgnatorum, * gentiliúmque* pro separatione accipitur. at cum dicitur *super pecunia tutelave sua*, tutor separatim sine pecunia dari non potest. & cum dicimus *quod dedi aut donaui*, vtraque continemus: cum verò dicimus *quod eum dare facere oportet*, quoduis eorum sufficit probari: cum vero dicit Prætor *si donum, munus, operas redemerit*, si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse, ex re ergo pro coniunctis habentur. si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur. Item dubitatum, illa verba *ope, consilio*, quemadmodum accipiẽda sunt: sententiæ coniungentium, aut separantium. sed verius est (quod & Labeo ait) separatim accipiẽda: quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. sic enim alij condici potest, alij non potest. & sanè post veterum authoritatem eò peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

*Gẽtiles qui dicãtur, Cic. in Topic. in loco à definitione.

LIIII. VLPIANVS libro sexagensimo secundo ad Edictum.

COnditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem habent vt competat.

LV. PAVLVS libro ſextodecimo breuis Edicti.

CReditor autem is eſt, qui exceptione perpetua ſummoueri non poteſt: qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt condicionali creditori.

LVI. VLPIANVS libro ſexageſimo ſecundo ad Edictum.

COgnoſcere inſtrumenta, eſt relegere, & recognoſcere. diſpungere eſt conferre accepta & data. Liberorum appellatione continen- 1
tur non tantùm qui ſunt in poteſtate: ſed omnes qui ſui iuris ſunt, ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſunt, ex ve fœminini ſexus* deſcendentes.

*fœmi- nino ſe- xu.

LVII. PAVLVS libro quinquageſimo nono ad Edictum.

aliàs, quibus.

QVi præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt, debent, hi magiſtri appellantur, quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur. vnde etiã cuiuſlibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellari à monendo, vel monſtrando. Perſe- 1
qui videtur & qui ſatis accepit.

LVIII. GAIVS libro vicenſimo quarto ad Edictum prouinciale.

[illegible] inter geſta & facta videtur quædam eſ-
[illegible] tamen καταχρηστικῶς
[illegible] intereſt. Paternos 1
[illegible] cere noſtros libertos.
[illegible] rectè noſtros libertos di-

LIX.

LIX. VLPIANVS libro sexagensimo octauo ad Edictum.

POrtus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. eáque nihilo minus statio est conclusa, atque munita. inde angiportum dictum est.

LX. IDEM libro sexagensimo nono ad Edictum.

LOcus est nõ fundus, sed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid est. & plerũque sine villa locum accipimus. ceterum adeò opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus. non etiam magnitudo locũ à fundo separat, sed nostra affectio. & quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. necnõ & fundus locus constitui potest. nam si eũ alij adiunxerimus fundo, locus
1 fundi efficietur. Loci appellationem non solùm ad rustica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo scribit. sed fundus quidem suos habet fines; locus verò latere potest, quatenus determinetur, & definietur. * — * definiatur.

LXI. PAVLVS libro sexagensimo quinto ad Edictum.

SAtisfactionis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur. — *aliàs, Satisdationis.*

LXII. GAIVS libro vicensimo sexto ad Edictum prouinciale.

TIgni appellatione in lege duodecim Tabularum omne genus materiæ, ex qua æ-

dificia constant, significatur.

LXIII. VLPIANVS libro septuagensimo primo ad Edictum.

PEnes te amplius est, quàm *apud te.* nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te est, quod quodam modo possidetur.

LVIIII. PAVLVS libro sexagensimo septimo ad Edictum.

INtestatus est non tantùm qui testamentũ non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est.

LXV. VLPIANVS septuagensimo secundo ad Edictum.

HEredis appellatio non solùm ad proximum heredem, sed & ad vlteriores refertur. nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

LXVI. IDEM libro septuagensimo quarto ad Edictum.

MErcis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

LXVII. IDEM libro septuagensimo sexto ad Edictum.

ALienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dicetur. Donationis verbum simpliciter loquẽdo omnem donationem comprændisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit. 1

LXVIII.

LXVIII. IDEM libro septuagensimo septimo ad Edictum.

Illa verba *arbitratu Lucii Titii fieri*, ius significant,& in seruum non cadunt.

LXIX. IDEM libro septuagensimo octauo ad Edictum.

HAec verba *cui rei dolus malus aberit,absfuerit*, generaliter comprændunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

LXX. PAVLVS libro septuagensimo tertio ad Edictum.

SCiendum est, heredem etiam per multas successiones accipi.nam paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, *quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto:* vbi heredis heres non continetur,quia incertus.Item est in lege Aelia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum vt ingratum accusare, non etiam si heredi heres exstiterit.idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non est successione ex
1 effectus. Verba hæc *is ad quem ea res pertinet*, sic intelliguntur,vt qui in vniuersum dominium vel iure ciuili vel iure prætorio succedit, contineatur.

LXXI. VLPIANVS libro septuagensimo nono ad Edictum.

ALiud est capere,aliud accipere. capere,cum effectu accipitur.accipere, & si quis non* *sic.
accipit vt habeat. ideóque non videtur quis capere quod erit restituturus.sicut peruenisse pro-

priè illud dicitur quod eſt remanſurum. Hæc verba *his rebus rectè præſtari*, hoc ſignificant, ne quid periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

LXXII. PAVLVS libro ſeptuageſimo ſexto ad Edictum.

APpellatione rei pars etiam continetur.

LXXIII. VLPIANVS libro octuageſimo ad Edictum.

HAec verba in ſtipulatione poſita, *eam rem rectè reſtitui*, fructus continēt. *rectè* enim verbum pro viri boni arbitrio eſt.

LXXIIII. PAVLVS libro ſecundo ad Edictum ædilium curulium.

SIgnatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

LXXV. IDEM libro quinquageſimo ad Edictum.

REſtituere videtur, qui id reſtituit, quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.

LXXVI. IDEM libro quinquageſimo primo ad Edictum.

DEdiſſe intelligendus eſt etiam is, qui permutauit, vel compenſauit.

LXXVII. IDEM libro quadrageſimo nono ad Edictum.

FRugem pro reditu appellari, nō ſolùm quod frumentis, aut leguminibus, verùm & quod ex vino, ſiluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus ſcribit, fruges omnes eſſe quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem

nem, aut aues, feráſve, aut poma fruges dici. frumentum autem id eſſe, quod ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiſſe: lupinum verò & fabam fruges potius dici: quia non ariſta, ſed ſiliqua continentur. quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

LXXVIII. PAVLVS libro tertio ad Plautium.

INterdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

LXXIX. IDEM libro ſexto ad Plautium.

IMpenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur. ſicuti arbuſti paſtinatione vltra quàm neceſſe fuerat: item doctrinam puerorum. quorum nomine onerati mulierem ignorantem vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. in his impenſis & piſtrinum & horreum inſulæ dotali adiectum plerunque dicemus. Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent. vt ſunt viridia, & aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.

LXXX. IDEM libro nono ad Plautium.

IN generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim Tabularum.

LXXXI. IDEM libro decimo ad Plautium.

CVm prætor dicat, vt opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

LXXXII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

VErbum *amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. sicuti ex cõtrario minus solutum videtur, etiam si nihil esset exactum.

LXXXIII. IAVOLENVS libro quinto ex Plautio.

PRopriè bona dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent.

LXXXIIII. PAVLVS libro secundo ad Vitellium.

FIlij appellatione omnes liberos intellegimus.

LXXXV. MARCELLVS libro primo Digestorum.

NEratius Priscus tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est.

LXXXVI. CELSVS libro quinto Digestorum.

QVid aliud sunt iura prædiorum, quàm prędia qualiter se habentia? vt bonitas, salubritas, amplitudo?

LXXXVII. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum.

VT Alfenus ait, vrbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma est etiam qua continenti

nenti ædificia eſſent. nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cùm diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.

LXXXVIII. CELSVS libro octauodecimo Digeſtorum.

TAntum*quiſque pecuniæ relinquit, quantū ex bonis eius refici poteſt. ſic dicimus, cẽties aureorũ habere, qui tantũ in prædiis, ceteríſque ſimilibus rebus habeat. nõ idẽ eſt in fundo alieno legato, quanquã is hereditaria pecuniã parari poteſt. neque quiſquam eum qui pecuniã numeratã habet, habere dicit quidquid ex ea parari poteſt. ** in vulg. incip.* Propemodũ:

LXXXIX. POMPONIVS libro ſexto ad Sabinum.

1 BOues magis armentorum quàm iumentorum generis*appellantur. Hoc ſermone *nomine.
2 *dum nupta erit,* primæ nuptiæ ſignificantur. Inter edere, & reddi rationes, multum intereſt: nec is qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiã ſi quod reliquum ſit apud eum, non ſoluat.

XC. VLPIANVS libro vicenſimo ſeptimo ad Sabinum.

QVi vti optimæ maximæque ſunt, ædes tradit, non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi: ſed illud ſolùm, ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

XCI. PAVLVS libro ſecundo Fideicommiſſorum.

1 MEorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

XLVIII. GAIVS libro ad Edictum prætoris urbani titulo qui neque sequantur neque ducantur.*

* *In vul. initium legis est.*

SOlutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intellegimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

XLIX. VLPIANVS libro quinquagensimo nono ad Edictum.

BOnorum appellatio aut naturalis aut ciuilis est. naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est beatos faciunt. beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solùm quæ dominij nostri sunt: sed & si bona fide à nobis possideãtur, vel superficiaria sint. Aequè bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. nã hæc omnia in bonis esse videntur.

L. IDEM libro sexagensimo primo ad Edictum.

NVrus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est.

LI. GAIVS libro vicensimo tertio ad Edictum prouinciale.

APpellatione parentis non tantùm pater, sed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

LII. VLPIANVS libro sexagensimo primo ad Edictum.

PAtroni appellatione & patrona continetur.

LIII.

LIII. PAVLVS libro quinquagensimo nono ad Edictum.

SAepe ita comparatum est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. nam cùm dicitur apud veteres *Adgnatorum,* *gentiliúmque* pro separatione accipitur. at cum dicitur *super pecunia tutelave sua,* tutor separatim sine pecunia dari non potest. & cum dicimus *quod dedi aut donaui,* vtraque continemus: cum verò dicimus *quod eum dare facere oportet,* quoduis eorum sufficit probari: cum vero dicit Prætor *si donum, munus, operas redemerit,* si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse, ex re ergo pro coniunctis habentur. si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur. Item dubitatum, illa verba *ope, consilio,* quemadmodum accipiēda sunt: sententiæ coniungentium, aut separantium. sed verius est (quod & Labeo ait) separatim accipiēda: quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. sic enim alij condici potest, alij non potest. & sanè post veterum authoritatem eò peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

*Gētiles qui dicātur, Cic. in Topic. in loco à definitione.

LIIII. VLPIANVS libro sexagensimo secundo ad Edictum.

COnditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem habent vt competat.

LV. P A V L V S *libro sextodecimo breuis Edicti.*

CReditor autem is est, qui exceptione perpetua summoueri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est condicionali creditori.

LVI. V L P I A N V S *libro sexagensimo secundo ad Edictum.*

COgnoscere instrumenta, est relegere, & recognoscere. dispungere est conferre accepta & data. Liberorum appellatione continen- 1
tur non tantùm qui sunt in potestate: sed omnes
qui sui iuris sunt, siue virilis, siue fœminini sexus
sunt, éxve fœminini sexus* descendentes.

*fœmi-nino se-xu.

LVII. P A V L V S *libro quinquagensimo nono ad Edictum.*

aliâs, quibus.

CVi præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt, debent, hi magistri appellantur, quinetiam ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur. vnde etiã cuiuslibet disciplinæ præceptores magistros
appellari à monendo, vel monstrando. Perse- 1
qui videtur & qui satis accepit.

LVIII. G A I V S *libro vicensimo quarto ad Edictum prouinciale.*

LIcet inter gesta & facta videtur quædam esse subtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς
nihil inter factum & gestum interest. Paternos 1
libertos rectè videmur dicere nostros libertos. liberorum libertos non rectè nostros libertos dicimus.

LIX.

LIX. VLPIANVS libro ſexageſimo octauo ad Edictum.

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. eáque nihilo minus ſtatio eſt concluſa, atque munita. inde angiportum dictum eſt.

LX. IDEM libro ſexageſimo nono ad Edictum.

Locus eſt nõ fundus, ſed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid eſt. & plerũque ſine villa locum accipimus. ceterum adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fun di animo eum habuimus. non etiam magnitudo locũ à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio. & quæli bet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus. necnõ & fundus locus conſtitui poteſt. nam ſi eũ alij adiunxerimus fundo, locus
1 fundi efficietur. Loci appellationem non ſolùm ad ruſtica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo ſcribit. ſed fundus quidem ſuos habet fines; locus verò latere poteſt, quatenus determinetur, & definietur. * * definiatur.

LXI. PAVLVS libro ſexageſimo quinto ad Edictum.

Satisfactionis appellatione interdum etiam repromiſſio continebitur, qua contentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur. *aliàs, Satisdationis.*

LXII. GAIVS libro vicenſimo ſexto ad Edictum prouinciale.

Tigni appellatione in lege duodecim Tabularum omne genus materiæ, èx qua æ-

dificia constant, significatur.

LXIII. VLPIANVS libro septuagensimo primo ad Edictum.

PEnes te amplius est, quàm *apud te.* nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te est, quod quodam modo possidetur.

LVIIII. PAVLVS libro sexagensimo septimo ad Edictum.

INtestatus est non tantùm qui testamentū non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est.

LXV. VLPIANVS septuagensimo secundo ad Edictum.

HEredis appellatio non solùm ad proximum heredem, sed & ad vlteriores refertur. nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

LXVI. IDEM libro septuagensimo quarto ad Edictum.

MErcis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet.

LXVII. IDEM libro septuagensimo sexto ad Edictum.

ALienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dicetur. Donationis verbum sim- 1
pliciter loquēdo omnem donationem comprændisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

LXVIII.

LXVIII. IDEM libro septuagensimo septimo ad Edictum.

ILla verba *arbitratu Lucii Titii fieri*, ius significant, & in seruum non cadunt.

LXIX. IDEM libro septuagensimo octauo ad Edictum.

HAec verba *cui rei dolus malus aberit, abfuerit*, generaliter comprændunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

LXX. PAVLVS libro septuagensimo tertio ad Edictum.

SCiendum est, heredem etiam per multas successiones accipi. nam paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, *quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto:* vbi heredis heres non continetur, quia incertus. Item est in lege Aelia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum vt ingratum accusare, non etiam si heredi heres exstiterit. idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non est successione ex

1 effectus. Verba hæc *is ad quem eares pertinet*, sic intelliguntur, vt qui in vniuersum dominium vel iure ciuili vel iure prætorio succedit, contineatur.

LXXI. VLPIANVS libro septuagensimo nono ad Edictum.

ALiud est capere, aliud accipere. capere, cum effectu accipitur. accipere, & si quis non* accipit vt habeat. ideóque non videtur quis capere quod erit restituturus. sicut peruenisse pro- * sic.

priè illud dicitur quod est remansurum. Hæc verba *his rebus rectè præstari*, hoc significant, ne quid periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

LXXII. PAVLVS libro septuagensimo sexto ad Edictum.

APpellatione rei pars etiam continetur.

LXXIII. VLPIANVS libro octuagensimo ad Edictum.

HAec verba in stipulatione posita, *eam rem rectè restitui*, fructus continẽt. *rectè* enim verbum pro viri boni arbitrio est.

LXXIIII. PAVLVS libro secundo ad Edictum edilium curulium.

SIgnatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

LXXV. IDEM libro quinquagensimo ad Edictum.

REstituere videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

LXXVI. IDEM libro quinquagensimo primo ad Edictum.

DEdisse intelligendus est etiam is, qui permutauit, vel compensauit.

LXXVII. IDEM libro quadragensimo nono ad Edictum.

FRugem pro reditu appellari, nō solùm quod frumentis, aut leguminibus, verùm & quod ex vino, siluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse: non enim car-

nem

nem,aut aues,ferásve, aut poma fruges dici. frumentum autem id esse,quod arista se teneat, rectè Gallum definisse: lupinum verò & fabam fruges potius dici:quia non arista, sed siliqua continentur.quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

LXXVIII. PAVLVS libro tertio ad Plautium.

INterdum proprietatem quoque verbum possessionis significat:sicut in eo qui possessiones suas legasset,responsum est.

LXXIX. IDEM libro sexto ad Plautium.

IMpensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem esse non sinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur. sicuti arbusti pastinatione vltra quàm necesse fuerat:item doctrinam puerorum. quorum nomine onerati mulierem ignorantem vel inuitam non oportet:ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. in his impensis & pistrinum & horreum insulæ dotali adiectum plerunque dicemus. Voluptariæ sunt,quæ speciem duntaxat ornant,non etiam fructum augent. vt sunt viridia, & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.

LXXX. IDEM libro nono ad Plautium.

IN generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim Tabularum.

LXXXI. IDEM libro decimo ad Plautium.

CVm prætor dicat, vt opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet: nam verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

LXXXII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

VErbum *amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. ſicuti ex cõtrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

LXXXIII. IAVOLENVS libro quinto ex Plautio.

PRopriè bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent.

LXXXIIII. PAVLVS libro ſecundo ad Vitellium.

FIlij appellatione omnes liberos intellegimus.

LXXXV. MARCELLVS libro primo Digeſtorum.

NEratius Priſcus tres facere exiſtimat collegium, & hoc magis ſequendum eſt.

LXXXVI. CELSVS libro quinto Digeſtorum.

QVid aliud ſunt iura prædiorum, quàm prędia qualiter ſe habentia? vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

LXXXVII. MARCELLVS libro duodecimo Digeſtorum.

VT Alfenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingeretur. Roma eſt etiam qua continenti

nenti ædificia essent. nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cùm diceremus Romam nos ire, etiam si extra vrbem habitaremus.

LXXXVIII. CELSVS libro octauodecimo Digestorum.

TAntum* quisque pecuniæ relinquit, quantū ex bonis eius refici potest. sic dicimus, cēties aureorū habere, qui tantū in prædiis, ceterísque similibus rebus habeat. nō idē est in fundo alieno legato, quanquā is hereditaria pecuniā parari potest. neque quisquam eum qui pecuniā numeratā habet, habere dicit quidquid ex ea parari potest. * *in vulg. incip.* Propemodū:

LXXXIX. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

BOues magis armentorum quàm iumentorum generis * appellantur. Hoc sermone *nomine.
1 rum generis * appellantur. Hoc sermone
2 *dum nupta erit*, primæ nuptiæ significantur. Inter edere, & reddi rationes, multum interest: nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiā si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

XC. VLPIANVS libro vicensimo septimo ad Sabinum.

QVi vti optimæ maximæque sunt, ædes tradit, non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solùm, ipsas ædes liberas esse, hoc est, nulli seruire.

XCI. PAVLVS libro secundo Fideicommissorum.

MEorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

XCII. IDEM libro septimo Quæstionum.

PRoximus est, cui nemo antecedit. supremus est, quem nemo sequitur.

XCIII. CELSVS libro nonodecimo Digestorum.

MOuentium, item mobilium appellatione idem significamus: si tamen apparet, defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa mouerent, mouentia vocasse. quod verum est.

alij, non.

XCIIII. IDEM libro vicensimo Digestorum.

VErbum reddendi quanquam significatum habet retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

XCV. MARCELLVS libro quartodecimo Digestorum.

Potest reliquorum appellatio & vniuersos significare.

XCVI. CELSVS libro vicensimo quinto Digestorum.

LItus est quousque maximus fluctus à mari peruenit. idque Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse. Prædia I dicimus aliquorum esse, non vtique communiter habentium ea: sed vel alio aliud habente.

XCVII. IDEM libro trigensimo secundo Digestorum.

CVm stipulamur, *quanta pecunia ex hereditate Titii ad te peruenerit*: res ipsas quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videntur.

XCVIII.

XCVIII. IDEM libro trigensimo nono Digestorum.

CVm bissextum Kalendis est, nihil refert, vtrum priore, an posteriore die quis natus sit: & deinceps sextum Kalendas eius natalis dies est. nam id biduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior. ideo quo anno intercalatum non est, sexto Kalendas natus, cum bissextum Kalendis est, priorē diem natalem habet. Cato putat mensem intercalarem addititium esse. omnésque eius dies pro momento temporis obseruat, extremóque diei mensis Februarij attribuit Quintus Mucius. mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

XCIX. VLPIANVS libro primo de Officio consulis.

NOtionem accipere possumus, & cogni-
1 tionem & iurisdictionem. Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ iunctæ sunt: vt puta Galliam. sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modicō freto Italia diuiditur.

2 Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficile erit separare. quæ enim propriè sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus: si in præsentiam personæ quæ instruere possit, dilatio petatur. putà qui actum gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus: putem videri instrumentorum causa peti dilationem. unde.

C. IDEM libro secundo de officio consulis.

SPeciosas accipere debemus clarissimas personas vtriusque sexus. item eorum, quæ ornamentis senatoriis vtuntur.

CI. MODESTINVS libro nono Differentiarum.

INter stuprum, & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur. sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

Diuortium inter virum, & vxorem fieri dici- 1
tur: repudium verò sponsæ remitti videtur. quod
& in vxoris personam non absurdè cadit. Ve- 2
rum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium verò perpetuum corporis impedimentum. veluti si talum excussit. nam & luscus vtique vitiosus est. Seruis legatis etiam 3
ancillas deberi qnidam putant: quasi commune nomen vtrumque sexum contineat.

CII. IDEM libro septimo Regularum.

DErogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cùm pars detrahitur. abrogatur legi, cū prorsus tollitur.

CIII. IDEM libro octauo Regularum.

LIcet capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis, vel amissionis ciuitatis intelligenda est.

CIIII.

CIIII. IDEM libro secundo excusationum.

Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. *id est, natorum appellatio et ad nepotes extenditur.*

CV. IDEM libro undecimo Responsorum.

MOdestinus respondit, his verbis *Libertis libertabúsque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri.

CVI. IDEM libro singulari de Præscriptionibus.

DImissoriæ literæ dicuntur, quę vulgò apostoli dicuntur. dimissoriæ autem dictæ, quòd causa ad eum qui appellatus est, dimittitur.

CVII. IDEM libro tertio Pandectarum.

ADsignare libertum hoc est, testificari cuius ex liberis libertum eum esse voluit.

CVIII. IDEM libro quarto Pandectarum.

DEbitor intelligatur is, à quo inuito exigi pecunia potest.

CIX. IDEM libro quinto Pandectarum.

BOnæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse: aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere, putà procuratorem, aut tutorem esse.

CX. IDEM libro sexto Pandectarum.

SEquester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt:

dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.

CXI. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio.

alii, censere. alii, senatum. CEnseri est constituere, & præcipere. vnde etiam dicere solemus, censeo hoc facias: & semet aliquid censuisse. inde censoris nomen videtur esse tractum.

CXII. IDEM libro vndecimo ex Cassio.

*quatenus. LItus publicum est eatenus, qua * maxime fluctus exæstuat. idémque iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.

CXIII. IDEM libro quartodecimo ex Cassio.

MOrbus sonticus est, qui cuique rei nocet.

CXIIII. IDEM libro quintodecimo ex Cassio.

SOluendo esse nemo intellegitur, nisi qui solidum potest soluere.

CXV. IDEM libro quarto Epistularum.

QVæstio est, fundus à possessione vel agro vel prædio quid distet. Fundus est omne, quidquid solo tenetur. ager est, si species fundi ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. quidquid enim apprændimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. possessio ergo vsus, ager proprietas loci est. Prædium vtriusque supra-

scriptæ * generale nomen est. nam & ager, & * rei. possessio huius appellationis species sunt.

CXVI. IDEM libro septimo Epistularum.

QVisquis mihi alius filii * filiusve heres sit, Labeo non videri filiam contineri: Proculus contrà. mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. respondi, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit. * filius filiúve.

CXVII. IDEM libro nono Epistularum.

NOn potest videri minus soluisse is, in* quem amplioris summæ actio non competit. *aduersus.

CXVIII. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

HOstes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publicè bellũ decreuimus. ceteri latrones, aut prædones sunt.

CXIX. IDEM libro tertio ad Quintum Mucium.

HEreditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem. iuris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.

CXX. IDEM libro quinto ad Quintum Mucium.

VErbis legis duodecim Tabularum his, *uti legassit suæ rei, ita ius esto*, latissima potestas tributa videtur & heredis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. sed id interpretatione coangustatum est vel legum, vel auctoritate iura constituentium.

CXXI. IDEM libro ſexto ad Quintum Mucium.

VSura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore ſed ex alia cauſa eſt, id eſt noua obligatione.

CXXII. IDEM libro octauo ad Quintum Mucium.

SEruius ait, ſi ita ſcriptum ſit, *filio, filiiſque meis hoſce tutores do*, maſculis dumtaxat tutores datos: quoniam ſingulari caſu hoc, filio, ad pluralem videatur tranſiſſe, continentem eundem ſexum, quem ſingularis prior poſitus habuiſſet. ſed hoc facti non iuris habet quæſtionem: poteſt enim fieri, vt ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde pleniùs omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit. quod magis rationabile eſſe videtur.

CXXIII. IDEM. libro vicenſimo ſexto ad Quintum Mucium.

VErbum *erit*, interdum etiam præteritum, nec ſolùm futurum tempus demonſtrat. quod eſt nobis neceſſarium ſcire, & cùm codicilli ita confirmati teſtamēto fuerint, *quod in codicillis ſcriptum erit*, vtrúmne futuri tēporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat. quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt. quemadmodum autem hoc verbum *eſt*, non ſolùm præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum *erit* non ſolùm futurum, ſed interdum etiam præteritum tempus demonſtrat. nam cùm dicimus, *Lucius Titius ſolutus eſt ab obligatione*: & præ-

præteritum,& præsens significamus. sicut hoc, *Lucius Titius alligatus est*.& idem fit,cũ ita loquimur,*Troia capta est*.non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo,sed ad præteritum.

CXXIIII. PROCVLVS. *libro secundo Epistularum.*

HAec verba *ille,aut ille*,non solũ disiunctiuæ, sed etiam subdisiunctiuæ orationis sunt.disiunctiuum est,veluti cùm dicimus, *aut dies aut nox est*, quorum posito altero, necesse est tolli alterum:item sublato altero poni alterum.ita simili figuratione verbũ potest esse subdisiunctiuum.Subdisiunctiui autem genera sunt duo: vnum,cùm expositis finibus ita non potest vterque esse, vt possit neuter esse. veluti cùm dicimus, *aut sedet aut ambulat*. nam vt nemo potest vtrumque simul facere, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui accumbit. Alterius generis est,cùm ex propositis finibus ita non potest neuter esse,vt possit vtrumque esse: veluti cùm dicimus,*omne animal aut facit,aut patitur*. nullum est enim quod nec faciat nec patiatur: at potest simul & facere,& pati.

CXXV. IDEM *libro quinto Epistularum.*

NEpos proculo suo salutem.ab eo qui ita dotem promisit,*cùm commodum erit,dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*,putásne protinus nuptiis factis dotem peti posse?quid si ita promisisset, *cùm potuero doti erunt*? quòd si aliquam vim habeat posterior obligatio, *possit* verbum quo-

modo interpretaris? vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus: cùm dotem quis ita promiſit, *cùm potuero doti tibi erunt centum*: exiſtimo ad id quod actum eſt, interpretationem redigẽdam eſſe. nã qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his quæ ſignificãtur, ſenſit. propius eſt tamẽ, vt hoc eum ſenſiſſe exiſtimem: deducto ære alieno potero. poteſt etiam illa accipi ſignificatio, cùm ſalua dignitate mea potero. quæ interpretatio ea magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt, *cũ cõmodũ erit*, hoc eſt cũ ſine incõmodo meo potero.

CXXVI. *IDEM libro ſexto Epiſtularum.*

SI cùm fundum tibi darem, legem ita dixi, *vti optimus maximúſque eſſet*, & adieci, ius fundi deterius factũ non eſſe per dominũ: præſtabitur. amplius eo præſtabitur nihil: etiam ſi prior pars, qua ſcriptũ eſt, *vti optimus maximúſque ſit*, liberũ eſſe ſignificat. eóque ſi poſterior pars adiecta nõ eſſet liberũ præſtare deberẽ, tamẽ inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non eſſe.

CXXVII. CALLISTRATVS libro quarto de Cognitionibus.

VEſtis appellatione tam virilis, quàm muliebris, & ſcænica, etiam ſi tragica aut citharœdica, ſit, continetur,

CXXVIII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SPadonum generalis appellatio eſt. quo nomine tã hi qui natura ſpadones ſunt, itẽ thlibiæ, thlaſiæ:

thlasiæ:sed & si quòd aliud genus spadonum est, continentur.

CXXIX. PAVLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

QVi mortui nascũtur, neque nati neque procreati videntur: quia nunquã liberi appellari potuerunt.

CXXX. VLPIANVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

LEge obuenire hereditatem non impropriè quis dixerit, & eam quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim Tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

CXXXI. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ALiud fraus est, aliud pœna. fraus enim sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse non potest. pœna est noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

1 Inter multam autem & pœnam multùm interest: cùm pœna generale sit nomen, omnium delictorum coërcitio: multa specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & existimationis irrogari solet. & multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit, pœna nõ irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. quinimo multa ibi dicitur, vbi specialis pœna nõ est imposita. Item multam is dicere potest, cui iudicatio* data est. magistratus solos, & præsides

* adiudicatio.

prouinciarum posse multã dicere mandatis permissum est. pœnam autem vnusquisque inrogare potest, cui huius criminis siue delicti exsecutio competit.

CXXXII. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

Alias. legis, numero undecim dies significatur.

ANniculus amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat: *Ante diem decimum Kalendarum, Post diem decimum Kalendarum*. neque vtro enim sermone yndecim dies significantur. Falsum est eam perisse, cui mortuę filius exsectus est.

CXXXIII. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis sic dixerit, vt intra diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

CXXXIIII. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

ANniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die: quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

CXXXV. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

Ex leg. alias, in Romuli. equalem Hal. l. 3. C. de posthum here red.

QVæret aliquis, si portentosum, vel monstrosum, *vel debilẽ mulier ediderit, vel qualẽ visu, vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat. & magis est, vt hæc quoque parẽtibus prosint.

ſint. nec enim eſt quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, ſtatutis obtẽperauerunt. neque id, quod fataliter acceſſit, matri damnum iniungere debet.

CXXXVI. IDEM libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

GEneri appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quàm ex filia editorum, ceterárumque maritos contineri, manifeſtum eſt.

CXXXVII. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

TEr enixa videtur etiam, quæ trigeminos pepererit.

CXXXVIII. IDEM. libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

HEreditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur.

CXXXIX. VLPIANVS libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.

AEdificia Romæ fieri etiam ea videtur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiant. Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit.

CXL. PAVLVS libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

CEpiſſe quis intellegitur, quamuis alii adquiſiit.

CXLI. VLPIANVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

ETiam ea mulier, cùm moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo vtero edere poſſit. necnon etiam alio caſu mulier poteſt habere fi-

lium,quem mortis tempore non habuit: vt puta eum qui ab hoſtibus remeauit.

CXLII. PAVLVS libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

TRiplici modo coniunctio intelligitur: aut enim re per ſe coniunctio contingit, aut re & verbis,aut verbis tantùm.nec dubiũ eſt, quin coniuncti ſint,quos & nominum, & rei complexus iungit:veluti *Titius, & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto* vel ita,*Titius Mæuiúſque heredes ſunto*. vel,*Titius cùm Mæuio ex parte dimidia heredes ſunto*. videamus autem ne etiã ſi hos articulos dettrahas *&*,*que, cum*, interdum tamen coniunctos accipi opórteat.veluti,*Lucius Titius, Publius Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto*,vel ita,*Publius Mæuius, Lucius Titius heredes ſunto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto*. vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur.*Lucius Titius ex parte dimidia heres eſto. Seius ex parte, qua Lucium & Titium heredem inſtitui, heres eſto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto*.Iulianus dubitari poſſe, tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eũndem ſemiſſem cũ Gaio Seio inſtitutus ſit. ſed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt,veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos,& coniunctim heredes ſcriptos eſſe.

CXLIII. VLPIANVS libro nono ad legem Iuliam & Papiam.

ID apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim, quod peti poteſt.

CXLIIII

CXLIIII. PAVLVS libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.

LIbro memorialium Massurius* scribit, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulò honestiore côcubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicé* nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat. quosdam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci vocant.

* *In vulg. incip.* Massurius.
* *Gellius li. 4. c. 3.*

CXLV. VLPIANVS libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.

VIrilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

CXLVI. TERENTIVS CLEMENS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

SOceri & socrus appellatione auû quoque & auiam vxoris vel mariti côtineri respôdetur.

CXLVII. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

QVi in continétibus vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur.

CXLVIII GAIVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

NOn est sine liberis, cui vnus filius, vnáve filia est. hæc enim enuntiatio *habet liberos*, *nô habet liberos* semper pluratiuò numero profertur: sicut & pugillares, & codicilli.

CXLIX. IDEM libro 10. ad legé Iuliá & Papiá.

NAm qué sine liberis esse dicere non possumus, húc necesse est dicam⁹ liberos habere.

CL. IDEM *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita à te ſtipulatus fuero, *quãto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes?* non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero cõſecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

CLI. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

DElata hereditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi.

CLII. GAIVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

HOminis appellatione tam fœminã, quàm maſculum contineri, non dubitatur.

CLIII. TERENTIVS CLEMENS *libro vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

INtellegendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

CLIIII. MACER *libro primo ad legem vicenſimam.*

MIlle paſſus non à miliario vrbis, ſed à continentibus ædificiis numerandi ſunt.

CLV. LICINNIVS RVFINVS *libro ſeptimo Regularum.*

PRoximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt.

CLVI. IDEM *libro decimo Regularum.*

MAiore parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiam ſi duobus mẽſibus poſſederit: ſi modò aduerſarius eius aut paucioribus diebus aut nullis* poſſederit.

* nullius.

CLVII. AELIVS GALLVS libro primo de verborum, quæ ad ius pertinent significatione.

PAries est, siue murus, siue maceria est. Item via est, siue semita, siue iter est.

CLVIII. CELSVS libro vicensimo quinto Digestorum.

IN vsu iuris frequenter vti nos Cascellius ait singulari appellatione, cùm plura generis eiusdem significare vellemus: nam multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede cauere, *si ea res secundùm me heredémve meum iudicata erit.* & rursus, *quod ob eam rem te heredémve tuum*. nēpe æquè si plures heredes sint, continentur stipulatione.

CLIX. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

ETiam aureos nummos æs dicimus.

CLX. IDEM libro secundo ad Sabinum.

CEterorū & reliquorū appellatione etiā omnes continētur, vt Marcellus dixit circa eū, cui optio serui legata est, ceteri Sēpronio. nā tentat, si nō optet, omnes ad Sēpronium pertinere.

CLXI. IDEM libro septimo ad Sabinum.

NOn est pupillus, qui in vtero est.

CLXII. POMPONIVS libro secundo ad Sabinum.

IN vulgari substitutione, qua ei, qui supremus morietur, heres substituitur, rectè substitutus

etiam vnico intelligitur:exemplo duodecim Tabularum,ex quibus proximus adgnatus & solus habetur.Si quis ita in testaméto scripserit *si quid* 1 *filio meo acciderit*, *Damas seruus meus liber esto*: mortuo filio Damas liber erit.licet enim accidát & viuis, sed vulgi sermone etiam mors significatur.

alias, accidat et viuis, sermone vulgi.

CLXIII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

ILla verba,*optimus maximúsque*,vel in eum cadere possunt,qui solus est. sic & circa edictum prætoris supremæ tabulæ habentur & solæ.Pueri 1 appellatione etiam puella significatur.nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον communiter appellatur.

CLXIIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum.

NOmen filiarum & in postumam cadere, quæstionis non est.quamuis postumæ non cadere in eam,quæ iá in rebus humanis sit, certú sit. Partionis*nomen non semper dimidium si- 1 gnificat:sed prout est adiectum. potest enim iuberi aliquis & maximam partiri: posse & vicensimam,& tertiá,& prout libuerit.sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Ha- 2 bere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

* portionis.

CLXV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

VEnisse ad heredé nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno.

CLXVI.

CLXVI. IDEM libro sexto ad Sabinum.

VRbana familia & rustica non loco, sed genere distinguitur: potest enim aliquis dispẽsator non esse seruorum vrbanorum numero: veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, nõ multum abest à vilico. insularius autem vrbanorum numero est. videndũ tamen est, ipse dominus, quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ, & vicariis
1 apparebit. Pernoctare extra vrbem intellegendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. *per* enim totam noctem significat.

CLXVII. VLPIANVS libro vicensimo quinto ad Sabinum.

CArbonum appellatione materiam non contineri. sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrùm ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? & magis est, vt proprium genus habeatur. sulphurata quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionem. ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprensa, nisi hæc fuit voluntas. idem & de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alij nuclei. de pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

CLXVIII. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

PAli & perticæ in numerũ materiæ redigendi sunt: & ideo lignorũ appellatione non continentur.

CLXIX. IDEM libro quinto ad Sabinum.

NOn tantùm in traditionibus, ſed & in emptionibus, & ſtipulationibus, & teſtamentis adiectio hæc, *vti optimus maximúſque eſt*, hoc ſignificat: vt liberum præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

CLXX. VLPIANVS libro trigenſimo tertio ad Sabinum.

HEredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi.

CLXXI. POMPONIVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

PEruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit. vt in hereditate à liberto per patronum filium familias patri eius adoptiuo adquiſita reſponſum eſt.

CLXXII. VLPIANVS libro trigenſimo octauo ad Sabinum.

LIberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

CLXXIII. IDEM libro trigenſimo nono ad Sabinum.

COllegarum appellatione hi cōtinentur, qui
ſunt eiuſdem poteſtatis. Qui extra con- 1
tinentia vrbis eſt, abeſt. ceterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur.

CLXXIIII. IDEM libro quadragenſimo ſecundo ad Sabinum.

ALiud eſt promittere furem non eſſe, aliud furto noxáque ſolutum. qui enim dicit furem

rem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furtis, noxáque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

CLXXV. POMPONIVS libro vicesimo secundo ad Sabinum.

FAciendi, verbo, reddendi etiam causa continetur.

CLXXVI. VLPIANVS libro quadragesimo quinto ad Sabinum.

SOlutionis, verbo, satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. soluere dicimus eum qui fecit quod facere promisit.

CLXXVII. IDEM libro quadragesimo septimo ad Sabinum.

NAtura cauillationis, quam Græci σωρίτην *appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

*Alcia. hic & li. 2. prater. legit σόφισμα.

CLXXVIII. IDEM libro quadragesimo nono ad Sabinum.

PEcuniæ verbum, non solùm numeratam pecuniam complectitur: verùm omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora. nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est, qui ambigat.
1 Hereditas iuris nomen est, quod & accessionem, & decessionem in se recipit. hereditas autem vel maximè fructibus augetur.
2 Actionis, verbum, & speciale est, & generale: nam omnis actio dicitur, siue in personam siue in rem sit petitio. sed plerunque

actiones perſonales ſolemus dicere. petitionis autem verbo, in rem actionis ſignificari videntur. perſecutionis verbo, extraordinarias perſecutiones puto contineri: vt puta fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem. Hoc verbum, *debuit*, omnem omnino actionem comprendere 3
intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi fuit perſecutio.

CLXXIX. *IDEM libro quinquageſimo primo ad Sabinum.*

INter hæc verba, *quanti ea res erit*, vel, *quanti eam rem eſſe paret*, nihil intereſt: in vtraque enim clauſula placet veram rei æſtimationem fieri.

CLXXX. *POMPONIVS libro trigeſimo ad Sabinum.*

TVgurij appellatione omne ędificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, ſignificatur. Ofilius ait tugurium à tecto tanquam tegularium, eſſe dictum, vt toga quòd ea tegamur.

CLXXXI. *IDEM libro trigeſimo quinto ad Sabinum.*

VErbum illud *pertinere*, latiſſimè patet. nam & eis rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſint: & eis, quas iure aliquo poſſideamus, quamuis non ſint noſtri dominij. pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorũ cauſa ſint, ſed eſſe poſſint.

CLXXXII.

CLXXXII. VLPIANVS libro vicenſimo ſeptimo ad Edictum.

PAterfamilias liber peculium non poteſt habere, quemadmodum nec ſeruus bona.

CLXXXIII. IDEM libro vicenſimo octauo ad Edictum.

TAbernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo, quòd tabulis clauditur.

CLXXXIIII. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

INde tabernacula, & contubernales dicti ſunt.

CLXXXV. VLPIANVS libro vicenſimo octauo ad Edictum.

INſtructam autem tabernam ſic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis conſtat.

CLXXXVI. IDEM libro trigenſimo ad Edictum.

COmmendare nihil aliud eſt, quàm deponere.

CLXXXVII. IDEM libro trigenſimo ſecundo ad Edictum.

VErbum, *exactæ pecuniæ*, non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt: verùm etiam ad delegationem.

CLXXXVIII. PAVLVS libro trigenſimo tertio ad Edictum.

HAbere duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere ſine interpellatione, id, quod quis emerit. Cautum intellegitur, ſiue perſonis ſiue rebus cautum ſit.

CLXXXIX. IDEM libro trigensimo quarto ad Edictum.

FAcere oportere & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret,& curaret ne fiat.

CXC. VLPIANVS libro trigensimo quarto ad Edictum.

PRouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent: non eos,qui ex prouincia oriundi sunt.

CXCI. PAVLVS libro trigensimo quinto ad Edictum.

INter diuortium & repudiũ hoc interest,quòd repudiari etiam futurum matrimonium potest: non rectè autem sponsa diuortisse dicitur. quod diuortium ex eo dictum est,quòd in diuersas partes eunt,qui discedunt.

CXCII. VLPIANVS libro trigensimo septimo ad Edictum.

HAec adiectio,*Plurísve*,non infinitam pecuniam cõtinet,sed modicam: vt taxatio hæc *Solidos decem plurísve* ad minutulam summam referatur.

CXCIII. IDEM libro trigensimo octauo ad Edictum.

HAec verba, *Quanti eam rem paret esse*, non ad quod interest: sed ad rei æstimationem referuntur.

CXCIIII. VLPIANVS libro quadragensimo tertio ad Edictum.

INter donum & munus hoc interest, quòd inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo

Labeo à donando dictum, munus speciem. nam munus esse donum cum causa, vtputa natalicium, nuptalicium.

CXCV. IDEM libro quadragensimo sexto ad Edictum.

PRonuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrumque sexum plerunque porrigitur.

1 *Familiæ* appellatio qualiter accipiatur, videamus. & quidem variè accepta est; nam & in res & in personas diducitur. in res, vtputa in lege duodecim Tabularum his verbis, *Adgnatus proximus familiam habeto.* ad personas autem refertur familiæ significatio ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex: *Ex ea familia*, inquit, *in eam familiam.* & hîc de singularibus personis legem loqui constat. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures personas quæ sunt sub vnius potestate, aut natura, aut iure subiectæ, vtputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quíque deinceps vicem eorum sequuntur, vtputa nepotes, & neptes, & deinceps. pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet. rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. denique & pupillum patremfamilias appellamus: & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere. singuli enim patrumfamiliarum

nomen subeunt. idémque eueniet & in eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris effectus propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum. nam etsi, patrefamilias mortuo, singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. Ser-
* Seruitiū tium. uitutium * quoque solemus appellare familias, vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum. sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorū demonstratur huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa. alia autē parte edicti omnes serui continentur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum. item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius. & interdicto vnde vi familiæ appellatio omnes seruos comprendit, sed & filij continentur. Item appellatur familia plurium personarum quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur. sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ. mulier autem familiæ suæ & caput & finis est.

CXCVI. GAIVS libro sextodecimo ad Edictum prouinciale.

FAmiliæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur. Fœminarum liberos in familia earum non esse, palàm est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

CXCVII.

CXCVII. *VLPIANVS libro quinquageſimo ad Edictum.*

Indicaſſe eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.

CXCVIII. *IDEM libro ſecundo de Omnibus tribunalibus.*

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non ſolùm ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruientia.quia vrbanum prædium non locus facit,ſed materia. Proinde hortus * quoque ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum ſit vrbanorum appellatione cõtineri. planè ſi plurimum horti in reditu ſunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij, magis hæc non ſunt vrbana. * hortos

CXCIX. *IDEM libro octauo de Omnibus tribunalibus.*

Abſentem accipere debemus eum, qui non eſt eo loci, in quo loco petitur. non enim trans mare abſentem deſideramus. & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt. ceterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur, ſi non latitet. Abeſſe non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt:ſed qui à latronibus detinetur.

CC. *IVLIANVS libro ſecundo Digeſtorum.*

Haec ſtipulatio *noxis ſolutum præſtari*, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem, & coërcitionem capitalem habent.

CCI. IDEM libro octogenſimo primo Digeſtorum.

IVſta interpretatione recipiendum eſt, vt appellatione filij, ſicuti filiamfamilias contineri ſæpè reſpondimus, ita & nepos videatur comprendi, & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur.

CCII. ALPHENVS VARVS libro ſecundo Digeſtorum.

CVm in teſtamento ſcriptum eſſet, vt heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum conſumeret:non licet minus conſumere. ſi amplius vellet,licet:neque ob eam rem contra teſtamentum facere videtur.

CCIII. IDEM libro ſeptimo Digeſtorum.

*domũ. IN lege cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat, *Seruos quos * domo quis ducet ſuo vſu, pro his portorium ne dato*. quærebatur,ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa: vtrum pro his hominis portorium dare deberet, nécne, reſpondi duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones: primam,quid eſſet *domum* ducere: alteram, quid eſſet *ſuo vſu* ducere. Igitur quæri ſoleret, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in prouincia,ſiue in Italia, an duntaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe rectè dicetur. ſed de ea re con ſtitutum eſſe, eam domum vnicuique noſtrûm debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarúmque rerum conſtitutionem feciſſet. Quid autem eſſet *vſu ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem. & magis placet, quòd vi-

hominibus, al. omnibus.

ctus

ctus cui * causa paratum est, tantùm contineri. Itémque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent: vtrum dispensatores, insularij, vilici, atrienses, textores, operarij quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: omnes denique seruos, quos quisq; emisset vt ipse haberet, atq; eis ad aliquã rem vteretur, neq; ideo emisset, vt venderet. Et sibi videri eos demũ vsus sui causa patrẽfamiliàs habere, qui ad eius corpus tuendũ, atq; ipsius cultũ præpositi, destinatiq; essent. quo in genere iunctores *, cubicularij, coci, ministratores, atque alij qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

* sui.

* vectores, vi-ctores.

CCIIII. PAVLVS libro secundo epitomarum Alfeni.

PVeri appellatio tres significationes habet: vnã, cũ omnes seruos pueros appellaremus: alterã, cũ puerũ cõtrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cũ ætatẽ puerilẽ demonstraremus.

CCV. IDEM libro quarto Epitomarum Alfeni.

QVi fundum vendidit, pomum recepit. nuces, & ficos, & vuas dũtaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis essent, quas nos vini causa haberemus, quas Græci τρώξιμους appellarent, recepta videri.

CCVI. IVLIANVS libro sexto ex Minicio.

VInaria vasa propriè vasa torcularia esse placet. dolia autem & serias tandiu in ea

cauſa eſſe, quandiu vinum haberent, cùm ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent? veluti ſi frumẽtum in his addatur. eandẽ cauſam amphorarum eſſe: vt cùm vinum habeant, tum in vaſis vinariis: cùm inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit.

alias, abdatur. alias, condatur.

alias, abdi. alias, condi.

CCVII. AFRICANVS *libro tertio Quæſtionum.*

Mercis appellatione homines non contineri Mela ait. & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait, & rectè.

CCVIII. IDEM *libro quarto Quæſtionum.*

Bonorum appellatio, ſicut hereditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat.

CCIX. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

Coram Titio aliquid facere iuſſus non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. itaque ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit quòd iuſſum eſt.

CCX. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

Is qui natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus, in vrbanis ſeruis conſtituetur.

CCXI.

CXI. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. sed in vsu vrbana ædificia, ædes: rustica, villæ dicuntur. Locus verò sine ædificio, in vrbe area, rure autem ager appellatur. idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.

CCXII. VLPIANVS libro primo de Adulteriis.

Præuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicando enim præuaricatores dicti sunt.

CCXIII. IDEM libro primo Regularum.

Cedere diem significat incipere deberi pecuniam. *Venire* diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies. vbi in diem, cessit dies, sed nondum venit. vbi sub conditione, neque cessit neque venit dies, pendente
1 adhuc conditione. Aes alienum * est, quod *Home.
nos aliis debemus. æs suum est, quod alij nobis Odyss.21.
2 debent. Lata culpa est nimia neglegentia, id est, non intellegere quod omnes intellegunt.

CCXIIII. MARCIANVS libro primo Publicorum iudiciorum.

Munus propriè est, quod necessariè obimus, lege, more, imperióve eius qui iubêdi habet potestatē. Dona autē propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris, officij, sed sponte præstantur.

quæ ſi non præſtentur, nulla reprenſio eſt: & ſi præſtentur, plerumque laus ineſt. ſed in ſumma in hoc ventum eſt, vt nō quodcumque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

CCXV. PAVLVS libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam.

POteſtatis verbo plura ſignificantur. in perſona magiſtratuum, imperium: in perſona liberorum, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominium: at cùm agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam, facultatémque ſignificamus. In lege Atinia * in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt.

* *Cicero* 3. *in verrem. Gell.* li.17.c.7.

CCXVI. VLPIANVS libro primo ad legem Aeliam Sentiam.

VErum eſt eum qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum neque in vinculis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

CCXVII. IAVOLENVS libro primo ex poſterioribus Labeonis.

INter illam conditionem, *cùm fari potuerit*, & *poſtquam fari potuerit*, multum intereſt. nam poſteriorem ſcripturam vberiorem eſſe conſtat: at *cùm fari potuerit*, arctiorem, & id tantummodò tempus ſignificari, quo primùm fari poſſit.

Item ita data conditione, *illud facito in diebus*, 1
ſi nihil prætereà fuiſſet adiectum: in biduo conditionem impleri oportet.

CCXVIII.

CCXVIII. *PAPINIANVS libro vicensimo septimo Quaestionum.*

VErbum *Facere*, omnem omnino faciendi causam complectitur: dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

CCXIX. *IDEM libro secundo Responsorum.*

IN conuentionibus contrahentium voluntatem potius quàm verba spectari placuit.

1 Cùm igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad heredem eius qui suscepit, pertineret: ius heredũ ad legatarium quoque transferri potuit.

CCXX. *CALLISRATVS libro secundo Quaestionum.*

LIberorum appellatione nepotes, & pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes suorum appellatione lex duodecim tabularũ cõprendit. toties enim leges necessariũ ducunt cognationẽ singulorum nominibus vti, veluti *filii*, *nepotes*, *pronepotes*, ceterorúmve qui ex his descendunt, quotiens non omnibus qui post eos sunt, praestitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus praestatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt: liberorum appellatione comprehenduntur. Sed & Papirius Fronto libro tertio responsorum ait, praedio cum vilico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter

habeat. filij enim appellatione sæpè & nepotes accipi, multifariam placere. Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotẽ suum heredem reliquit. Præter hæc omnia natura nos quoque decet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt: filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, contineri. nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quàm filij, appellare. etenim idcirco filios filiásve concepimus *, atque edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus.

*concipimus.

CCXXI. PAVLVS libro decimo Responsorum.

PAulus respondit, falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est, siue habenti tutor datus est, siue non: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est: & modius iniquus, qui modius non est.

CCXXII. HERMOGENIANVS libro secundo Iuris epitomarum.

PEcuniæ nomine non solùm numerata pecunia: sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur.

CCXXIII. PAVLVS libro secundo Sententiarum.

LAtæ culpæ finis est, non intellegere id quod omnes intellegunt. Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

CCXXIIII. VENVLEIVS *libro septimo Stipulationum.*

Vinculorum appellatione vel priuata vel publica vincula significantur. custodiæ verò tantùm publicam custodiam.

CCXXV. TRYPHONINVS *libro primo Disputationum.*

Fugitiuus est, non is qui solùm consilium fugiẽdi à domino suscepit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso facto fugæ initium mẽte deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quãquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset: vt etiam is qui nunquã alienã rem inuito domino subtraxerit, nunquã alienam matrẽfamilias corruperit, si modò eius mentis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina adsumpto actu intelligi. & ideo fugitiuum quoque, & erronem non secundum propositionem solam sed cum aliquo actu intelligi constat.

CCXXVI. PAVLVS *libro primo Manualium.*

Magna neglegentia culpa est: magna culpa dolus est.

CCXXVII. IDEM *libro secundo Manualium.*

Ex illa parte edicti, *tum quem ei heredem esse oportet*, heredis heredibus bonorum possessio non defertur. Item, substitutione his verbis, *quisquis mihi heres erit*, proximus heres tantùm significatur. imò non tantùm proximus heres, sed etiam scriptus.

CCXXVIII. IDEM libro ſingulari de Cognitionibus.

MVncipes intelligendi ſunt & qui in eodem municipio nati ſunt.

CCXXIX. IDEM libro ſingulari de Tacitis fideicommiſſis.

TRāſacta finitáve intellegere debemus non ſolùm quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa:

CCXXX. IDEM libro ſingulari ad Senatuſconſultum Orficianum.

VT ſunt iudicio terminata, tranſactione compoſita, lõgioris temporis ſilẽtio finita.

CCXXXI. IDEM libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertyllianum.

QVod dicimus eum qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cùm de ipſius iure quæritur. aliis autẽ non prodeſt niſi natus.

CCXXXII. GAIVS libro primo de verborum obligationibus.

HAec enunciatio, *quæ ſunt pluris aureorum triginta*, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

* calū-
nietur.
al. cauil
letur.
Rectior
eſt Flor.
id eſt, fru
ſtretur.

CCXXIII IDEM libro primo ad legem duodecim tabularum.

SI *calluitur* & moretur, & fruſtretur.* inde & calumniatores appellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. inde & cauillatio dicta eſt. Poſt Kalendas Ia- 1
nuarias die tertio prò ſalute principis vota ſuſcipiuntur. Telū vulgò quidem id appellatur, quod 2
ab

ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur. dictúmque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. & hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. eóque nomine vulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed nō minus omne ſignificatur, quod (cùm) mittitur manu ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. admonet nos Ξενοφῶν. nam ita ſcribit: καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο λογχαὶ. τοξεύματα, σφενδόναι: πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur. *Lib. 5. Expedit Cyri.*

CCXXXIIII. IDEM libro ſecundo ad legem duodecim tabularum.

QVos nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionē indicantes cū quibus bellum eſſet.
1 Locuples eſt, qui ſatis idoneè habet pro magnitu
2 dine rei, quam actor reſtituendā eſſe petit. Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere. ſed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & veſtimēta, ſtramenta contineri. ſine his enim viuere neminem poſſe.

CCXXXV. IDEM libro tertio ad legem duodecim tabularum.

FErri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: portari ea quæ quis iumento ſecum
1 ducit. agi ea quæ animalia ſunt. Fabros tignari os

dicimus non eos dumtaxat qui tigna dolarent: sed omnes qui ædificarent.

CCXXXVI. IDEM *libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

QVi venenum dicit, adiicere debet vtrùm malum, an bonum. nam & medicamenta venena sunt: quia eò nomine omne continetur, quod adhibitum naturã eius, cui adhibitum esset, mutat. cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt. apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. vnde adiectione alterius, nomine distĩctio* fit admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus nam sic ait,

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

** distinctionem fieri.*
Odyss. 4. 3. & 10.

Glandis appellatione omnis fructus continetur vt Iauolenus ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborũ species ἀκρόδρυα appellantur.

CCXXXVII. IDEM *libro quinto ad legem duodecim tabularum.*

DVobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis quàm prohibuit. idque etiã Seruius animaduertit.

CCXXXVIII. IDEM *libro sexto ad legem duodecim tabularum.*

PLebs est ceteri ciues sine senatoribus.' De- 1 testatũ est testatione denuntiatum. Pignus appellatum à pugno: quia res quæ pignori dãtur, manu traduntur. vnde etiam videri potest verũ esse, quidam putant, pignus propriè rei mobilis

quod quidam

con-

constitui.

Noxiæ appellatione omne delictũ continetur.

CCXXXIX. POMPONIVS libro singulari Enchiridii.

PVpillus est, qui cùm impubes est, desiit in
patris potestate esse aut morte aut eman-
1 cipatione. Seruorũ appellatio ex eo fluxit, quòd
imperatores nostri captiuos vendere, ac per hoc
2 seruare, nec occidere solẽt. Incola est, qui in ali-
qua regionẽ domicilium suum contulit. quem
Græci πάροικον appellãt. nec tantùm hi qui in op-
pido morantur, incolæ sunt: sed etiam qui alicu-
ius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se
3 quasi in aliquam sedem recipiant. Munus publi-
cum est officium priuati hominis, ex quo cõmo-
dum ad singulos vniuersósque ciues rẽmque eo-
rum imperio magistratus extraordinarium per-
4 uenit. Aduena est, quẽ Græci ἄποικον appellant.
5 Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd i-
nitio cũ coloniæ deducerentur, decima pars eorũ
qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi
6 solita sit. Vrbs ab vrbo appellata est. vrbare est
aratro definire. & Varus ait, vrbum appellari
curuaturã aratri, quod in vrbe cõdenda adhiberi
7 solet. Oppidũ ab ope dicitur, quòd eius rei causa
8 mœnia* sint constituta. Territorium est vniuer- * Homer. Odyss. 11.
sitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis. quod
ab eo dictum quidã aiunt, quòd magistratus eius
loci intra eos fines terrendi, id est summouendi
9 ius habet. Verbum *suum* ambiguum est, vtrum
de toto, an de parte significat. & ideo qui

iuret ſuum non eſſe, adiicere debet, neque ſibi communem eſſe.

CCXL. PAVLVS ex libris ſex libro primo Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.

CVm quærebatur, an verbum *ſoluto matrimonio, dotem reddi*, non tantũ diuortium, ſed & mortem cõtineret, hoc eſt an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant: & multi putabant hoc ſenſiſſe, & quibuſdam aliis contrà videbatur: ſecundùm hoc motus Imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret dos apud maritum.

CCXLI. QVINTVS MVCIVS SCAEVOLA libro ſingulari ὅρων.

IN rutis cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, tectorióve non continentur.

CCXLII. IAVOLENVS libro ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.

MAlum nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe, Labeo ait: quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent. ideóque pars nauis habetur. artemo autem magis adiectamento, quàm pars nauis eſt. Inter proiectum & im- 1
miſſum hoc intereſſe ait Labeo, quòd proiectũ eſſet id quod ita proueheretur, vt nuſquam requieſceret: qualia mæniana & ſuggrunda* eſſent. immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret: veluti tigna, trabes quæ immitterentur. Plumbum quod tegulis poneretur, ædi- 2
ficij eſſe ait Labeo. ſed id quod hypethri * tegẽdi cauſa

*ſuggrũdæ.

**al.* hypethriou.

3 causa poneretur, contrà esse. Viduam non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo. quia vidua sic dicta est quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset.
4 similiter viduam dictã esse, sine duitate. Straturam loci alicuius ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ędium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus paratæ essent: neque ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.

CCXLIII. SCAEVOLA libro octanodecimo Digestorum.

SCæuola respondit: semper acceptum est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intellegantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

CCXLIIII. LABEO libro quarto pithanon à Paulo epitomatorum.

SI qua pœna est, multa est. si qua multa est, pœna est. Paulus: vtrũque eorum falsum est. namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quòd de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est eius maleficij, cuius pœna est statuta, statim ea debetur. At multæ prouocatio est: nec antè debetur, quàm aut non est prouocatum, aut prouocator victus est. nec aliter quàm si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt: multæ contrà. quia eius iudicis pote-

ſtas eſt,quantam dicat, niſi cum lege eſt conſtitutum,quantam dicat.

CCXLV. POMPONIVS libro decimo Epiſtularum.

STatuæ adfixæ baſibus ſtructilibus,aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem adfixę,aut ſi ſimiliter cohęrēt lychni,non ſunt ædiū: ornatus enim ædium cauſa parantur,non quò ędes perficiantur. IdemLabeo ait,prothyrū quod in ædibus(iterum*qui*)fieri ſolet,ædium eſt.

*interdum.

CCXLVI. IDEM libro ſextodecimo Epiſtularum.

* vide his Baſilic.

* libris.

APud Labeonem * pithanon ita ſcriptum eſt: exhibet,qui præſtat eius de quo agitur pręſentiam.nam etiam qui ſiſtit,præſtat eius de quo agitur præſtantiam, nec tamen eum exhibet. & qui mutum aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. Reſtituit non tantùm qui ſolum corpus,ſed etiam qui omnem rem, cōditionémque reddita cauſa præſtet.& tota reſtitutio iuris eſt interpretatio.

FINIS.



GRAE

GRAECA VERBA IIS CAPITIBVS INTERIECTA, LATINE REDDITA.

***

Ἀποτέλεσμα. effectum.
ἔργον. opus.
συνάλλαγμα. contractus.
νέακιν. noualem agrum.
φαντάσματα. visiones quodammodo prodigiosæ.
περίστρωμα. instratum.
καταχρηστικῶς. abusiuè.
ἡ τὸν τέκνων &c. natorum appellatio etiam ad nepotes extenditur.
παλλακὴν. pellicem.
παιδίον. puer & puella.
σωρίτην. aceruulem syllogismum.
τρώξιμους. comestibiles.
ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. ab eo quod est longè.
βέλος. telum.
ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. ab emittendo.
ξενοφῶν. Xenophon.
καὶ τὰ βέλη, &c. tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, plurimi etiam lapides.
τόξευμα. sagitta.
φάρμακον. venenum.
φάρμακα, &c. Noxia permixtim, neque non bona multa venena. Venena multa quidem bona mixta, multa autem noxia.

ἀκρόδρυα. fructus arborei, quòd è ſummis arboribus demantur.

πάροικον. accolam.

ἄποικον. colonum, qui priores ſedes deſeruerit.

FINIS.



12½ x—